dit, id quod fructus nomine percepiſſet, repeti poſſe. [a]

**Vſufructuarius tenetur ad ſoluendum collectam & alias præſtationes. Bartolus.**

XXVIII. PAVLVS *libro tertiodecimo Reſponſorum.*

QVæro, ſi vſusfructus fundi legatus eſt, & eidem fundo indictiones [b] temporariæ indictę ſint, quid iuris ſit. Paulus reſpondit, idem iuris eſſe & in his ſpeciebus quæ poſtea [c] indicūtur, [d] quod in vectigalibus [e] dependēdis reſponſum eſt. ideoq; hoc onus ad fructuarium pertinet. [f]

**Vſufructu legato & per fideicōmiſſum relicto inſpicitur potius perſona fideicommiſſarij quàm legatarij. Bartolus.**

XXIX. GAIVS *libro primo Fideicommiſſorum.*

C SI quis vſumfructum legatum ſibi, alij reſtituere rogatus [g] ſit, eumq; in fundum induxerit fruendi cauſa: licèt iure ciuili morte & capitis deminutione ex perſona legatarij pereat vſusfructus, quòd [h] huic ipſo iure adquiſitus [i] eſt: tamen prætor iuriſdictione ſua id agere debet, vt idē ſeruetur quod futurum eſſet ſi ei cui ex fideicōmiſſo reſtitutus eſſet, legati iure adquiſitus fuiſſet.

**Conditione ſub qua legatū diuiduū debet reſolui, impleta pro parte: legatū ꝓ parte reſoluitur.**

XXX. IAVOLENVS *libro ſecundo ex Poſterioribus Labeonis.*

CVi [k] vſusfructus legatus eſſet, donec ei totius dotis ſatisfieret: [l] cùm ei heres [m] pro ſua parte ſatisdediſſet, quamuis reliqui ſatis non darēt: tamen pro ea parte vſumfructū deſinere habere mulierem ait Labeo. [n] idem
B fieri & ſi per mulierem mora fieret quò minus ſatis acciperet. Colono ſuo dominus vſumfructum fundi quem is colebat, legauerat. agat [o] colonus cum herede, ita vt iudex cogat heredem ex locationis actione eum liberare.

**Diuiſio facta cum proprietario nō præiudicat fructuario. Bart.**

XXXI. LABEO *libro ſecundo Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorū.*

C IS qui fundum tecum communem habebat, vſumfructum fundi [p] vxori legauerat. poſt mortem eius tecum heres arbitrum communi diuidundo petierat. Blæſus ait Trebatium reſpondiſſe, ſi arbiter certis regionibus fūdum diuiſiſſet: eius partis quæ tibi obtigerit, vſumfructum mulieri nulla ex parte deberi: ſed eius quod heredi obtigiſſet, totius vſumfructum eam habituram. Ego hoc falſum puto. nam cùm antè arbitrum
D cōmuni diuidundo coniunctus pro indiuiſo ex parte dimidia

---

a *Repeti poſſe.* ſi habes repeti poſſe, concord. ſupra eod. l. quidam & ſupra titu. j. l. liberto. §. Lucius. Sed contra ſupra de ritu nuptia. præfectus. vbi valet relictum illicitè coniugi à præfecto. Sed ibi ipſa fuit ignorans illicitum: hîc vterque ſciuerat, vel ſaltem vxor. Aliàs eſt non poſſe: & tunc dicas eam ignoraſſe: vt ibi plenè not. Et eodem modo reſpō. ad illā infra de his quibus vt indi. le. ij. §. j. & facit. C. de inceſt. nupt. leg. qui contra & infra vnde vir & vxor. l. j. §. j.

QVæro.] CASVS. Legaui Titio vſūfructum fundi mei Titiani, & deceſſi. & poſtea heres meus conceſſit ei vſumfructū. poſtea fuit impoſita collecta per ciuitatē. quæritur, quis debeat collectam ſoluere pro dicto fundo? & reſpōd. quòd vſufructuarius, ſicut tenetur ſoluere vectigalia, id eſt tributa ordinaria pro dicto fundo. ſtatuerant enim principes ꝙ pro qualibet tornatura terrę ſoluātur omni anno tres ſolidi pone. & iſtud erat ordinariū tributū. & poſtea per tempora imponebāt collectas quādo volebant: & illæ erāt indictiones tēporariæ. Viuianus.

b *Indictiones.* id eſt onꝰ impoſitū tempore fertilitatis: & ſic temporariæ. Accurſius.

c *Poſtea.* not. poſtea. ſecus ſi antè: vt ſupra de lega. j. l. idem Iulianus. §. heres.

d *Indicuntur.* aliâs inducantur.

e *In vectigalibus.* ſcilicet perpetuis: vt differat à præcedenti. & dic pro tempore futuro: vt modò dixi.

f *Pertinet.* ſicut & lucrū: vt ſupra de vſufruc. l. vj. & l. item ſi fundi. Item alia ratione, quia fructuum ſunt onera, quod patet: quia plus vel minus ſecundùm quantitatem fructuum percipitur: vt. C. de cenſi. l. omne. & ꝭ. de vino, triti. l. j. & ij. & ꝭ. de cēſib. l. forma. & C. de allu. & pal. l. ij. Item contra. ſ. de le. iij. qui concubinam. §. qui hortos. Sol. ibi. Item eſt contra in eo. tit. le. pe. §. fi. Sol. ibi. & vt ait R. in illis. ll. anterioris temporis expenſam facit heres: quia cùm rem debeat dare, ſic debet facere, vt eam dare poſſit. at quæ fit poſtea iam liberato herede, deſiit: & pro non deminuendo ſui legati commodo facit legatarius. Item. ſ. de vſufru. l. hactenus. & l. pe. & ſ. de impen. in re. do. l. neque. & ꝭ. eo. l. generalia. §. fi.

SI quis.] CASVS. Legaui Titio vſumfruct. fundi mei Seiani: & rogaui eum vt dictum vſumfruc. reſtitueret Seio: & poſtea deceſſi. heres meus induxit dictum Titium in dictum fundum cauſa fruendi, & Titius induxit in dictum fundum cauſa fruendi dictum Seium cui vſumfructum reſtituere fuit rogatus: & poſtea deceſſit dictus Titius qui erat primus legatarius vſusfructus. nunquid remanet dictus vſusfruct. Seio? Et videtur quòd non: quia iure ciuili morte & capitis deminutione dicti Titij ex perſona eius petit vſumfruct. quia ei ipſo iure adquiſitus eſt. Et tamen reſpon. quòd non eſt verum: quia prætor ex iuriſdictione ſua id agere debet, vt idem ſeruetur in hoc caſu quod ſeruaretur ſi dicto Seio ab initio eſſet adquiſitus vſusfruc. iure legati. ſeruaretur autem quòd non periret vſusfructus in perſona Seij ex quo ipſe Seius non eſſet mortuus, vel capite minutus: & in noſtro caſu non erat mortuus, vel capite minutus Seius. ergo in eius perſona non debet perire vſusfr. licèt mortuus ſit, vt dictū eſt, Titius cui primò legaui vſūfr. & qui tenebatur eum dicto Seio reſtituere. h. d. hæc lex. Viuia.

g *Rogatus.* per fideicommiſſum.

A h *Quòd.* aliàs qui.

i *Adquiſitus.* ſcilicet ab initio, non tamen per omnia: vt ſupra de lega. ij. l. ſi quis Titio. in princip. & facit ſupra quibus mod. vſusfruct. amit. le. j. in princip. & l. ſi legatum. & l. antepenul. & ſupra ſi vſusfruct. pet. le. qui vſumfructū. Item facit infra de noua. l. ſi vſusfructus. Accurſius.

CVi vſusfructus.] CASVS. Inſtitui mihi tres heredes pone, & legaui dotem ſuam vxòri meæ. Item legaui vxori meæ vſumfructum omnium bonorum meorū donec ei ſatisfieret per heredes meos nomine totiꝰ dictæ ſuæ dotis, & poſtea deceſſi. & poſtea vnus de dictis meis heredibꝰ ſatisdedit pro ſua parte dictæ meæ vxori de reddenda dote prædicta ei: & alij heredes non ſatiſdederunt. nunquid pro ea parte qua ei ſatiſdatū eſt, deſinit habere vſumfructum bonorū? Et dicitur quòd ſic. ſed & ſi aliquis heredum non ſatiſdedit eò quia ipſa noluit, idem eſt, ſcilicet vt pro ea parte qua noluit ſatis accipere, finiatur vſusfruct. [COLONO.] Titius nummis colebat fundū meum Seianum: legaui ei in teſtamento meo vſumfructū dicti mei fūdi: & poſtea deceſſi. certè poteſt agere dictꝰ colonus cum herede meo vt liberet eum ab actione locati. Viuianus.

k *Cui.* ſcilicet vxori.

l *Satisfieret.* id eſt ſatiſdaretur: quæ ſatiſdatio valet: vt ſupra ſolu. matrimo. le. ſi conſtante. §. quoties. nō autem valet conſtante matrimonio: vt. C. de fideiuſſ. vel man. do. dentur. l. j.

m *Heres.* vnus de pluribus.

n *Ait Labeo.* de æquitate, ſecus de rigore: vt in contrario. ſ. fami. erciſc. inter coheredes. §. vſufruc. leg. Solu. vt ibi. Item facit. ꝭ. de condi. & demon. l. tales. §. j. & ij. l. ſi quis legata. §. j. & l. cui fundus. & ſ. tit. j. l. Seio. in princ.

o *Agat.* actione ex teſtamēto: & idem eſt ſi damnauerit heredem liberare conductorem: vt. ſ. loca. ſi in lege. §. fi. & ꝭ. de libe. leg. l. Caſſius. ſed actione ex conducto conſequitur vtrumque, vt neque mercedem præſtet, & impenſam quam in culturam fecerat, recipiat: vt. ſ. de vſufru. l. quoties. §. ſi colono. Accurſius.

IS qui fundum.] CASVS. Ego habens fundum communem cum Titio, in teſtamento meo vſumfructum dicti fundi legaui vxo-
E ri meæ, inſtituto mihi herede Seio pone. & poſtea deceſſi. poſtea Seius heres meus intentauit iudicium cōmuni diuidundo cum Titio prædicto meo ſocio, & iudex diuiſit fundum per medium inter eos. modò quæritur an vxor mea debeat habere vſumfructum pro ea parte quæ obuenit dicto Titio ſocio, nedum ex parte quæ obuenit heredi meo? Et dicitur quòd ſic, & dictus heres meus tenetur ei totum præſtare: quia antè dictum iudicem totus vſusfructus pro indiuiſo ex parte dimidia coniunctus mulieris fuit: & dictus iudex iudicādo inter heredem meum & Titium ſocium non potuit mutare ius vxoris. Trebatius autem dixit eius partis fundi quæ Titio ſocio obtigit, vſumfructum mulieri non deberi ab herede mariti vel à dicto ſocio, ſed dixit eam habituram vſumfructū eius partis tātùm quæ heredi meo obtigit in partem. ſed ipſe malè dixit. Viuianus.

p *Fundi.* pro parte ſua.

a Receptum eſt. communi & regulari iure. ad quod eſt ſupra quibus modis pign. vel hypo. ſol.l. ſi conſenſit.§.fin. & qui po. in pi. ha.l.iij.§.fina.&.C.communi diui.l.tertia.

Generali.] CASVS. In principio teſtamenti mei talem generalitatem poſui: omnia quæ legauero, dari volo. & poſtea ita dixi: Felici quem liberum eſſe iuſſi, vſumfructum fundi mei Veſtigiani lego. & poſtea ita in ſecunda perſona fui locut⁹ dicto Felici: proprietatem dicti fūdi puto te Felicem conſecuturum ſi non contenderis cum herede meo, ſed potius concordaueris. & poſtea ita fui locutus heredi meo, ſed & tu heres omnia facito vt amici ſitis. hoc enim vobis expedit. & poſtea deceſſi ego teſtator. quæritur, an viuente herede meo poſſit dictus Felix exigere ab eo proprietatem fundi? & reſpon. quòd non videtur legata proprietas fūdi. Viuianus.

* te Felicē.

totius fundi vſusfructus mulieris fuiſſet: non potuiſſe arbitrū inter alios iudicando, alterius ius mutare. quod & receptum eſt. [a]

Verba adulatoria ad honoratum directa nō inducunt diſpoſitionem. Bartolus.

XXXII. SCÆVOLA *libro quintodecimo Digeſtorum.*

Generali capite ꝑpoſito quidam in teſtamento ſuo ita adiecit: *Felici, quem liberū eſſe iuſſi, vſumfructū fundi Veſtigiani lego: cuius proprietatem puto te* [b] * *conſecuturum, ſi non contenderis cū herede meo, ſed potius concordaueris. ſed & tu heres omnia fac vt amici ſitis. hoc enim vobis expedit.* [c] Quæſitū eſt, an viuente herede exigere poſſit Felix fundi proprietatē. Reſpondit, nihil ꝓponi [d] cur Felici proprietas fundi legata videretur.

Verba à teſtatore prolata debent intelligi vt aliquid operentur: ne aliàs diſpoſitio reddatur inutilis. Bartolus.

C Filios ex Seio, & filiam ex alio marito heredes inſtituit [e] æquis portionibus: & matri [f] ita legauerat: *Æliæ Dorcadi matri meæ dari volo quoad viuat, vſumfructū bonorum meorum:* [g] *ita vt poſt obitum eius ad liberos meos, aut ad eum qui ex his viuet,* [h] *pertineat.* filij poſt aditam hereditatem deceſſerāt. quæſitum eſt, mortua matre, ſuperſtite filia teſtatricis, vſusfructus vtrum ad ſolam filiam, an verò pro portione hereditatis pertineret. Reſpondit, ad eos redire, apud quos proprietas eſſet. [i] Claudius [k] non credidit ipſum vſumfructum in vicem portionum hereditariarum poſt mortem auiæ inter ipſos [l] datū, eò magis [m] quòd æquis partibus B heredes erant ſcripti. [n]

Legatum generaliter merces & venalia non comprehendit, & per conſequens per ſpeciale generale reſtringitur. Bartolus.

Vxori vſumfructum domuum, & omnium rerum [o] quæ in his domibus erant, excepto argento, legauerat: item vſumfructum fundorum, & ſalinarum. [p] Quæſitum eſt, an lanæ cuiuſque coloris mercis cauſa [q] paratæ, item purpuræ, quæ in domibus erant, vſusfructus ei deberetur. Reſpondit, excepto argento, & his quæ mercis cauſa comparata ſunt, cæterorum omnium vſumfructū legatariam habere. Idem quæſiit, cùm in ſalinis quarum vſusfructus legatus eſſet, ſalis inuentus ſit non minimus modus, an ad vxorem ex cauſa fideicommiſſi vſusfructus pertineat. Reſpondit, de his legandis quæ venalia [r] ibi eſſent, non ſenſiſſe teſtatorem.

D Idem quæſiit, cùm eodem teſtamento ita cauerit: *A te peto vxor,*

b Te. de tertia perſona tranſit ad ſecundam, & ex his verbis oritur dubitatio. ſed ſecundū R. ſunt verba adulationis. Accurſius.

c Expedit. per hoc etiā apparet conſilium eſſe.

d Nihil proponi. imò videtur quòd ſic: vt ſup. de leg.j.l. & hoc modo. &.l.& eo modo. ſed hîc dirigit ſermonem ad oneratū, & ſic ſunt blanditiæ: ibi ad heredem, & ſic probabilis fiducia non debet ipſum fallere: vt & ſupra de leg.ij. le.vnum ex familia.§. fi. Accurſius.

Filios ex Seio.] CASVS. Titia habebat filium Titium ex Seio, & filiam Semproniam ex alio marito: & habebat matrem quæ vocabatur Ælia Dorcas. fecit iſta teſtamentum, & inſtituit ſibi heredes dictum Titium & Semproniam filios ſuos ex æquis partibus, & dictæ ſuæ matri ita legauit: Æliæ Dorcadi matri meæ dari volo donec viuet vſumfruct. bonorum meorum, ita vt poſt obitum eius ad liberos meos, aut ad eum qui ex his viuet, pertineat. & poſtea deceſſit dicta Titia teſtatrix, & dicti filij adiuerunt heredit. ſuam: & poſtea deceſſerunt filij, id eſt deceſſit filius: & poſtea deceſſit Ælia Dorcas mater teſtatricis, ſuperſtite dicta Sempronia filia teſtatricis. modò quæritur, vtrum dictus vſusfruct. qui extinctus eſt morte matris teſtatricis, pertineat ad ſolam filiam teſtatricis, id eſt ad Semproniam. an verò pertineat pro dimidia ad dictā Sempro. quæ habet dimidiam proprietatis omnium bonorum teſtatricis: pro alia verò dimidia pertineat ad heredes dicti Titij filij teſtatricis qui habet aliam dimidiam proprietatis bonorum? & dixerunt quidam quòd ſic. ſed Claudius dixit, & melius, quòd ſola filia habebit totum vſumfruct. licèt heredes filij habeant medietatem proprietatis bonorum: quia quamuis filius & filia fuerint pro æquis partibus inſtituti, tamen non credit dictus Claudius ipſum vſumfruct. datum per teſtatricem inter filium & filiam poſt mortem auiæ dicti filij & filiæ inuicem portionum hereditariarum, ſed tantùm ſecundum numerum ſuperſtitum liberorum poſt mortem dictæ auiæ. filia autem ſola erat ſuperſtes tempore mortis auiæ: ergo ipſa ſola debet habere vſumfruct. & iſtud aſſumit Claudius ex verbis teſtatricis prædictis ibi, aut ad eum qui ex his viuet &c. Viuianus.

e Inſtituit. ſcilicet mater.

f Et matri. ſuæ ſcilicet teſtatricis.

g Bonorum meorum. ſcilicet omnium: niſi excedat dodrantem: vt A ſupra de vſufruct. le. omnium. licèt ſit argu. contra infra eod. leg. vxori meæ.

h Ex his viuet. hinc oritur queſtio.

i Proprietas eſſet. hæc reſponſio eſt vera, conſiderata ſola natura vſusfructus.

k Claudius. ſ. corrigēs prædictam ſententiam, & inſpiciens ipſam ſubſtitutionem factam in vſufructu.

l Inter ipſos. filios, & filiorum heredes: ſed tantùm ſecūdùm numerū liberorum ſuperſtitum: & hoc ex illis verbis. ſ. ita vt poſt obitum eius &c.

m Eò magis. non credit hoc Claudius.

n Scripti. vnde iam facta ſubſtitutio in vſufructu ſuperflua foret ſi æqualiter, id eſt conſolidationis modo ad heredem filium & cęterorum filiorum heredes vſusfructus perueniret. Accurſius.

Vxori.] CASVS. Titius habens multas domos, & in his domibus multas res, & etiam argētum, & etiam lanam cuiuſque coloris & purpuras paratam & paratas cauſa mercis, & etiā habens multos fundos & multas ſalinas in quibus erat non minimus modus ſalis, fecit teſtamētum, & inſtituit ſibi heredē Seium, & vxori ſuæ Gaiæ legauit vſumfruct. dictarum domuum, & omnium prędictarum rerum quæ in his domibus erant: excepto argento, & vſufructu dictorū fundorū & ſalinarum. & poſtea ita dixit in eodem teſtamento, A te peto vxor vti ex vſufruct. quem tibi præſtari volo, in annum. xv. contenta ſis annuis quadringentis: & quod amplius fuerit, rationibus heredum meorum inferatur. & poſtea deceſſit dictus Titius teſtator. modò quæritur hîc de tribus. Primum eſt, an dictæ lanę & purpuræ mercis cauſa in domibus paratæ vſusfruct. debeatur vxori, & etiam dicti argenti? Et dicitur quòd non, ſed bene debetur ei vſusfruct. omniū aliarum quę erant in dictis domibus. Secundum eſt, an dictus magnus modus ſalis qui inuentus eſt in ſalinis poſt mortem teſtatoris, pertineat ad dictam vxorem? Et dicitur quòd non: quia teſtator non ſenſit de iis legandis quæ eſſent venalia. magnus autem modus ſalis in ſalinis inuentus bene erat venalis: ſed videtur ſenſiſſe de tanto ſale legā- E do, quantum ſui cauſa paraſſet. Tertium eſt, an propter prędicta vltima verba teſtamenti ibi, à te peto vxor &c. videatur receſſum à ſuperiori capite teſtamenti, & ſic vxor non amplius habeat ex vſufruc. quàm annuos quadringentos in.xv.annis? Et certè ſic. ſatis enim apertè hoc declarant dicta vltima verba teſtamenti. Viuianus.

l. In prædiis ſ. in quib. cau. pign. vel hypoth.

o Omnium rerum. hîc oritur prima quæſtio.

p Salinarum. hîc oritur alia quęſtio.

q Mercis cauſa. ſi habes non: bene. vel ſi deeſt non, idem eſt: quia reſponſio ſic certa eſt, vt venalia non veniant in legato, vel quę ad tempus ibi ſunt, vt hîc, &.j̃.proxi.reſpon.&.ſ̃.de leg.ij.l.Gaius.&.ſ̃. de leg.iij.le.vxorem.§.legauerat.&.l.ſi fundum.&.l.quęſitum. &.l. ſi chorus.§.j. &.l.ſi ita. &.l. prędiis.per totam.l.&.l.cùm quæritur. §.lana. &.j̃.de aur. & argen.leg.l. ſi vxori.§.j. &.j̃. de fundo inſtru. & inſtru.leg.l. prædia.§.j.&.ij. Accurſius.

r Venalia. ſ. mercis loco: vt.ſ̃.proxi. reſpon. cum ſuis concor.

Amplius

a *Amplius fuerit.* id eſt ſi amplius collegit ex fructibus quam ſint quadringenti aurei, rationibus heredum inferatur. Accurſius.

b *Declarare.* & ſic videtur receſſum à capite priori. Accurſius.

*Vti ex vſufructu quem tibi præſtari volo, in annum quintumdecimum contenta ſis annuis quadringentis: quod amplius fuerit,* [a] *rationibus heredis heredúmve meorum inferatur*: an receſſum videatur à ſuperiore capite, ideóque vxor non amplius habeat ex vſufructu, quàm annuos quadringentos. Reſpondit, ſatis id quod quęreretur, apertè verba quę proponerentur, declarare. [b]

Ad expenſas factas pro fructibus colligendis fructuarius tenetur pro rata. Barto.

Lucius Titius [c] teſtamẽto ſuo Publio Mæuio fundum Tuſculanum reliquit: eiúſque fidei cõmiſit, vti eiuſdem fundi partem dimidiam vſusfructus Titiæ pręſtaret. Publius Mæuius villam vetuſtate corruptam, cogendis

C & conſeruandis fructibus neceſſariã, ædificauit. Quæro, an ſumptus partem pro portione vſusfructus Titia adgnoſcere debeat. Reſpondit, ſi prius quàm vſumfructũ præſtaret, neceſſariò ædificauit: non aliàs cogendum reſtituere, quàm eius ſumptus ratio habeatur. [d]

Finita cauſa finali in legato, extinguitur legatũ: ſecus ſi aliud conſtat de mente teſtatoris. Bartolus.

D Duas filias, & filium [e] mente captum, heredes ſcripſit. filij portionis mente capti datæ vſumfructum legauit [f] in hæc verba: *Hoc amplius Publia Clementiana præcipiet ſibi* [*] *quartæ partis hereditatis meæ ex qua Iulium Iuſtum filium meum heredẽ inſtitui: petóque à te Publia Clementiana, vti* [g] *fratrẽ tuũ Iulium Iuſtum alas, tuearis, dependas pro eo, pro quo tibi vſumfrumctum portionis eius reliqui, donec mentis cõpos fiat, & conualeſcat.* Quæſitum eſt,

B cum filius in eodẽ furore in diẽ mortis ſuæ perſeuerans deceſſerit, an vſusfructus interciderit. Reſpondit, verbis quæ proponerentur, perſeuerare legatum: niſi manifeſtiſſimè [h] probetur aliud teſtatorem ſenſiſſe.

*ſibi vſumfructum.

*Lucius Titius.*] CASVS. In teſtamento ſuo reliquit fundum ſuũ Tuſculanum Publio Mæuio, & commiſit fidei Publij Mæuij vt partem dimidiam vſuſfruct. eiuſdẽ fundi pręſtaret Titiæ. & poſtea deceſſit dictus Lucius Tititius teſtator. & heres ſuus dedit Publio Mæuio legatario dictũ fundũ. accidit ita poſtea ꝙ quædã villa ſiue domuncula quæ erat in dicto fundo cauſa cogendorum ſiue colligẽdorum & conſeruandorũ fructuum, corrupta fuit propter vetuſtatem, & dictus Publius Mæuius neceſſariò eam reædificauit. petit modò dicta Titia medietatem vſuſfruct. dicti fundi, ſicut teſtator ei reliquit à Publio Mæuio legatario prædicto. dicit Publius Mæuius, ego volo detrahere de vſufructu quem petis, medietatẽ expẽſatum quas feci in dicta domuncula. quæritur, quid iuris ſit? Et reſpon. quòd bene poteſt detrahere.

c *Lucius Titius.* de verbo ad verbũ. ſ. de vſufr. l. Titius Mæuio.

d *Ratio habeatur.* pro rata vſusfru. ſed ſi poſtea expendat, vel prius, ſed oblitus nõ retinuit: agit neg. geſt. vt. ſ. de vſufruct. ſi abſente. ſed hîc exceptione doli & officio iudicis conſulitur. Accurſius.

*Duas filias.*] CASVS. Titius habebat vnũ filium mẽte captum qui vocabatur Iulius Iuſt9, & duas filias: quarũ vna vocabatur Titia pone, & alia Publia Clementiana. fecit teſtamentum hic Titius, & inſtituit ſibi heredes dictas ſuas duas filias in tribus partibus hereditatis ſuæ, & filium ſuum prædictum in quarta: & Publiæ Clementianæ prædictæ in hæc verba legauit, vſumfructum dictæ portionis dicto filio datæ: hoc amplius Publia Clementiana præcipiat ſibi vſumfru. quartæ partis hereditatis meæ ex qua Iulium Iuſtum filium meum heredem inſtitui. petóque à te Publia Clementiana vt fratrem tuum Iulium Iuſtum tuearis, & alas, & dependas pro eo illud quod habet vel habebit neceſſe dependere nomine collectarum fortè: pro quo, id eſt pro quibus omnibus vt facias, reliqui tibi vſumfruct. portionis eius donec mentis compos fiat, & conualeſcat. & poſtea deceſſit dictus Titius teſtator, & poſtea dictus filius teſtatoris deceſſit perſeuerans in eodem furore vſque ad diem mortis ſuæ. modò quæritur, vtrum dictus vſusfruct. filiæ relictus in parte fratris finiatur per mortem fratris prædicti? Et dicitur quòd non: niſi probetur per heredem filij teſtatorem velle finiri per mortem filij. credo autem quòd hoc probat heres filij eo ipſo quòd contrarium non probatur. Viuianus.

e *Et filium.* in quartam inſtituit: vt infra dicit. Accurſius.

f *Legauit.* id eſt prælegauit. Accurſius.

g *Vti.* pro vt.

h *Manifeſtiſſimè.* qđ fortè nõ difficiliter probabit ſi legãdi cauſam diligenter inſpicias: vt ſupra titu. j. l. liberto. §. filium. R. probat ergo, ſecundum H. eoipſo quòd contrarium non probatur. Item facit. C. de vſufruct. l. ambiguitatem.

Vſusfructus ſurrogatus in locum annui legati, debet ſequi naturam ipſius. h. d. ſecundum Dy. Bartolus.

Heredis inſtituti fidei commiſit, [i] filio ſuo annua decẽ præſtare: aut ea prædia emere, & adſignare, vt vſumfructũ haberet, [k] reditũ efficiẽtia annua decẽ. fili9 fundos ſibi ab herede ſecundum matris voluntatẽ traditos locauit. Et quæſitum eſt, defuncto eo reliqua colonorũ vtrúmne ad heredẽ filij fructuarij, an verò ad heredẽ Seiæ teſtatricis pertineãt. [l] Reſpondit, nihil proponi cur ad heredem Seiæ pertineant.

Cui relinquitur vſusfruct9 partis bonorum, poteſt heres ſoluere æſtimationem, vel rẽ: & onus tributorum pertinet ad legatariũ vſusfructus. Bartolus.

Vſumfructum tertiæ partis bo-

*Heredis inſtituti.*] CASVS. Seia habens filium exheredauit eũ,

A & Seium inſtituit ſibi heredem, & commiſit fidei dicti Seij vt præſtaret dicto filio annua decem, aut talia prædia emeret, & eidem filio aſſignaret, ex quibus filius poſſit percipere annuatim decem: & poſtea deceſſit dicta Seia: & Seius heres ſuus tradidit filio tales fundos quales ipſa præceperat: & filius locauit eos poſtea Gaio & Sẽpronio. pendente locatione deceſſit dictus filius. modò quæritur, vtrũ reliqua colonorum prędictorũ pertineant ad heredem filij, an verò ad heredẽ Seiæ teſtatricis? Et reſpon. quòd non pertinent ad heredem Seiæ. Viuianus.

i *Fidei commiſit.* Seia teſtatrix, ſi non habes in textu. Accurſius.

k *Haberet.* prædia dico efficientia reditum &c. Accurſius.

l *Pertineant.* dicta reliqua. & poteſt dici ꝙ hîc filius habuit vſumfructum. & ſecundum hoc dic reliqua, id eſt fructus percepti. aut penſiones quæ iam cucurrerunt. pẽdentes autem ſuo iure percipiet, & nullam penſionem pro eis exiget à colonis: quoniam cum eis non contraxit: vt ſupra titu. j. l. in ſingulos. in fin. &. ſ. ſi vſusfruct. pet. vti frui. §. ſi poſt litẽ. & de vſufruct. l. defuncta. & ſupra quibus mod. vſuſfruct. amit. l. ſi vſufructuarius. & ſecundum hoc nihil eſt contra. Poteſt dici & aliter quòd pro toto anno quo deceſſit, habeat: licèt in primo menſe anni deceſſit filius: & ſic eſt contra ſupra de vſufru. ſi operas. &. l. adhuc. §. ſi operas. vel dices ſecundum Rog. quòd fuit annum legatum: cuius legati dies ceſſit in initio cuiuſque anni, & debetur in ſolidum annum, licèt deceſſerit anno non completo: vt ſupra titu. j. l. in ſingulos. &. l. à vobis. & quod hîc dicit, vt vſumfructum haberet, id eſt fructus vel reditus. at in contrariis eſt vſusfructus vel etiam ſi eſt hîc vſusfructus poteſt dici quòd habeat integrum annum, ſecundum diſtinctionem quam nota. ſupra de vſufruct. l. adhuc. §. ſi operas. in fine. §. & ſupra titul. j. l. à vobis.

*vſumfructum.*] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredes Seium &

E Gaium: & eidem Seio prælegauit vſumfructum tertiæ partis bonorum ſuorum: & poſtea deceſſit dictus Titius: & poſtea Seius & Gaius heredes acceperunt iudicem pro diuidenda hereditate: & iudex res quaſdam hereditarias quæ diuiſionem commode recipere non poterant, adiudicauit totas Seio heredi cui datum fuit prælegatum vſusfructus & eum condemnauit in æſtimatione dictarum rerum Gaio coheredi meo. petit dictus Seius à Gaio coherede ſuo tertiam partem dictæ pecuniæ effectæ propter æſtimationem dictarum rerum, vt ſic in ea tertia habeat vſumfructum, ſicut pro tertia habebat in omnibus aliis rebus quæ fuerunt teſtatoris. Gaius autem coheres non vult ei præſtare: imò vult ei dare tantum vſumfructum quãtum poſſet exigere de tertia parte rerum prædictarum adiudicatarũ dicto Seio per iudicem fam. erciſcun. quæritur, quid iuris ſit? Et dicitur quòd electio eſt dicti Gaij coheredis quod prædictorum præſtet. de alia autem pecunia quæ eſt in hereditate, non eſt dubium quin Seius

debeat habere apud ſe tertiam, vt inde habeat vſumfruct. detractis tamen prius tributis de vniuerſa pecunia hereditaria: quæ tributa deberi & reddi neceſſe eſt pro prædiis hereditariis, & pro rebus ſe mouentibus. Viuianus.

a *Legauerat.* id eſt prælegauerat.

b *An pecuniæ.* ſcilicet tertia: quæ tertia pecuniæ effecta eſt, id eſt effici vel redigi poteſt ex rebus diuiſis. debêt etenim fieri tres partes de tota hereditate: & æſtimatio tertię debet dari.

c *Rerum.* commodam diuiſionem recipientiū. cæterum partim legatarij, & partim iudicis arbitrio committitur: vt ſupra de lega. j. l. non amplius. §. fina. & l. ſequenti.

† Dic ſecus vbi nō eſſet dare mediū: tunc electio eſſet legatarij, nō heredis. Sali. in l. 2. §. ſed & ſi quis. C. cōmunia de lega.

d *Æſtimationis.* in pecunia, aut etiam in certa re pro omnibus, ſi hoc voluit heres: vt ſupra de leg. j. l. poteſt. & l. pen. & ſic not. quod hîc liberatur ſoluendo æſtimationem etiā eius quod legatum eſt. ſic ſupra de leg. j. ſi dom⁹. §. qui confitetur. & §. ſequen. & ĵ. de auro & argen. leg. l. j. §. fina. & l. cū certum.

e *Item quæſitum.* continua præcedentibus, & non habent quidam. §.

f *Mouentibus.* ſcilicet rebus. aliud ſi pro capite tributum debeatur. Accurſius.

g *Præſtandam.* quandoque tributa quæ ex re dātur, de fructib⁹ præſtantur: vt Cod. de an. & tribu. l. j. & .ij. R. & not. ſupra eo. l. quæro. æſtimabitur ergo quāto minus valet propter onus tributi. nam Stichus non petet niſi ab herede qui poſſidet: vt. C. ſine cen. vel reli. l. omnes. & ſic fructuarius ſoluet tantò minus accipiendo: vt Cod. de col. do. l. dotis. & ĵ. eodem. l. fina.

Sempronio.] CASVS. Dominus Ioſeph tenebat in domo ſua Vſupinum ſiue Sempronium. fecit teſtamentum dictus Ioſeph, & inſtituit ſibi heredes Seium & Gaium: & Seio prælegauit dictam domum vbi habitabat Sempronius, & ita poſtea dixit: Sempronio dari volo ea quæ viuus præſtabam. certè debetur Sēpronio etiam habitatio. EX HIS VERBIS.] Hic. §. planus eſt propter princip. huius. l. quia idem dicit. [CODICILLIS.] Titia inſtituit ſibi heredes Seium & Caium: & tribus ſuis libertis ſcilicet Negidio & Titio & Dioni, quos tenebat in quibuſdam ſuis prædiis, multa legata reliquit: & poſtea fecit codicillos in quibus ita ſcripſit: Negidium & Titium & Dionem libertos meos ſenes & infirmos peto à vobis heredibus meis vt patiamini eos ſeneſcere in locis in quibus nunc degunt. poſtea deceſſit dicta Titia, & heredes ſui ſoluerunt ſine controuerſia ea quæ ſpecialiter legata fuerunt dictis libertis. modò petunt dicti liberti à dictis heredibus fructus dictorum prædiorum in quibus morari ſolebant viua teſtatrice, & hoc propter dicta verba quæ dixit teſtatrix in codicillis. nunquid poſſunt hoc petere liberti? & dicitur quòd ſic, ſi teſtatrix viua exiſtens permittebat eos accipere fructus de dictis fundis. & aliàs non poſſunt petere. & hoc dicit. Viuianus.

h *Is.* ſcilicet Sempronius.

i *Domo.* forſitan ſpatioſa. Accurſius.

k *Non debeatur.* ſcilicet Sempronio habitatio, & ſimiliter heredi cui eſt domus prælegata: ideò quia concurſus fit inter eos: ſicut ſolet fieri cùm alij fundus, & alij vſusfructus legatur: vt. ṡ. eod. l. ſi alij. & cùm alij vſus, & alij fructus legatur, quando concurrunt in vſu: vt. ṡ. de vſufru. l. ſi alij. & facit. ĵ. §. j. & §. fina. & ṡ. titu. j. l. Seio. §. medico. & §. fin. & quod ibi not.

norum ſuorum vni ex heredibus legauerat.[a] Quæſitum eſt, an pecuniæ[b] quæ ex rebus diuiſis ſecundum æſtimationem effecta eſt, tertia præſtanda ſit. Reſpondit, heredis eſſe electionem, vtrum rerum,[c] an æſtimationis[d] † vſumfructum præſtare vellet. Item quæſitum[e] eſt, tributa, præter ea quæ vel pro prædiis aut mouentibus[f] deberi & reddi neceſſe eſt, an eximenda ſint ex quantitate, vt reliquæ dumtaxat pecuniæ, ſi hoc heres elegerit, reddi debeat. Reſpondit, reliquæ pacuniæ tertiam præſtandam.[g]

Legato generali habitationis vel vſusfructus non derogatur per legatum proprietatis. Barto.

XXXIII. IDEM *libro ſeptimodecimo Digeſtorum.*

*Sempronio ea quæ viuus præſtabam, dari volo.* is[h] etiam habitabat in teſtatoris domo,[i] quæ vni ex heredibus prælegata erat. Quæſitum eſt, an habitatio quoque debeatur. Reſpondit, nihil proponi cur non debeatur.[k] Ex his[l] verbis teſtamenti, *Libertis meis quibus nominatim nihil reliqui, quæ viuus præſtabam, dari volo:* quæſitum eſt, an libertis qui cum patrono ſuo in diem mortis habitabant, etiam habitatio relicta videatur. Reſpondit videri.

Si heres grauatur aliquid pati: intelligitur grauatus vt patiatur eo modo quo patiebatur defunctus. Bartolus.

Codicillis ita ſcripſit,[m] *Negidiū, Titiū, Dionem, libertos meos ſenes & infirmos peto in locis in quibus nūc agunt, ſeneſcere patiamini.*[n] Quæro, an ex hoc capite liberti ſupra ſcripti ex fideicōmiſſo fructus[o] locorum quibus morantur, recipere debeant: cùm alia quæ eis ſpecialiter legata ſunt, ſine controuerſia conſecuti ſunt. Reſpōdit, verbis quæ proponerentur, id petitum, vt ad eum modum paterentur heredes ibi eos eſſe, ad quem modum ipſa patiebatur.[p]

Fideicommiſſum relictum poſt mortem omnium, ab vltimo decedente videtur eſſe relictum. h. d. & eſt notabilis caſus. Barto.

XXXIIII. IDEM *libro actauodecimo Digeſtorum.*

Codicillis fideicommiſſa in hæc verba dedit: *Libertis, libertabúſque meis, & quos in codicillis*

l *Ex his.* fa. ſupra in princi. huius legis. & ſupra titu. j. l. Seio. §. medico. & §. fina.

m *Codicillis ita ſcripſit.* ſcilicet teſtatrix, ſi non eſt in tex.

n *Patiamini.* ô vos heredes. Accurſius.

o *Fructus.* qui fortè ex parte domus poterat percipi, vel horto ſeu alio loco quo vtebantur in domo liberti. Accurſius.

p *Patiebatur.* fa. ſupra in princi. huius legis. & §. j. & ſupra tit. j. l. Seio. §. medico. & §. fin. & ṡ. titulo. j. l. ſi tibi. & l. qui Marco. §. Lucio.

Codicillis.] CASVS. Titius fecit codicillos, & in eis ita dixit, Libertis libertabúſque meis etiam quos in codicillis manumiſi, fundū vbi me humari volui, dari volo: ita vt qui ex his libertis deceſſerit, portio eius reliquis accreſcat, ita vt ad nouiſſimum libertum pertineat. poſt cuius nouiſſimi deceſſum ad rempublicam Arelatēſium pertinere volo dictum fundum. & poſtea ita dixit dictus Titius: hoc amplius libertis libertabúſque meis prædictis habitationes in domo mea Titiana pertinere volo quamdiu viuant: & diætas omnes quibus vti quiſque libertorum cōſueuit, habitet vnuſquiſque dictorū libertorum: quā domum ſupradictam Titianam poſt mortem dictorum libertorum ad dictam rempublicam Arelatenſium pertinere volo. & poſtea deceſſit dictus Titius. nunc quæritur hîc de duobus. Primum eſt, vtrum ab herede Titij qui fecit dictos codicillos, fideicommiſſum fundi ſupradicti datum ſit dictæ reipubli. an verò à libertis? & reſpond. quòd ab illo de libertis videtur eſſe datum reipub. fideicommiſſum, qui vltimò deceſſerit. Secundum eſt, an defunctis quibuſdam ex libertis prædictis quibus habitatio relicta erat, portiones domum prædictarum in quibus habitauerant, pertineant iam ad dictam rempub? Et videtur quòd ſic: quia teſtator ita dixit, vt dictum eſt, quam domum poſt mortem eorum ad rempubli. pertinere volo. & non repetit in domus legato verba quæ dixerat in legato fundi. dixerat autem in legato fundi hæc verba, ita vt ad nouiſſimum libertum perteneat: poſt cuius nouiſſimi deceſſum ad rempublicam Arelatenſium pertinere volo & cæt. Reſpond. tamen hîc quòd donec aliquis dictorum libertorum viuat, non debetur reipublic. fideicommiſſum domus: quia dicta verba in legato primo fundi dicta videntur repetita in legato domus ſiue domuum. [QVI SEMPRONIAM.] Titius habens duas nutrices, ſcilicet Semproniam & Mæuiam: & habens Caium alumnum, inſtituit ſibi heredem dictam Semproniam in dicima parte hereditatis ſuæ, & dictam Mæuiam in alia decima, & dictum Caium alumnum in reliquis partibus, & dedit curatorem dicto alumno Sempronium: quæ datio curatoris non valuit, tum quia alumnus non erat in ſua poteſtate, tum quia in teſtamento dedit ei curatorem. putabat tamen teſtator valere dationem, & dicti Sempronij curatoris fidei commiſit ne pateretur vendi fundum Titianum hereditarium. ſed cum dicta Sempronia & Mæuia reditu dicti fundi fruerentur: in eodem teſtamento adiecit, omnem voluntatem meam fidei heredum meorum committo. & poſtea deceſſit dictus Titius teſtator. modò quæritur, an quælibet dictarum mulierum poſſit petere tertiam partem vſusfructus dicti fundi ex fideicommiſſo? Et videtur quòd non: quia curator fuit eis aſſociatus in fideicommiſſo, qui iure, vt dictum eſt, non potuit dari alumno. Reſpon. tamen quòd ſic,

& fruen-

*manumiſi*, [a] *fundum vbi me humari volui, dari volo: vt qui ab his* [b] *deceſſerit, portio eius reliquis accreſcat, ita vt ad nouißimum pertineat: poſt cuius nouißimi deceſſum ad rẽpublicam Arelatenſiũ pertinere volo, hoc amplius* [c] *libertis libertabúſque meis habitationes in domo*, [d] *quamdiu viuent. Pactiæ* [e] *& Trophimæ diætas omnes, quibus, vti conſueuit,* [f] *habitet. quam domum poſt mortem eorum ad rempublicam pertinere volo.* Quæſitum eſt, reipublicæ fideicommiſſum vtrum ab herede, an à libertis datum ſit. Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, poſſe ita verba accipi, vt eius legatarij qui nouiſſimus decederet, fideicõmiſſum videatur. Idem quæſiit, defunctis quibuſdam [g] ex libertis quibus habitatio relicta erat, an portiones domus in quibus hi habitauerant, iam ad rempublicã pertineant. Reſpondit, quoad aliquis eorum viuat, fideicommiſſum reipublicæ non deberi. [h]

Fideicommiſſum relictum à curatore quem quis putabat legitimè datum: ab herede ſcripto debetur. Bartolus.

Qui Semproniam ex parte decima, & Mæuiam ex parte decima, alumnum ex reliquis partibus inſtituerat heredes: curatorem alumno dedit, cùm iure facere putaret: [i] & curatoris fidei commiſit, ne pateretur fundum venire, ſed cum Sempronia & Mæuia nutricibus ſuis frueretur [k] reditu eius: & ima parte * teſtamenti ita adiecit, *Omnem voluntatem meam fidei heredum meorum committo.* Quæſitum eſt, an tertias partes vſusfructus fundi nutrices ex fideicommiſſo petere poſſint, quãuis curator † ei [l] receptus [m] ſit, quem iure dare non poterit alumno. Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, vtiliter fideicõmiſſo voluntatem ſuam confirmaſſe. Id
B igitur cuique dediſſe, vt & nutrices vnà cam alumno reditu fundi vterentur. [n]

Licèt extiterit conditio, tamẽ expectãda eſt dies quæ supereſt. Bartolus.

XXXV. IDEM *libro vicenſimoſecundo Digeſtorum.*

Vxori vſumfructum villæ legauit in quinquẽnium à die mortis ſuę: deinde hæc verba adiecit: *Et peracto quinquennio cùm eius vſusfructus eſſe deſierit, tunc*
C *eum fundum* [o] *illi & illi libertis dari volo.* Quæſitum eſt, cùm vxor intra quinquennium deceſſerit, an libertis proprietatis petitio iam, an verò impleto quinquennio cõpetat, [p] quia peracto quinquennio teſtator proprietatem legauerat. Reſpondit, poſt completum [q] quinquennium fundũ ad libertos pertinere.

Qui habet ius in re, in dubio videtur legare rem reſpectu iuris
D quod habet, licèt morte finiatur. Bartolus.

XXXVI. IDEM *libro quintouicenſimo Digeſtorum.*

Sticho teſtamento manumiſſo, fundi vſusfructus erat legatus: [r] & cùm is vti fruíque deſiſſet, fidei heredum teſtator

---

& fruentur dictæ mulieres dicto fundo ſimul cum dicto alumno, & non cum curatore. Viuianus.

a *Manumiſi.* aliàs manumiſſurus: & aliàs manumiſero: aliàs manumiſſum.

b *Ab his.* id eſt ex his, id eſt primò quàm alij deceſſerint. & ex hoc oritur prima quæſtio. Accurſius.

c *Hoc amplius.* per hæc verba & in fundo videtur repetere legatum: vt. ſ. de lega. iij. l. ſi ſic. Accurſius.

d *In domo.* dari volo. Accurſius.

e *Pactiæ.* nomina duorum libertorum vel libertarum quibus ſolã habitationem reliquit.

f *Quiſque conſueuit.* aliàs deeſt quiſque, & tunc ſubaudi, quiſq; ſcilicet eorũ duorum vel earũ. & dic conſueuit, ſcilicet teſtator: vel, conſueui ego teſtator. Accur.

g *Quibuſdam.* ſic loquitur quaſi fuerint plures quàm duo. ſed dic, id eſt quodam. Accur.

h *Non deberi.* conditio enim primo legato appoſita, ſcilicet in fundo primo legato, & in habitatiõis legato repetita creditur: vt. j. de conditio. & demonſtratio. l. auia. in princip. & l. illis libertis. & ſ. de leg. iij. in repetendis. & ſupra de cõdit. inſtitu. l. cum ſeruus. Item ad legem iſtã bene eſt ſupra de lega. ij. l. Titia Seius. §. Seio. & l. fi. §. filium. Accur.

i *Putaret.* cùm facere non poſſit, quia non eſt in eius poteſtate: vt inſtitu. de tute. §. permiſſum. Item quia curator teſtamento non datur etiam ab eo qui habet in poteſtate: vt inſti. de cura. §. dantur. Accurſius.

k *Frueretur.* aliàs fruerentur: ſcilicet alumnus. aliàs fruerentur, ſcilicet alumnus & curator. Accurſius.

l *Ei.* ſcilicet alumno. Accurſius.

m *Receptus.* id eſt datus fuerit: ſcilicet talis qui non poteſt dari. vnde nec videbatur ab eo poſſe relinqui: ſed tamen alumno poteſt relinquere: vt hîc, & ſ. de lega. j. l. peto. §. mater. & C. de fideicom. l. etiam. & ſ. de lega. j. l. legata inutiliter. Accurſius.

n *Vterentur.* ſcilicet pro virilibus partibus: vt ſupra de leg. j. legata inutiliter. §. fina. & hoc facit enumeratio perſonarum facta propriis nominibus expreſſis: vt infra de ſtatulibe. l. ita. §. j. & ſupra de leg. j. l. ſi heredes. §. fin. & facit ſupra de leg. ij. l. Lucius. §. Lucius. & ſupra de vſufruct. accre. l. ſi quis Titio. & ſ. de leg. j. l. ſeruus Titij. §. fina.

*Ima parte, id eſt quod Sueto. in Iulio ca. 83. dixit, in ima cera, & Cic. in extrema: quæ omnia pro vltima parte tabularum ſeu teſtamenti accipiuntur.

Vxori vſumfructum.] CASVS. Titius legauit vxori ſuæ vſumfructum cuiuſdam ſuæ villæ vſque ad quinquennium à tẽpore mortis ſuæ Titij: & poſtea ita dixit in eodem teſtamento: tranſacto quinquennio cum dictus vſusfruct. deſierit eſſe dictæ vxoris, tunc eum fundum ſiue villam volo dari Sticho & Pãphilo & Eroti & Damæ libertis meis. & poſtea deceſſit dictus Titius: & dicta vxor ſuperuixit ei tantùm biennio pone: & ita deceſſit antè dictum quinquennium. modò quæritur, an ſtatim poſt mortem vxoris poſſint liberti petere proprietatem dicti fundi ſiue villæ? & dicitur quod non, imò debent expectare quod quinquennium finiatur. Viuianus.

A o *Fundum.* ſ. in quo erat villa, & per conſequens villam. Acc.

p *Competat.* petitio.

q *Completum.* ſcilicet demum. ſic infra quando di. le. ce. l. ſi dies. & ſupra quando dies vſusfru. le. ce. l. j. in fi. & j. de verb. oblig. in illa ſtipulatione ſi calendis. Sed argu. contra ſupra ad Velle. l. aliquando. §. fina. & ſupra ſi vſusfru. peta. l. ſi fundus. ADDITIO. Dic quòd ibi eſt tantùm cõditio: hîc verò dies eſt & conditio: vnde debet expectari dies: vt. l. in illa. infra de verbo. oblig. Vel dic quòd hîc operatur dictio tunc, quæ extremitatem temporis ſignificat: vt. l. iiij. infra de cõdit. & demon. ſecundũ Barto. hîc.

† Quidã putãt iungendas has duas voces, vt ſit curatorei, pro curatori vt veteres ſcribebant.

Sticho teſtamẽto.] CASVS. Seius inſtituit ſibi heredes Gaium & Semproninm, & libertatem directam dedit Sticho ſeruo ſuo, & eidem Sticho legauit vſumfructum fundi ſui Seiani: & commiſit fidei dictorum ſuorum heredũ, vt dictum fundum darent Lucio Titio cùm dictus Stichus vti frui deſiiſſet p mortem, vel capitis deminutionẽ. & poſtea deceſſit dictus Seius teſtator, & dicti ſui heredes tradiderunt cauſa fruendi dicto Sticho dictum fundum: & poſtea Stichus fecit teſtamentum, & inſtituit ſibi heredes Primum & Secundum, & duobus ſuis nepotibus legauit proprietatẽ dicti fundi in quo habebat vſumfru. & poſtea deceſſit dictus Stichus: & ita finitus eſt vſuſfr. ſuus. & poſtea dicti heredes Stichi fructuarij dictum fundum tradiderunt ex teſtamento Stichi dictis nepotibus Stichi: & poſtea dicti nepotes Stichi tenuerunt dictum fundum decem annis inter præſentes ignorantes cõditionem dicti fundi quam Seius primus teſtator dedit eidem fundo: quæ conditio fuit talis. ſcilicet vt heredes dicti Seij dictum fundum darent Lucio Titio cùm Stichus prædictus deſiiſſet: vti frui: & ita habuerunt bonam fidem dicti nepotes Stichi, & titu-
E lum pro legato. nunquid acquiſierunt dicti nepotes Titij dictum fundum titulo pro legato? & dicitur quòd ſic. Si autem non habuerunt dictam bonam fidem dicti nepotes Stichi, & ita Lucius Titius prædictus auferre eis potuit dictum fundum etiam poſt decennium prædictum, & abſtulit ponamus: nunquid habebunt repetitionem dicti fundi dicti nepotes Stichi ab heredibus prædictis Stichi? & dicitur quòd ſic, niſi in vno caſu, puta ſi Stichus fecit dictum ſuum teſtamentum eo tempore quo mortui iam erant illi, id eſt Lucius Titius, quibus, id eſt cui proprietas dicti fundi legata fuit per Seium primum teſtatorem: quo quidem caſu videtur legaſſe Stichus nepotibus ſuis dictum fundum, ea ratione magis quòd proprietatem eius fundi crederet ad ſe pertinere, quàm quòd honorare vellet heredes ſuos ſi eis fundus auferatur per heredes dicti Lucij Titij mortui, vt dictum eſt. Viuianus.

r *Legatus.* ab eodem qui libertatem reliquit.

a *Stichus*. lapſus errore: quia neſciebat ius ſuum morte finiri. idem error eſt inſtitu. de vſuca. §. item ſi is.
b *Legatarij*. id eſt Stichi. Accurſius.
c *Statuto*. ſcilicet decennio inter præſentes, xx. inter abſentes: vt. C. de præſcrip. lon. temp. l. fi. & inſtit. de vſuca. in princi.
d *Adquiſierint*. iure quaſi dominij per preſcrip. lon. temp. ti. pro legato.
e *Auferri poßit*. quia nõdum præſcripſerant vel ſciuerãt conditionẽ primi teſtamenti, & ſic fuerunt malæ fidei.
f *Poßint*. quaſi de euictione agentes, vel quaſi debeãt redimere & preſtare, vel ſaltem æſtimationem vt in re aliena legata: vt ſupra de leg. iij. le. non dubium. §. j. Accurſius.
g *Poſt mortem eorum*. id eius, ſcilicet Lucij Titij cui fuerat legatus. ſic pluralis ſentẽtia pro ſingulari ponitur, vt. C. de ſer. reipub. ma. le. fina. Itẽ ideò dicit poſt mortem, quia per hoc ſibi remanſiſſe credebat: qđ non eſt verum. nam licet deficiat legatum Titij, quia pendẽte die incerto decedit, id eſt viuente Sticho: vt infr. de condit. & demon. l. j. §. j. remanet tamen apud heredes primi teſtatoris, vt cætera caduca: vt C. de cadu. tollen. §. ſin autẽ aliquid. ibi, quod ſi in medio &c. & iſti ſunt qui euincunt.
h *Quòd*. aliàs quàm.
i *Crederet*. ex cauſa precedẽti quam ignorabat finitã. & ideò aliàs non legaturus præſumitur, quaſi eum ad legãdum ſolus hic error induxerit. R. alioquin ſecus eſſet: puta ſi ſciens præfatam cõditionem legaſſet, vel aliàs legaturus eſſet ſi ſciſſet: vt. j. de cõdi. & demon. l. cum tale. §. falſam. & C. de lega. l. cum alienam. & ſic non obſtant contraria ſignata, vt ſupra de lega. j. l. ſi domus. §. j. & l. non quocunque. §. ſi ex bonis. & de leg. iij. le. qui concubinã. §. ſi heres. ſed & aliter reſponderi poteſt, vt & ibi not. ſed his obiicitur: quia & hîc coniunctis perſonis legauit, id eſt nepotibus: & ſic videtur quòd fuiſſet relicturus etiam ſi ſciſſet: vt. d. le. cùm alienam. ſed certè, vt hîc dicit Rog. ſolus error eum induxit ad legandum, quia antea habuerat, & quia legatarius proprietatis deceſſerat, & ideò aliàs non legaturus præſumitur, vt dixi. & facit ſupra de lega. ij. le. vnum ex. §. ſi rem. & l. cùm pater. §. euictis. & l. fi. §. fina. & infra de auro & arg. leg. le. ornamentorum. & l. Titia. Item facit. C. de leg l. vxori. & ſupra de lega. j. le. quod in rerum. §. j. Accurſius.

commiſit, vti eum fundum darent Lucio Titio. ſed Stichus [a] teſtamento ſuo eiuſdem fundi proprietatem nepotibus ſuis legauit: & heredes Stichi ex teſtamento eius legatariis nepotibus eum fundum tradiderunt. Quæſitum eſt, cùm nepotes legatarij [b] ignorauerint conditionem fundi ſupraſcripti priore teſtamẽto datam, & plus quàm tempore ſtatuto [c] poſſederint, an eũ fundum ſibi adquiſierint. [d] Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, legatarios ſibi adquiſiſſe. Idem quæſiit, ſi aliquo caſu legatariis auferri [e] poſſit: an repetitionem ab heredibus Stichi eius nepotes habere poſſint. [f] Reſpõdit, ſupra quidẽ de adquiſitione reſponſum: verùm ſi ex alia cauſa adquiſitio ceſſaſſet, videri Stichum, ſi poſt mortem eo- C rum [g] quibus proprietas legata eſſet, teſtamentũ feciſſet, potius quòd [h] habere ſe crederet, [i] quã quod onerare heredes vellet, legaſſe.

Qui legat vſumfructum omnium bonorum ſuorum: intelligitur de mobilibus & immobilibus. Bartolus.

XXXVII. IDEM *libro trigenſimotertio Digeſtorum.*

*Vxori meæ vſumfructũ lego bonorum meorũ, vſque dum filia mea annos impleat octodecim.* Quæſitum eſt, an prædiorum tam ruſticorum quàm vrbanorum, & mancipiorum, & ſupellectilis,

Vxori meæ.] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredem filiam ſuam Seiam impuberem: & poſtea ita dixit: Vxori meæ vſumfructum lego bonorum meorum vſque dum filia mea Seia annos impleat. xviij. & poſtea deceſſit dictus Titius teſtator. modò quæritur, an propter dicta verba pertineat ad dictam vxorem Titij vſusfruct. prædiorum tam vrbanorum quàm ruſticorum, & mancipiorum & ſupellectilium, & calendarij? Et reſpond. quòd ſic. Viuianus.

k *Pertinere*. niſi excedat dodrantis æſtimationem: vt ſupra de vſufru. l. omnium. & facit. j. de verb. ſigni. l. bonorum. & C. de vſufru. l. j. & j. ad Treb. l. nam quod. §. fin. & l. ſeq. Sed contra. C. de inoffi. teſta. auth. nouiſſima. Solu. ibi quando ſolam legitimã volunt filij qui purã debent, habere. hîc autem omniũ proprietatẽ habent: & A ſic cõpenſetur cum vſufructu quem non habent: & ſic ad aliquod ſupplementum non poſſunt agere. Vel hîc corrigitur: vt. C. de inoffi. teſta. l. ſcimus. §. cũ autẽ. vt in contrario not. Accurſius.

Fundi.] CASVS. Inſtitui mihi heredem filium meum impuberem: & ei dedi tutorem Titium: & poſtea ita dixi: Fundi mei Trebatiani reditus vxori meæ, donec viuet, dari volo. & poſtea deceſſi. modò quæritur hîc de quatuor. Primũ eſt, an poſſit dictus tutor heredis dictum fundum vendere, & legatario, id eſt legatariæ prædictæ meæ vxori offerre quantitatem annuam quam ego viuus ex locatione dicti fundi redigere conſueueram? Et reſpõ. quòd ſic. Secũdum eſt, an teneatur heres ad præſtãdum habitationẽ dictæ meæ vxori? Et reſpond. quòd non. Tertium eſt, an cõpellatur heres reficere dictum prædium taliter fortè deſtructũ, quòd minores reditus præſtet quàm conſueuerit? Et reſpõdetur quòd ſic, ſi eius facto minores reditus dicti fundi facti eſſent: & nõ aliàs. Quartum eſt, quid differt dictum legatum à legato vſufru? Et reſpon. quòd differentia poteſt colligi ex iis quæ dicta ſunt ſupra ea. l. quædam enim ſtatuta & reſponſa ſunt in hac. l. circa hoc legatum, quæ non habent locũ in legato vſusfructus. Viuianus.

itemq; calendarij vſusfructus ad vxorem pertineat. Reſpondit, ſecundùm ea quæ proponerentur, omnium pertinere. [k]

Hæc eſt notabilis lex, & ponit multos caſus: ideò non ſummo eam: & vltima quæſtio poſita in fine, clauis eſt totius legis. Bart.

B XXXVIII. IDEM *libro tertio Reſponſorum.*

*Fundi Aebutiani reditus vxori meæ quoad viuat, dari [l] volo.* Quæro, an poſſit tutor heredis fundum vendere, & legatario [m] offerre quantitatẽ annuam quã viuo *patrefamiliâs ex locatione fundi redigere conſueuerat. Reſpondit poſſe. [n] Item quæro an habitare [o] impune prohiberi poſſit. Reſpondit, non eſſe obſtrictũ heredem ad habitationẽ præſtãdam. Item quæro an cõpellẽdus C ſit heres reficere prædiũ. [p] Reſpondit, ſi heredis facto [q] minores reditus facti eſsẽt, legatariũ rectè deſiderare quod ob eam rẽ deminutũ ſit. Item quæro, quò diſtat hoc legatũ ab vſufructu. Reſpondit, ex his quæ ſupra reſpõſa eſſent, intellegi differentiam. [r]

*viuus patrefamiliâs.

Proprietas reuertenda mortuo legatario ad heredem, tanquã ipſi relicta ſit declaratur. Bartolus.

XXXIX. IDEM *libro ſexto Reſpõſorũ.*

D Filios heredes inſtituit: vxori veſtem, mundum muliebrem, lanam, linum, & alias res legauit, & adiecit: *Proprietatem autem eorum quæ ſupra ſcripta ſunt,*

l *Dari*. Not. dari quaſi de manu heredis ſingulis annis.
m *Legatario*. ſcilicet vxori teſtatoris.
n *Poſſe*. ad quod eſt. s. tit. j. l. liberto. in princi. Et not. quòd emptor legatariæ in nullo tenebitur: vt. s. de contrahen. emp. l. fin. Item & not. aliud pro alio ſolui. ſic ſupra eo. l. generali. §. pe. & §. fi. & j. de auro & argen. leg. l. j. §. fina. & l. cum certum. & ſupra de leg. j. l. non amplius. §. fina.

Solui quandoque aliud pro alio poteſt.

o *Habitare*. ſcilicet in domo quæ eſt in fundo.
p *Prædium*. id eſt domum prædij.
q *Facto*. id eſt culpa: vt. s. de leg. j. cum res. & l. quid ergo ſi maiorem. §. ſi heres. & l. non quocũque. in prin. Accurſius.
r *Differentiam*. quia vſufructuarius non de manu heredis annis E ſingulis, ſed ipſemet percipit omne commodum: nec poteſt ab herede vendi in ſui præiudicium. Item non poteſt prohiberi habitare, cum omnis fructus rei ad eum pertineat: vt ſupra de vſufru. le. vj. & l. item. & l. ſed & ſi quid. & l. arbores, & de vſu & habi. l. ſi habitatio. §. fi. & l. ſeq. Sed videtur huic fini contra. infra eo. cum ita. & ſupra de vſufru. l. ſi quis ita. ſed dic vt in eis not. Item facit ſupra ſi vſusfruct. peta. l. ij.

Filios heredes.] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredes duos ſuos filios, & duas filias pone: & legauit vxori ſuæ veſtem, & mundum muliebrẽ, & lanam, & linum, & alias res. poſtea ita dixit in eodem teſtamento: proprietatem omnium prædictorum quæ vxori meæ legaui, volo reuerti ad dictas meas filias poſt mortem dictæ meæ vxoris, vel ad illam ex dictis filiabus quæ tunc vixerit. & poſtea deceſſit dictus teſtaror. modò quæritur, vtrum videatur legatus vxori vſusfructus dictarum rerum, an verò proprietas? Et reſpon. quòd videtur ei legata proprietas. Viuianus.

Reuerti.

a *Reuerti*.per hoc apparet proprietatem legatam:quia aliàs reuerti non poſſet. Accurſius.

b *Ad filias*. poſt mortem vxoris.& facit infra de aur.& argen.leg. l.ſpecies.&.s̃.de vſufruct.Proculus. & ſupra de vſufruct.ea re.quæ vſu conſu.l.fin. Accurſius.

*reuerti* [a] *volo ad filias* [b] *meas,quæ ve ex his tunc viuent.* Quæſitum eſt, vtrum vſusfructus, an proprietas earum rerum data ſit. Reſpondit proprietatem legatam videri.

XL. ALFENVS VARVS *libro octauo Digeſt.à Paulo Epitomatorũ.*

I*lli cũ illo habitationem lego.* perinde [c] eſt, ac ſi ita *Illi & illi* legaſſet. [d]

Legatũ annuum propria manu pcipi debet ad inſtar vſusfructus, ſi verba congruunt.Bartolus.

XLI. IAVOLENVS *libro ſecundo ex Poſterioribus Labeonis.*

CVm ita legatũ eſſet, *Fruct⁹ annuos fundi Corneliani Publio Mæuio do lego:*perinde putat accipiẽdũ eſſe Labeo, ac ſi vſusfruct⁹ fũdi ſimiliter [e] eſſet legatus:quia hęc mẽs fuiſſe teſtatoris videatur.

XLII. IDEM *libro quinto ex Poſterioribus Labeonis.*

IN fructu id eſſe intellegitur,qđ ad vſum † hominis inductũ eſt. Neque enim maturitas naturalis hîc ſpectãda eſt, ſed id tẽpus quo magis colono [f] dominóve eum fructum tollere expedit. Itaque cùm olea immatura plus habeat reditus [g] quàm ſi matura legatur: non poteſt videri, ſi immatura lecta [h] eſt,in fructu non eſſe.

I*lli cum illo.*] CASVS. Ita dixit Titius teſtator in teſtamento ſuo: Seio cũGaio lego habitationẽ in domo mea Titiana. & deceſſit.certe vterq; eorũ habebit pro dimidia habitationẽ:quia perinde eſt ac ſi ita legaſſet, Gaio & Seio lego habitationẽ in dicta domo. Viuia.

c *Perinde*.idem ſi dixit, illã cum illa re lego. vt.s̃. de lega.j.l. Titio.§.nihil.&. l. ſi quis inquilinos. §. ſi ita. idẽ ſi dixit, illi aut illi.vt.C.deverb. ſigni.l.penult.

d *Legaſſet*. poſſet & aliter intelligi.vt.s̃.depoſiti. l. j. §. quæ depoſiti. quæ eſt contra.Solu.vt ibi.Itẽ.cõtra.s̃.de vſufr. l.ſi cui.Sol.ibi.&facit.s̃. de vſufru. accreſcen.l.ſi quis Titio.&.s̃.cõmo.ſi vt certò.§.ſi me.&.j̃.de vent.in poſ.mitten.l.vbicumque.§.quamuis.

† Pulcherrimam huius ſentẽtiæ amplificationẽ vide apud Cic.li.1.de legib.

C*vm ita.*] CASVS. Ita legauit Titius in teſtamento ſuo, fructus annuos fundi mei Corneliani PublioMęuio do lego. & poſtea deceſſit dictus teſtator. poſtea Publius Męuius pone deceſſit,vel capite minutus eſt. nũquid finitur dictũ legatũ?Et dicitur quòd ſic, quia videtur legatus vſusfru.dicti fundi. & hoc dixit Labeo,& bene.Sed quid continetur in fructu prædicto?& certè illud quod ad vſum hominis eſt inductum.vnde ſi tales ſint fructus qui non valent ad vſum hominis niſi ſint maturi,illi continebũtur in dicto fructu tunc demum cùm erunt maturi, vt ſunt perſica,& ſorba,& multi alij fructus.ſi autẽ ſint tales fructus qui meliores ſunt immaturi quàm maturi,vt ſunt oleæ,tunc erit in fructu etiam ſi immatura collecta eſt olea.&.h.d.cum.l.ſeq.

e *Similiter*.i.in ſingulos annos.alioquin obuiare.s̃.quãdo di.vſusfr. lega.ce.l.j.in.j.reſpon. vbi dicitur eſſe differentia,in diei ceſſione legetur ſimpliciter vſusfr.an in annos ſingulos.vel dic quòd perinde eſt, &c. ſcilicet quia vtrumque legatũ finitur morte legatarij:vt dixi.s̃.vſufru.quemadmo.ca.l.huic.§.fi.&.l.idem.Vel dic vt dixi.s̃.de vſufruct.l.ſi,quis ita.& ſic non obſtat.s̃.eo.l.fundi. Item facit ſupra eo.l.patrimonij.& ſupra titu.j l.in ſingulos. Accurſius.

f I*N fructu.Colono*.qui nũmis colit,qui ꝓpriè colonus dicitur:nõ autem partiarius : vt.s̃.loca.l.ſi merces.§.vis maior.partiarius ergo teneretur ſi nõ ſuo tempore colligit: vt in eo.tit.l.ſi merces.§. conductor. Sed quid ſi ille qui nummis colit,in vltimo mẽſe locationis colligit immaturos,vt dominus nõ habeat maturos?Reſpõ. tenetur:vt.s̃.loca.l.& hæc diſtinctio.§.cum fundum.Accurſius.

g *Plus habeat reditus*. i.plus humoris:[a] nõ tamẽ ita ſani & boni:vnde teneretur leg.Aquil.ꝗ taliter in alieno damnũ daret:vt.s̃.ad leg. Aquil.ſi ſeru⁹ ſeruũ.§.ſi oliuã.& facit.s̃.de vſufr.ſi abſente.§.fi.Acc.

a [De tempore oliuæ colligendæ vide Plin. li. 15.c 1.&.3. & dein.

h *Lecta*. aliàs legata.

N*ihil.*] CASVS. Legaui Titio vſumfru.bonorum meorum,& deceſſi.certè heres meus detrahere poterit de dicto legato ęs alienũ.i.prius detrahet ęs alienũ de bonis meis, & poſtea vſumfru. cõſtituet legatario. in bonis tamen meis cõputabitur illud quod alij mihi debebãt. Et quod dixi in vſufru.legato omniũ bonorũ,habet locũ ſi legẽ vſumfructũ partis bonorũ, puta tertiæ vel quartæ, vel alterius partis:ſecus ſi legaui ei vſumfructum certarũ rerũ:quia tunc non extrahitur æs alienum : & non computatur illud quod debetur mihi. Viuianus.

ff. Infort.

i *Nihil intereſt*. aliàs eſt in litera(vt Py.[b]) multum intereſt.& tũc dic
A rerũ,ſcilicet certarũ:& eſt plana. vel ſecũdũ eandẽ literã dic bonorum an rerũ tertię partis ſub vocabulo hereditatis,nam bonorum. nam primò deducitur æs alienũ,ſecundò diuiditur:vt not.s̃.de leg. ij.ſi quis ſeruum.§.fi.&.l.ſeq.& ſecundum hoc quod dicit,at ſi certarũ, mutat caſum : vel certarum, id eſt, certæ quotæ. i. tertiæ hereditatis. & erit aliud, quia diuiduntur onera,vt di xi. Alij habent,nihil intereſt:&tunc.i.nihil intereſſe videtur,bonorũ an rerum ſcilicet certarum. ſed tamẽ intereſt: nam ſi,id eſt quia ſi bonorum, &c. vel ſecundum eandem nihil intereſt tertiæ partis bonorum,an tertiæ partis rerum mearum ſimpliciter.nam vtrobique ęs alienum deducitur. ſecus ſi certarum rerũ, vt in fin.& facit ad. l. j̃.ad Trebel. nam quod.§.fi. &.l.ſequen.& etiam ſequen.& de verbo ſignific. l. bonorum. &.s̃.de lega.j.non amplius.§.fi. &.l.ſeq.&.s̃.eo.l. generali.§.fi.&.§.pen.&.s̃.de vſufr. l.quoties.§.fi. vbi etiam alia differẽtia eſt legetur omnium bonorum,an certarum rerũ.

b] hoc falſum eſt.

XLIII. VENVLEIVS *libro decimo Actionum.*

NIhil intereſt, [i] vtrũ bonorũ quis, an rerũ tertiæ partis vſumfructũ legauerit. Nã ſi bonorũ vſusfructus legabitur, etiã ęs alienum ex bonis deducetur:& qđ in actionib⁹ erit,cõputabitur. At ſi certarũ rerum vſusfructus lega-
B tus erit,non idem obſeruabitur.

## DE SERVITVTE legata.

## TITVLVS III.

Si domus vna ſuſtineat actum ſeruitutis habentis cauſam continuam & permanentem,& alienetur : in dubio ſeruitus videtur impoſita. Bartolus.

I. IVLIAN. *libro primo ex Minicio.*

QVi duas tabernas coniunctas habebat, eas ſingulas duobus legauit.Quęſitũ eſt,ſi quid
C ex ſuperiore taberna in inferiorẽ inædificatũ [k] eſſet,num inferior oneri ferũdo in ſuperioris tabernæ loco contineretur. [l] Reſpondit,ſeruitutem impoſitã videri. [m] Iulianus notat: [n] Videamus ne hoc [o] ita verum ſit,ſi [p] aut nominatim hæc ſeruit⁹ impoſita [q] eſt, aut ita legatum datum [r] eſt: *Tabernam meam vti nunc eſt, do lego.*

DE SERVITVTE legata[ vrbana & ruſtica.]

*Et quære in his vt in vſufr.quæſiui.s̃.tit.* 1. *in rubri. Accurſius.*

*Ordinarium hoc eſt, vt ſeruituti in perſonam iũgatur ſtatim ſeruitus in rẽ:quæ tamẽ ſunt inter ſe valde diſtantes. nam ſeruitus eſt indiuidua,vſusfructus diuidua,& ideò ſeruituti præſtandæ heredes ſinguli in ſolidum obligantur,vſufructui pro partibus heredita*
D *riis.item ſeruitus in heredem transfertur,non vſusfructus,& ſi legetur ſeruitus alternis annis,vnum eſt legatum,ſi vſusfructus,plura l.*13.*s̃.titu.prox. Imò & ſimpliciter legatus vſusfructus,quotidie legari, & legatario deferri videntur; adeò vt qui heri adquiſitus eſt,ſi hodie etiam nõ adquiratur, collegatario adcreſcat l.*1.*De vſufru.adcre. Cuiac.*

Q*vi duas.*] CASVS. Legaui Titio vnam meam tabernam Mutianam,& Seio legaui aliam meam tabernam Seianam,quæ erat ſupra prędictam Mutianam:& ex ea ſuperiore aliquid erat inædificatum in inferiorem : & deceſſi.heres meus poſtea dedit cuilibet legatario ſuam tabernam. nũquid dicta inferior taberna debet ita ſeruire ſuperiori ſicut ſeruiebat me viuente? Et dicitur quòd ſic. aut enim ego nominatim in teſtamẽto meo impoſui dictam ſeruitutem:aut ita legaui cuilibet legatariorum,tabernã meã Mutianam lego Titio vt nunc eſt: & tabernam meam Seianam lego Seio vti nunc eſt.quod quidem ſemper eſt præſumendum, niſi contrarium ſit liquidum:vt.s̃.tit.j.l.damnas.§.j.Viuianus.

E k *Inædificatum*. id eſt,ſuperædificatum eſſet. Accurſius.

l *Contineretur*. q.d.an inferior videatur eſſe pars ſuperioris in eo ꝙ ferret eius onus:ac ſi dicat,an debeat hanc ſeruitutem?

m *Videri*: tacitè. Accurſius.

n *Notat*. eſſe verum quod dictum eſt, non corrigendo,ſed determinando.

o *Ne hoc*. q.d.an ideò verum ſit.

p *Si*.id eſt,quia.

q *Impoſita*. in vltima voluntate : ſecus ſi inter viuos, ſiue remanet domus vtriuſque:quia ſua res ſibi non ſeruit : vt ſupra ſi vſusfruct. pe.l.vti frui.vel etiam ſi aliis tradat ſimul.ſi autem ſucceſſiuè diuerſis temporibus,poteſt tũc:vt ſupra communia prædi.l.ſi quis duas. & l.ſeq.&.l.ſi cùm duas.

r *Datum*. id eſt,relictum. quod ſemper præſumitur,niſi contrariũ ſit liquidum:vt ſupra in princ.huius.l.& facit ſupra tit.j.l.damnas. §.j.& ſupra ſi ſerui.vindi.l.teſtatrix.

NN iij

Fundum.] CASVS. Titio & Seio habentibus fundum communem legaui viam per fundum meum. nunquid valet legatum? Et dicitur quòd ſic. nam & communis ſeruus dicti Titij & Seij poſſet à me ſtipulari viam ad fundum eorum. eſt & alia ratio quare dicto Titio & Seio habentibus fundum communem poſſum legare viam per fundũ meũ: quia ſi Gaius fuiſſet à me ſtipulatus viã per fundum meum ad fundum ſuum, & dict⁹ Titius & Seius extitiſſent ei heredes, non corrumpitur ſtipulatio. Viuianus.

a Legari. ſ. duobus.
b Poteſt. ſed econtra ſi duo domini legent, diſtinguitur an adeat heres reditas vtriuſq; ſimul: & valet: aliàs non. ſed ſi duo promiſerint etiã diuerſis tẽporibus, valet poſt vltimam conceſſionem: vt. ſ. cõmunia prædio. l. fi. in fin.
c Stipulatur. concordat ad ſecundum & tertiũ caſum. ſ. de serui. vrba. prædi. ſi vnus ex ſociis. §. j. & §. fin. Accurſius.
d Non corrumpitur. licèt pro parte ab initio cõſtitui non poteſt, tamẽ per partes retinetur: vt &. j. de verbo. obliga. l. pluribus. §. j. & ſ. de ſer. l. vt pomum. §. fin. & l. pro parte. & l. viæ. & ſic nõ vitiatur, licèt venerit in eũ caſum à quo incipere non poteſt, vt dictis legibus.

* Hæc lex de legato vindicationis accipienda eſt: quod & Bartolus quoque vidit.

II. MARCELLVS libro tertiodecimo Digeſtorum.

Fundum communem habentibus legari [a] poteſt [b] via: cum & communis ſeruus rectè viam ſtipulatur: [c] & cùm duo ei qui ipſe viam ſtipulatus fuerit, heredes extiterint, nõ corrumpitur [d] ſtipulatio.

Vt valeat legatum viæ, requiritur, vt legatarius tempore mortis teſtatoris reperiatur dominus prædij dominantis in totum verè vel fictè: aliàs legatum extinguitur. Bartolus.

III. IDEM libro vicenſimo-nono Digeſtorum.

Si fundum Mæuio, & ad eũ [e] viam per alium fundum, [f] & eundem [g] fundũ ſine via Titio [h] legaſſet: * ſi vterq; fundũ vindicaſſet, ſine via legato fundũ ceſſurum: quia neque adquiri [i] per partem ſeruitus poſſit: & ſi prius Mæuius fundũ vindicaret, altero [k] deliberãte, poſſe dubitari an ſi poſtea [l] Titius omiſiſſet, [m] viæ legatũ ſaluum eſſet. Et hoc magis videbatur: [n] quamquã ſi ſub conditione quis fundũ legaſſet, viã purè: [o] aut pro parte fundum purè, pro parte ſub cõditione, & viam ſine cõditione: ſi pendẽte [p] ea legati dies [q] ceſſiſſet, interiturum fore viæ legatum: vt reſponſum [r] eſt cũ alteri ex vicinis qui fundũ communẽ habebant, viã ſub cõditiõe, alteri purè legaſſet, pẽdẽte cõditione deceſſiſſet: [s] † quia alteri legatarij perſona impedimẽto eſſet quo minus ſolidus [t] fundus cũ via vĩdicaretur.

Hic eſt bonus caſus: & ex ipſo habes quòd ſi ego vendo tibi domum quæ ab alia diſtinguitur pariete communi: tantùm medietatem parietis videor vendere. Bartolus.

IIII. IAVOLENVS libro nono Epiſtolarum.

Si is qui duas ædes habebat, vnas mihi, alteras tibi legauit, & medius paries quivtraſq; ædes diſtinguat, interuenit: eo iure [u] eum [x] cõmunem nobis eſſe exiſtimo, quo ſi paries tãtum [y] duob⁹ nobis communiter eſſet legatus: ideoq; neque me neq; te agere poſſe, [z] ius non eſſe alteri ita immiſſas [a] * habere. Nam quod [b] communiter ſocius habet, & in * iure eum habere conſtitit. itaque de ea re arbiter communi diuidundo ſumendus eſt. [c]

e Ad eum. ſcilicet fundum.
f Fundum. retentum.
g Et eundem. quẽ Mæuio legauerat.
h Titio. & ſic pro virili ſunt legatarij: vt ſupra de leg. j. l. ſi pluribus. §. ſin autem.
i Neque adquiri. ſcilicet ſic, nedum aliter. R. & dic pro parte ſcilicet incerta: vt. ſ. de ſer. l. pro parte. & ſupra cõmunia prædio. ſi quis duas. §. j. ſed ad certam poteſt: vt ſupra de ſer. l. ad certã. & ſ. de ſer. ruſti. præd. i. l. certo.
k Altero. Titio.
l An ſi poſtea. id eſt poſt mortem antè aditã hereditatẽ. R. quãdo dies legatæ ſeruitutis cedit: vt iam dicam. Accur.
m Omiſiſſet. i. repudiaſſet legatum. Accur.
n Videbatur. ſ. vt viæ legatum ſit ſaluum.
o Viam purè. per fundũ retentum.
p Pendente ea. ſcilicet cõditione ſub qua fundus totus vel pro parte fuit legatus.
q Legati dies. ſ. viæ, qđ eſt adita hereditate.
r Vt reſponſum eſt. ſcilicet interire ſimile legatum, vt ſubijcit.
s Deceſſiſſet. ſ. teſtator. ex quo videtur ꝙ viæ legatum cedit à morte teſtatoris. eſt tamẽ arg. cõtra. ſ. communia prædio. l. fi. & ſ. queadmo. ſer. amit. ſi partẽ. §. fi. & j. eo. l. fi. ſed in ſeruitutibus perſonalibus certũ eſt eas cedere ab adita hereditate: vt. j. quãdo di. lega. ced. l. ij. Azo. & C. de cadu. tol. §. in nouiſſimo. Accur. ADDITIO. Dic ꝙ ibi erat defect⁹ ex parte legãtis qui nõ erat dominus niſi pro parte fundi cui ſeruitus legatur: ideò nõ eſt defectus ex parte legantis vel promittẽtis viã, quia nõ eſt dominus niſi pro parte, & nõ impeditur contrahi obligatio perſonalis ad viã, licèt ius reale nõ poſſit cõſtitui: vt. l. per fundũ. ſ. de serui. ruſti. prædio. & ideò quãdo eſt defectus ex parte legantis, nõ inſpicitur tẽpus mortis: qa illo tẽpore ſubeſt habilitas ad cõtrahendũ obligationẽ perſonalẽ: & ideò tunc ius reale nõ debet conſtitui: vt. l. ſi tibi homo. §. cũ ſeruus. ſ. de leg. j. ſecundum Barto. hic.
t Solidus. id eſt ſolido fundo via vindicatur. ponit enim caſum ꝑ caſu, vt & aliàs ille libertati donatur, vel ille libertati vindicatur id eſt libertas illi datur aut vindicatur. ſic & ille ſe in libertatem vindicat, id eſt ſibi libertatem defendit. R. ſic & Dauid, In conuertẽdo dominus &c. id eſt dominum: &. C. de fideicommiſ. l. eam quam. & ſacit. ſ. l. proxi. & quod ibi no.

† Sic Flo. & manuſcri. ſunt qui legant, dies ceſſiſſet.

Si fundum.] CASVS. Gaius legauit fundum Seianum Mæuio, & ad eundem fundum eidem Mæuio legauit viam per aliũ fundum ſuum Cornelianũ: & poſtea eundẽ fundum Seianũ legauit Titio ſine via, & poſtea deceſſit, & poſtea dictus Mæuius & Titius legatarij vindicauerũt ab heredibus dictũ fundum Seianum: & ſic habuit quilibet eorũ dimidiã dicti fundi pro indiuiſo. modò quæritur, vtrũ dictus Mæui⁹ cui fuit legatus dictus fundus cum ſeruitute viæ, habeat eam ſeruitutem pro parte quæ vt dixi eſt indiuiſa? Et dicitur ꝙ nõ, quia ſeruitus per partem incertã acquiri non poteſt. Sed quid ſi deliberãte Titio prædicto Mæuius cui fuit legatus fundus prædictus cũ ſeruitute viæ, vindicauerit à dictis heredibus dictũ fundum, & ſic eum habuit pro dimidia pro indiuiſo, & ſic nõ habuit ſeruiturẽ vt dictũ eſt: & poſtea Titius omiſit legatum fundi, & ſic ſua pars fundi accreuit Mæuio, & ſic habuit Mæuius poſtea totũ fundum: nũquid viæ legatũ erit ſaluũ Mæuio? Et dicitur ꝙ ſic. nõ autem eſſet ſaluũ Mæuio legatum viæ in iſto caſu quem dicã: Gaius prædict⁹ legauit ſub condi. Mæuio dictũ fundum Seianũ, & ſeruitutem viæ legauit eidẽ purè, & pendẽte condi. fundi legati dies legati ſeruitutis viæ quæ purè fuit legata, ceſſit per mortẽ Gaij teſtatoris. nã iſto caſu incertũ erit viç legatum. & idem eſſet ſi pro parte fundũ purè legaſſet, & pro parte ſub cõditione, & viam ſine conditione legaſſet. & eſt extra literã ratio iſtorum duorũ caſuũ: quia fundus prædictus ſub cõditione legatus vel pars fundi ſub cõditione legata eſt pendente conditione in bonis heredum Gaij teſtatoris. vnde cùm tempore legati viæ cedentis per mortem teſtatoris non poſſit ſeruitus eiuſdem viæ acquiri eidem fundo, eo quòd eſt in bonis heredum, & ſic non inueniat ſeruitus cui ſe appodiet, annihilatur, vt dictum eſt. ſic & annihilatur ſeruitus viç in iſto alio caſu. Gaius legauit Mæuio & Titio vicinis ſuis habentibus fundum communem, ſeruitutem viæ ad fundum Cornelianum, ſcilicet Titio purè, & Mæuio ſub conditione: & pendente conditione dicto Mæuio appoſita deceſſit idem Gaius. certè non poterit ſeruitutem Titius ad partem fundi ſuam habere: quia perſona Mæuij cui fuit legata ſeruitus ſub cõditione, eſt impedimẽto quo minus fundus ſolidus cum via vindicaretur, id eſt via ſolida fundo. Supra auem dictum eſt ꝙ ſeruitus viæ non poteſt acquiri fundo pro parte fundi indiuiſa: vnde ſi non poteſt hoc caſu acquiri ſeruitus ſolido fundo, nec eius indiuiſæ parti: ergo eſt annihilata. Viuianus.

Pſal. 125.

Si is qui.] CASVS. Titius habens duas domos. inter quas erat vnus paries qui ſuſtinebat onera vtriuſque domus: legauit vnã mihi, & alterã Seio: & deceſſit. certè dictus paries erit mihi & Seio cõmunis, ac ſi mihi & ei eſſet legatus: & quilibet noſtrum poterit prædicta onera domorum nobis legatarum iure ſupradicto in pariete habere. dictum tamen parietem poſſumus diuidere iudicio communi diuidundo ſi volumus. Viuianus.

u Eo iure. ſcilicet legati.
x Eum. ſcilicet parietem. Accurſius.
y Tantùm. id eſt ſine domibus. ſecus eſt in tigno protenſo: vt. ſ. de ſerui. vrba. prædio. l. binas. Accurſius.
z Poſſe. iure ſeruitutis.
a Immiſſas habere. ſub. vel habere iure ſeruitutis.
b Nam quod. bene dico nõ poſſe agi quaſi non ſit iure immiſſum: quia iure habetur qđ iure cõmuni habetur. arg. ſ. pro ſoc. l. marito.
c Sumendus eſt. ſi inter nos ſit diſcordia. nam quia communi iure hoc

* immiſſum in eas.
* id iure.

hoc habetur,ideò actione de communione de ea agi poteſt,ſcilicet actione communi diui.vt,ſ.de ſerui.vrba.prędio.l.in re communi. A & facit.j.de dam.infec.l.inter quos.

ETſi maximè.] CASVS. Per fundū meū legaui Seio ſeruo Titij ſeruitutē viæ ad fundū eiuſdem Titij.nūquid valet legarū? Et dicitur ꝙ nō: quia quāuis ex perſona dominorum ſit teſtamēti factio cū ſeruis eorū, tamē ea quæ ſeruis relinquūtur, ita demū valēt,ſi valerēt ſi eſſent liberis hominibus relicta. libero autē nō poſſet legari via ad fundum vicini ſui:ergo ſeruo ad fundū domini nō poteſt legari via. Vi.

a Etſi maximè. qđ maximè videbatur facere vt hoc legatū valeret. Acc.

Legatū ſeruo, vt valeat duo requiruntur.

b Dominorū. ſ. vt capere poſſint.Et ſic no.duo neceſſaria vt legatū ſeruo valeat,ſ. ꝙ dominus ſit capax. Itē ꝙ talis ſit res legata,quę poſſit legari libero : vt hîc,& ſ.de leg.ij.l.debitor.§.fi. & de lega. j. l. ſi mihi.§. regula. quorum vnū quæ hîc deficit, qa ei libero ad fundū nō ſuū nō poſſet ei ſeruitꝰ legari: vt.ſ. cōmunia prædio.l.j. nō valet legatū:vt hîc dicit.

c Domini. ſecus fortè ad fundum peculij:vt.ſ. de leg.iij.l.etiam.§.fi.

d Legatur. ſed ſtipulari poteſt ſeruus ſeruitutē ad fundū domini : vt.ſ. de ſer.ruſti.prædi.ſi vnꝰ ex ſociis.&.j. de ſtipu. ſer.l.proinde. §.fin. &.l. ſi communis. quæ ſunt contra.nam & aliàs in multis differt ſtipulatio à legato : vt not.ſ. pro ſoc.l.verum.§.ſi ſeruo.

Non poſſunt legari ſeruis ea quæ ipſis factis liberis legari non poſſunt.

V. PAPINIANVS *libro ſexto decimo Quæſtionum.*

ETſi maximè [a] teſtamenti factio cū ſeruis alienis ex perſona dominorū [b] eſt:ea tamen quæ ſeruis relinquūtur, ita valēt, ſi liberis relicta poſſent valere.Sic ad B fundū domini [c] via ſeruo fruſtra legatur. [d]

Ex qualitate rei legatæ & perſonæ legatarij præſumitur legatū ſeruitutis magis factum contemplatione perſonæ quàm rei. Bar.

VI. IDEM *libro ſeptimo Reſponſorum.*

PAter [e] filiæ domum legauit, eiq; [f] per domus hereditarias ius trāſeundi præſtari voluit. [g] Si filia domū [h] ſuā habitet, viro quoque ius trāſeūdi prȩſtabitur:alioquin filię prȩſtari nō videbitur. [i] Quōd ſi quis nō vſum trāſeundi perſonæ datū,ſed legatū ſeruitutis eſſe plenū [k] intellegat:tātundē iuris ad heredē [l] quoq; trāſmittetur.quod hîc nequaquā admittendū eſt: [m] ne quod affectu filiæ datū eſt, [n] hoc & ad exteros eius heredes tranſire videatur.

PAter filiæ.] CASVS. Titiæ filiæ meæ legaui domum meam Titianam, & eidem iuſſi præſtari ius trāſeundi ad dictam domū D per domos quæ remanebant in hereditate, certè ſi filia prædicta habitet dictam domum cum viro non ſolùm ei ſed etiā viro præſtabitur ius tranſeundi:non autem heredi eius : ne quod affectu ei filiæ dedi,tranſeat ad extraneos eius heredes.ſecus autē ſi legaſſem ſeruitutē tranſeundi filiæ propter domum quam ei legabam: quia tunc tranſiret etiam ad heredes.& hoc dicit. Viuianus.

e Pater. aliàs pater:aliàs mater.

f Eique. ſcilicet filiæ,non etiam domui.

g Præſtari voluit. cùm tamen & aliunde aditus erat:vt.j.dicam.

h Domum ſuam. ſcilicet ſibi legatam.

i Non videbitur.ſ.ſi ei vetabitur,cū quo in promiſcuo vſu habitat: vt.ſ.de vſu & habi.cæterū.§.j.&.j.de verb.obli.l.ſi ſtipulatus fuero per te non fieri.&.j.de auro & arg.lega.l.vxori quis legauit.in fi.

k Plenum. id eſt in rem:& dicetur vrbana eo quòd domui debebitur:licèt ſit via.

l Ad heredem. ſi ad eū tranſiret fundus dominās,aliàs ſequitur fun E dum:vt.ſ.de ſer.ruſti.prædio.via.§.ſi fundus.&.§.quæcumque.

m Admittendum eſt. vt ſit ſeruitus rei:ſed eſt quoddam ius perſonale,non dico ſeruitus perſonalis:licèt hoc quidam dicant:vt not. ſ.de ſerui.ruſti.prædio.pecoris.&.j.de ali.lega.l.Mela.§.fi. & ſupra de vſufruct.l.ſi quis binas.

n Datum eſt. id eſt datum præſumitur : quoniam aliunde domui legatæ patebat aditus.aliàs ſeruitus domui etiam realis tacitè videtur concedi:vt.ſ.tit.j.l.damnas.§.j.&.ſ.de leg.j.l.ſi fundū.§.qui fundum.&.ſ.de ſer.vrba.prædio.binas.Item facit.ſ. de leg.j. apud Iulianum.§.ſi quis.H.& de admini.tuto.l.ex pluribus.

CVm à pluribus.] CASVS. Inſtitui mihi tres heredes,& ab eis legaui viam per fundum hereditariū ad fundū Titij vicini mei. certè ſi omnes adeāt hereditatē meā,quēlibet inſolidū poterit Titius cōuenire vt præſtet ſibi viā: quia dicta ſeruitus eſt indiuidua, & quia vno ſolo ex heredibꝰ adeūte poteſt ab eo vindicari via. Vi.



o Cōueniūtur.vt.ſ.de.ſer.l.viæ.&.ſ.fami.erciſ.heredes.§.an ea.& de lega.iij.l.fideicōmiſſa.§.pe.& de leg.ij.l.cùm filius.§.variis.Accur.

p Vno. Not.ſic.ſ.de teſta.tute.ſi nemo.&.j. de bo.lib. etiam. §. vt patronns.Item no.hîc cedere diem legatæ ſeruitutis ab adita hereditate:vt not.ſ.eo.l.ſi fundus.in fine.

VII. PAVLVS *libro vicenſimoprimo Quæſtionum.*

CVm à pluribus heredibus inſtitutis via legata eſt : quia partem non recipit,ſinguli heredes in ſolidum conueniuntur: [o] quia & vno [p] ex heredibus adeūte vindicari poteſt.

## DE DOTE PRÆLEGATA. *
## TITVLVS IIII.

Dotis legatū continet id quod actio de dote originaliter contineret.& exceptio quæ ex pacto oriretur, tollit etiā dilationem legalem:exceptionem verò peremptoriam quę à lege inducitur, tale legatum non perimit. Barto.

I. VLPIANVS *lib.nonodecimo ad Sab.*

CVm dos relegatur, [q] verū eſt id dotis [r] legato ineſſe, quod actioni de dote inerat. [ſ] & ideò ſi inter virū & vxorem cōueniat, [t] vt morte viri ſoluto matrimonio,filio communi interueniēte dos apud mariti heredē remaneret, & maritus decedens dotē relegauerit:ſtari [u] pacto non debet ob hoc quòd dos relegata [x] eſt. Verùm & citra relegationē hoc probari debet. [y]

DE DOTE prælegata.

*Iſtud præ, nihil operatur hic,vel hoc toto titulo: ſicut & cū dicitur prælectio: vt C.de emen.Iuſti.codi.l.j.& eſt figura epilepſis, vel tātologia ſecundū* AZO. *vel dic ſecundum* Ro. *dotis relictū quod antè ſuæ dotis tempus capitur,prælegatū vocatur: ſicut coheredi relictū quod antè vel extra ſuā partē habet,prælegatū appellatur.*

*Cætera dicūtur legari,dos prælegari, propterea quod ſua res vxori legatur, & redditur verius quā datur. qua de cauſa & relegari dicitur. Relegatū aſt redditio rei alienæ vel quaſi alienæ cum emolumēto aliquo. & ita relegatæ doti ineſt emolumentū repræſentationis,quia præſenti dic legatur qua reddēda foret annua bima trima die.nec malè in* Norica *editione,de dote relegata,cùm & Baſilica ſic habeāt,* περὶ προικὸς ἀντιλεγατευθείσης. *& formula relegādæ eius hæc, Quāta pecunia dotis nomine ad me peruenit, tantum heres meus dato.l.quiſquis. De leg.iij. Id verò eſt ex lege Papia, vt prætor decimā vxori dos relegari poßit.Vlpiano auctore. Ad hæc ſingulare id eſt in hoc legato vt legi Falcidiæ non ſubiiciatur,vt petita bonorum poſſeßione contra tabulas debeatur,nec ad virilem mulier redigatur.Cuiac.*

* relegata. Haloā. toto hoc tit.malè pro prælegare vſurpauit relegare. Barto.

CVm dos.] CASVS. Cū maritꝰ legat vxori ſuæ dotē quā ab D ea habuit:illud ineſt in legato prædicto,qđ ineſſet actioni de dote ſi maritus eā nō prælegaſſet. & de hoc ponit exēplū vſq; illuc,verū &c.Itē in dicto legato habet vxor cōmodū repræſentationis.nā cū ſine legato nō poſſet mulier petere dotē niſi annua die,i.poſt annū à morte mariti,poterit nūc petere ſtatim eo mortuo.eſt & illud bonū argumētū ad dicēdū ꝙ dotis prælegatū valeat.video enim ꝙ ſi maritꝰ donat aliquid vxori,& decedit nulla habita mētione de dicta domo,ita eſt confirmata donatio ꝑ illā taciturnitatē,ꝙ heredes viri eā reuocare nō poſſunt. ſi taciturnitate cōfirmātur dicta donatio,multo ergo magis eſt firma ſi in teſtamēto leget vxori qđ ei donauit.ſi ergo valet legatū dictarū rerum donatarū,& dotis legatū valere debet.īpēſæ tamē neceſſariæ quas fecit maritꝰ prædictꝰ in rebꝰ dotalibꝰ,vniuerſitatē dotis minuūt ipſo iure.nō autē minuūt ſingula dotis corpora.adeò autē exactionē cōtinet prælegatū dotis,vt dictū eſt in prīc.l.vt in qbꝰ caſibꝰ ceſſaret actio dotis nō interueniēte legato dotis,ceſſet etiā actio ex te E ſtamēto ꝓpter legatū dotis.& de hoc ponit tres caſus planos vſq; illuc,nā & ſi qs &c.vbi ponit planū ſimile ꝑdictis tribꝰ caſibus.[SI QVIS VXORI.]Vxori meæ taliter legaui,fundū Titianū habētē tales cōfines vxori meæ lego:is enī fundꝰ ad me ꝑuenit ꝓpter eandē meā vxorē.& deceſſi.nūc reperitꝰ ꝙ dictꝰ fundꝰ ꝑuenit ad me aliūde.nūquid debetꝰ?Et dicitꝰ ꝙ ſic:& ꝓ ſupfluis habētur illa verba, is enī fundꝰ &c.qa qcqd adiicitꝰ rei ſatis demōſtratæ,fruſtra eſt.Viu.

q Cùm dos relegatur. id eſt legatur.

r Id dotis.ſ.& nihil plꝰ,niſi ī tēpore:vt.j.ea.l.§.j.& hoc verū ſi quātitatē ad ęqpollēs nō adiecit,ſđ ſimpliciter dotē legauit.aliàs cōtinet etiā nō datā dotē:vt īſt.de le.§.ſđ ſi vxori.& facit.j.ea.l.§ adeò autē.

ſ Inerat. ſcilicet originaliter.& ſic bene ſubiicit:& ideò &c.

t Conueniat. tempore matrimonij.Accurſius.

u Stari. pacto primo.

x Relegata. id eſt ſi non eſt dos relegata.Accurſius.

y Hoc probari debet. ſcilicet pacto ſtandum non eſſe.

Nam quod eſt admiſſum, poſſe deteriorẽ conditionẽ dotis fieri interueniẽtibus liberis: totiẽs locũ habet, quotiens ipſa in matrimonio decedit, vel diuortiũ interuenit.[a] Et verum eſt cõmodũ in dote relegata eſſe repræſentationis,[b] * quamuis[c] annua die dos præſtaretur.[d] Eſt & illud,[e] quòd[f] ob res donatas hodie poſt ſenatuſcõſultũ nulla fit exactio: B
ſi modò voluntatem nõ mutauit teſtator. Impẽſæ autem[g] ipſo iure dotẽ minuunt. Sed quod diximus, ipſo iure dotẽ impenſis minui, nõ ad ſingula corpora,[h] ſed ad vniuerſitatẽ[i] erit referendũ.

Dotis legatũ extinguitur ſi poſtea dos mulieri rectè ſoluatur, vel res dotales intereant: vel ſi ab initio dos perfectè cõſtituta non fuit: ſicut cũ legatur corp⁹ quod in rerum natura non eſt. Bartol. C

Adeò autẽ dotis actionẽ[k] cõtinet dotis[l] relegatio,[m] vt ſi viu⁹ eã vxori ſcilicet quibus licèt caſibus,[n] ſoluerit,[o] ceſſet legatum.

Sed & ſi mãcipia fuerint in dote nõ æſtimata,[p] & hæc demortua ſint: legatum dotis[q] in his euaneſcit. Sed & ſi dotẽ promiſerit mulier, neq; dederit, & decedẽs maritus vxori dotẽ prælegauerit: * mulier nihil amplius quàm liberationẽ[r] habebit. Nã & ſi quis[ſ] ita legauerit, *Centũ quæ in arca habeo*, aut *quæ ille apud me depoſuit*: ſi nulla ſint, nihil deberi[t] cõſtat: qa nulla corpora ſint. Si quis[u] vxori fundũ Titianũ his verbis legaſſet, *Is enim fundus propter illam ad me peruenit*: omnimodo[x] debetur fundus. nam quidquid demonſtratæ[y] rei additur ſatis demonſtratæ, fruſtra eſt.

Socero prẹlegãte nurui i⁹ actionis ad dotẽ repetendã, nõ poteſt agere nurus cõtra maritũ: ſecus ſi legauerit ei dotalẽ pecuniã ab heredibus ſuis: & quouis ipſorum ſiue nurus ſiue marito agẽte contra heredes debet interponi cautio de indemnitate. Bartol.

Celſus libro vicenſimo Dige-

* Stellulis incluſa fuerũt à Tribo. addita, cũ vet⁹ius aliter eſſet, vt liquet ex fragmen. Vlp. tit. 6.

* relegauerit.

a *Interuenit.* non autẽ ſi vir prædecedat: vt hîc, &.ſ. de pac. do. l. ij. Itẽ quod de diuortio dicit, locum habet ſi cõſenſu, vel cõmuni culpa, A vel captiuitate mulieris, vel culpa fiat. cæterum ſi tãtùm culpa viri, iniquũ eſt ſtari pacto: quia ſic per hoc pactum quod eſſe nõ debebat, inuitaret ad delinquẽdum: vt.ſ. de pac. dota. l. cõuenire. ſic ergo nihil operatur pactum hoc caſu, ſicut & cum ſola lege poſſet lucrari dotem omnibus etiam deficiẽtib⁹ liberis, quia ſolius vxoris culpa diuortium fieret: quo caſu tale pactum ſuperfluum efficeretur. illud autem palam eſt, etiam ab ipſo Iuſtiniano quodam tempore, nedum ab anterioribus principibus matrimonij ſolutionem fieri prædictis modis: vt. C. de epi. & cle. l. fin. §. j. & de repu. ſi conſtante. & l. conſenſu. &.ſ. de repu. vxores. &.ſ. ſolu. ma. l. viro. & in auth. de nup. §. diſtrahũtur. & §. ſed & captiuitatis. col. iiij. & in auth. vt li. matri & auiæ. §. qa vero ex conſenſu. col. viij. R. hodie autem nõ permittitur ex tot cauſis: vt not.ſ. de neg. geſt. l. diuortio. ſic ergo ſecundum R. ſi de retentione dotis (ſi liberi fortè ſupereſſent ſoluto matrimonio) factũ fuit pactum, profecto ſtabitur etiam nunc: vt hîc, & in auth. de nup. §. diſtrahuntur aliàs autem, id eſt ſine pacto ſpeciali maximè facto diuortio propter liberos dotis conditio nequaquam fieret deterior: vt ſuperiores leges oſtendunt. & facit ſupra de pac. dota. inter ſocerum. per totam legem. & l. ſi pater. §. j. & C. de pac. con. l. iij. & l. ſi conuenerit.

b *Repræſentationis.* & ideò valet legatum, quaſi hac proſpecta ratione ſingulari. Accurſius.

c *Quamuis.* id eſt quia: vel propriè.

d *Præſtaretur.* ſcilicet aliàs ſi non foret prælegata. R.

e *Eſt & illud.* ſcilicet commodum vxoris ex legato viri: quia ſi donauit vir vxori, confirmatur morte tacitè, ac ſi legaret: & hoc per ſenatuſconſul. etiam vt heres non reuocet niſi vir pœnituerit: vt.ſ. de dona. inter vi. & vxo. l. cum hic ſtatus. multo magis ergo expreſſe relictum vxori valet. vel dic eſt & illud, arg. ſcilicet quod valeat relictum dotis expreſſum.

f *Quòd.* id eſt quia &c. & dic vt prædixi. & ſecundũ hoc dic exactio. i. repetitio donationis: vel dic exactio donationis per retẽtionẽ dotis: vt. C. de rei vxo. act. §. taceat. ſi modò non mutet &c. quia tunc reuocat, ſed non per retentionem dotis: vt. d. §. dicitur.

g *Impenſæ autem.* hoc aduerſatur ei quod dixerat, verum eſt commodum &c. & dic autem, pro ſed &c. vel dic aduerſari ad proxi. dictum, prout dixi per. l. C. de rei vxo. act. l. vnica. §. taceat. q. d. non retinetur dos ob res donatas: ſed ſecus eſt propter impenſas. & ſecundum vtranque expoſitionem deminuetur hoc legatum dotis propter impenſas, ſecundum R.

h *Corpora.* de hoc dic vt no.ſ. de impen. in re. do. fac. l. quod dicitur. &.ſ. de iure do. ſi is. §. quod dicitur. & C. de rei vxo. ac. §. ſed nec ob impenſas. & facit. j. e. l. cum quis. in prin. & l. dote.

i *Sed ad vniuerſitatem.* ſic.ſ. de iudi. l. ſi fideicõmiſſum. §. tractatum.

k *Actionem.* id eſt ſummam dotis: vt ſupra eo. in prin.

l *Dotis.* purè, id eſt ſimpliciter non adiecta certa re vel ſumma: aliàs ſecus: vt inſtitu. eo. §. ſed ſi vir.

m *Relegatio.* aliàs purè legatio. al. prælegatio.

n *Caſibus.* ſcilicet qui ſunt ſupra de iur. do. l. mutus. §. manente. & facit.ſ. de leg. ij. l. Mæuius. §. duobus. Sed arg. contra in eo. titu. l. cũ filius. §. heres. ADDITIO. Dic ſecundum Dy. quòd ibi debitũ nõ erat extinctum: ſed erat in aliam ſpeciem obligationis tranſlatum: hîc verò erat omnino extinctum. Barto.

o *Soluerit.* ſ. vir qui antè vel etiam poſt eandem eidem legauit.

p *Æſtimata.* mancipia dico. Accurſius.

q *Dotis legatum.* ſimpliciter relictum: vt lego tibi dotem tuam. ſecus ſi centum pro mancipiis: vt. j. e. l. vir vxori.

r *Liberationem.* quia de ea tantum ſenſiſſe videtur.

ſ *Nam & ſi quis.* q. d. ſi non valet vbi magis videtur valere, quia quantitas exprimitur, multò minus valet in caſibus ſuperioribus vbi quantitas nullo modo exprimitur.

t *Deberi conſtat.* imò cõtra: vt. C. de falc. cau. adiect. leg. ſi non deſignata. Solu. diſtingue an quãtitas exprimatur vt corpus: vt hîc, &.ſ. de lega. j. l. planè. §. ſed hoc ita. & tunc nõ debetur quantitas, vt hîc: ſicuti nec corpus ignotũ debetur: vt.ſ. de lega. ij. l. Lucius. §. quod quis. nã ſiue dixi, quẹ in arca habeo: ſiue, quæ apud me depoſita ſunt, ea tibi lego: quodammodo videor dubitare ſit penes me, an nõ: & ſic eſt corpus ignotum in ea demõſtratione. aut vt quãtitas in genere certa: & tunc falſa demõſtratio non nocet, ſicut nec in corpore certo: vt ibi, & infra de lib. leg. l. legaui. &.ſ. de le. j. ſi ſeruus legatu. §. qui quinq;. & l. ſed & ſi certos. & l. ſi ſic. & . j. e. cùm ſcriptũ. quæ ſunt ſimiliter contra. licèt enim dicã, centum quæ in dotem habui: vel quæ ad me peruenerunt: pro conſtãti pono ſic eſſe: & ita valet: vt dictum eſt. Alij vt. R. dicunt hic eum erraſſe: & hoc probari debet: aliàs in dubio præſumebatur quod magis animo deſignandi quantitatem, quàm ad certorum nummorum corpus ſe retulit: & ſic valere legatum non obſtante falſa demonſtratione: licèt nulla depoſita ſunt: vt. d. l. Lucius. §. quod quis. in princi. & . j. de condi. & demon. demõſtratio. & l. cum tale. §. falſa. & C. de falc. cau. l. j. item facit ſupra de cõtrahen. emp. l. hæc venditio. §. pen.

D u *Si quis.* nullo errore lapſus.

x *Omnimodo.* etiam ſi aliunde obuenit.

y *Demonſtratæ.* ſcilicet ad plus demonſtrandum. q. d. ſatis apparet eum voluiſſe deberi per hæc verba, is enim &c. & non oportet ꝙ adiiciat plus. Et nota quod manifeſta non indigent demõſtratione vel probatione. ſic.ſ. qui ſatiſda. cog. ſi verò. §. qui pro rei. & facit. j. de condit. & demonſt. quibus diebus. §. qui dotale. & l. cum tale. §. falſa. & no.ſ. proxi. §. Accurſius. Manifeſta probatione non indigent.

*Celſus.*] CASVS. Titius habens filium habentem vxorem cuius dotem ipſe Titius receperat, dictæ ſuæ nurui dictam dotem legauit. & deceſſit inſtituto ſibi herede dicto filio, & aliis. modò quæritur, nunquid valeat dictum legatum? & diſtinguitur: aut voluit prælegare ius actionis de dote, vt ſcilicet actionem de dote intentet nurus contra maritum: aut voluit eam recipere dotalem pecuniam pro ſe & marito ab heredibus ſui teſtatoris. Primo caſu nõ valet legatum, ideò quia adhuc nupta eſt. Secundo valet. Sed pone E in hoc ſecundo caſu quòd ipſa nurus recepit dotem ab heredibus. nunquid maritus poterit petere ab heredibus prædictis dotem iterum? Et dicitur quòd ſic. vnde caute heredes ſoceri facient ſi nuru agente ex teſtamento ad dotem contra eos, petant ſibi per eam caueri ꝙ defendet eos aduerſus virum ſuũ: & ipſa aliter non conſequitur dotẽ, niſi caueat eis. ſed & ſi maritus nurus prius agat pro dote contra heredes teſtatoris, ipſi non aliter ſoluent ei dotem, niſi caueat eis de defendendo eos aduerſus vxorem ſuam volentem poſtea agere ex teſtamento. Sed pone ecõtra quòd dictus Titius legauit dotem prædictam dicto ſuo filio, & eũ exheredauit. nunquid ſoluto matrimonio etiam poterit nurus petere à viro ſuo dictã dotẽ? Et dicitur ꝙ nõ, nec etiã conſtante matrimonio: poterit tamen petere ab heredibus ſoceri cũ cõſecuta fuerit ab heredibus dotem. legatũ mariti ſui de dicta dote extinguitur ideò, quia nihil eſt iã de dote qđ marito præſtari poſſit. & hoc dicit vſq; ud verſiculũ, verũtamẽ ipſũ &c. & in verſi. Idẽ Iulianus quærit, ſi dotẽ &c.

In illo

ſtorum ſcribit : ſi ſocer [a] nurui dotem relegauit : ſi quidem ius actionis [b] de dote voluit relegare, nullius momenti eſſe legatum: quippe nupta eſt. [c] Sed ſi voluit eam recipere dotalem pecuniam : inquit, vtile erit legatum. [d] Si tamen hæc [e] dotem receperit, nihilo minus maritus dotis perſecutionem habebit, ſiue heres inſtitutus eſſet, familiæ erciſcundæ iudicio: [f] ſiue non, vtili actione. [g] Ego puto, quoniam non hoc voluit ſocer, vt bis [h] dotem heres præſtet: & mulierem agentem ex teſtamento, cauere debere defenſu iri [i] heredem aduerſus maritum. ergo & maritus idem debebit cauere, aduerſus mulierem defenſu iri, ſi prior agat.

Contra filium exheredatū non poteſt agere vxor pro dote: ſed ipſe filius agit cōtra heredes inſtitutos, præſtita cautione de indemnitate. hoc dicit.

C Per contrarium [k] apud Iulianū libro trigenſimoſeptimo quęritur, ſi ſocer filio ſuo exheredato dotem nurus legaſſet. Et ait agi quidem cum marito exheredato de dote non poſſe: [l] verumtamen ipſum dotem perſecuturum ex cauſa legati: ſed non aliàs eum legatum conſecuturum, quàm ſi cauerit, heredes aduerſus mulierem defenſu iri. & differentiam facit inter eum [m] cui dos relegata eſt, & orcinum [n] libertum cui peculium legatum eſt. namque cum de peculio poſ- B ſe conueniri [o] ait, heredem non poſſe: quia peculium deſiit penes ſe habere. [p] at dotis actio nihilo minus competit, etſi dotem deſierit habere. Idem Iulianus quærit, ſi dotem marito relegauerit ſocer, an dote ſoluta mulieri, [q] legatum mariti [r] extinguatur. Et dicit extingui : quia nihil eſſet iam quod marito poſſet præſtari. [ſ] Idem quærit, ſi dos alij legata eſſet, eámque rogatus ſit mulieri reſtituere: an lex Falcidia in legato locum haberet. Et dicit habere: [t] ſed quod minus eſt in fideicommiſſo, mulierem dotis actione conſecuturam. [u] Ego quæro, [x] an commoda repræſentationis in hoc legato ſic obſeruentur, [y] atque ſi dos ipſi mulieri fuiſſet relegata. Et puto habere. Idem Iulianus quærit, ſi mulieri dos ſit rele-

In illo autem verſi. dicit quòd filius poteſt petere dictam dotem antequam vxor ſua petat ex cauſa legati ab heredibus patris ſui: ſed dicti heredes non tenentur aliter ei dare, quàm ſi eis cauerit ſe eos defenſurum aduerſus vxorem ſuam agere contra eos poſtea volentem. nam quamuis heredes ſoluerint marito, nihilominus cōpetit contra eos actio mulieri. & in hoc eſt differentia inter dictum maritum cui dos vxoris ſuę prælegata eſt in teſtamēto patris ſui, & Orcinū libertum cui peculium legatum eſt. nanq; ipſe libertus poteſt conueniri de peculio: heres autē illius qui prælegauit ei peculium non poteſt cōueniri de peculio: quia ipſe heres deſiit habere penes ſe peculium. at, vt dictum eſt, dotis actio nihilominus cōpetit mulieri cōtra heredes ſoceri, quāuis heredes ſoceri dotē habere deſierint eo qđ ſoluerunt marito. h. d. vſque ad. §. idem quærit ſi dos. Viuian.

a *Si ſocer.* aliàs lex, aliàs §. Celſus.

b *Actionis.* ſcilicet vt actionem ex ſtipulatu ꝓ dote intenderet contra maritum.

c *Nupta eſt.* bona ratio: vt. C. ſi dos cōſtan. ma. l. j. Accur.

d *Legatum.* & ideò cōtra maritum non aget tunc, ſed contra ſoceri heredes: vt. ſ. ſol. ma. l. ſi conſtante. §. j. & l. ſi marito. §. cùm patri. Azo. ſed donatio cauſa mortis conſtante matrimonio non valet: vt. ſ. de dona. inter vi. & vxo. l. mortis. in prin. quæ eſt contra. Sed illa magis accedit donationi inter viuos, quæ non valet, quàm legato. ad quod eſt. ſ. de dona. inter vi. & vxo. l. cùm hic ſtatus. §. oratio. & ecōtra legatum dotis magis alij legato quàm D donationi accedit.

e *Si tamen hæc.* ſcilicet nurus.

f *Iudicio.* ſed ſi non habuit coheredes, nec eſt ſoceri hereditas adita: nunquid nurus poteſt intēdere hypothecariā etiam cōſtāte matrimonio? de perſonali cōſtat, vt diximus. j. eo. pater. & l. antep. ſed ſubuenitur ei ex generali regula: vt. ſ. de iur. do. l. ſi is. §. j.

g *Vtili actione.* id eſt vtili iudicio fami. erciſcun. vel actione in factum: vt not. ſ. famil. erciſcun. ſi filia. & l. ſi maritus. Accur.

h *Vt bis.* ad quod eſt. ſ. de leg. j. l. huiuſmodi. §. cùm pater. & de iure do. l. cum pater. & C. de rei vxo. act. §. ſciendum. Item videtur cōtra. huic. l. j. de leg. præ. l. ſed ſi. §. ſi nurus. ſed non ob. vt dicit ſeq. §. illius. l. §. ſed & cum.

i *Defenſu iri.* facit. ſ. fami. erciſc. l. ſi filia. in prin. & §. j. & §. pe. & ſ. de condic. indebi. frater à fratre. & j. eo. l. pater. Accur.

k *Per contrarium.* nam. ſ. nurus, hîc filio legat. & facit. j. eod. l. pater. E in princip.

l *Non poſſe.* ſcilicet vxorem, niſi in ſubſidium: vt. j. eo. l. pater. in fi.

m *Eum.* filium exheredatum.

n *Orcinum.* [a] cui directo libertas à teſtatore relinquitur: vt inſt. de ſin. reb. per fideicom. reli. §. libertas.

o *Poſſe conueniri.* imò videtur econtra ipſum non poſſe, ſed heredem poſſe: vt. C. an ſer. ex ſuo fa. l. ij. Solu. ſecundum Ro. non conuenitur orcinus libertus: ſed heres ab initio, vt ibi: ſed inſpecto exitu conuenitur orcinus, & non heres: vt hîc. nam heres conuentus de peculio conuictus & exactus recuperat à liberto, & ſic per medium libertus conuenitur: vt aliàs. C. de vſur. rei iudic. l. fi. in fin. nec in plus tenetur quàm à liberto recuperare poteſt: vnde liberatur cedendo actiones: vt. ſ. de pec. quod debetur. in fi. & ad hanc mentem applicabat hanc literam. Alij dicunt teneri libertum in ſubſidium, quia heres non eſt ſoluendo. Tu dic quod hic eſt directo libertas relicta: ibi per fideicommiſſum: quod patet, A quia dicit orcinus: vt inſtit. de ſingu. re. per fideicommiſſ. re. §. libertas. ſed quæ eſt diuerſitatis ratio, nota. in. l. cōtraria. Et eodem modo reſpon. ad. l. de pecu. lega. l. ſi ſeruo manumiſſo. & ſupra quando act. de pecu. eſt an. l. j. §. item heres. & ſupra de tribu. quod in heredē. §. ſi ſeruo. nam in prædictis legibus per fideicommiſſum fuit relicta libertas. Prima enim ſolu. non placet: quia ſic non eſſet aliud in orcino liberto, quàm in eo cui eſt dos prælegata: quia & ibi conuenitur heres ab initio: ſed recuperat à filio: at hîc vult eſſe differentiam. & facit infra de pecu. lega. l. at cùm heres.

p *Se habere.* ſine dolo.

q *Mlu̇ieri.* ſolu. matrimonio. quam ſolutionē cogitur maritus habere ratam quaſi ſuo creditori datam: vt ſupra de nego. geſt. ſi liber. & ſupra de iu. do. cùm pater. in fine. & j. de excep. do. ſi opera. & j. de bo. lib. libertus qui ſub. §. j. vel ſi hoc non placet, dic nomine mulieris hanc dotem marito legatam. ad quod ſupra de leg. j. ſeruo legato. §. j. & C. de do. pro. l. ſi pro te. & eodē modo reſpō. j. eo. pater. ij. reſpon. ADDITIO. Intellige iſtam glo. ſecundum Bartol. hîc ꝙ matrimonium fuit poſtea ſolutum inter vxorem & virum eius: aliàs non peteret: vt in prin. huius. l. vel ſi ponis conſtāte matrimonio, debes exponere actio de dote, id eſt ſpes actionis de dote: aliàs non procederet, ſecundum eundem Barto.

r *Mariti,* id eſt marito relictum.

ſ *Præſtari.* vltra commodum repræſentationis : vt. j. l. proxi. hoc enim commodum erat vir habiturus propter legatum ſi ſocer nurui dotem non reſtituiſſet.

*Idem quærit ſi dos.*] CASVS. Inſtituit mihi heredem Titium, & dotem vxoris meæ legaui Sempronio : & eundem Sempronium rogaui vt reſtitueret dictam dotem dictæ meę vxori, & poſtea deceſſi. nunc Titius cum grauauerim hereditatem meam aliis etiam legatis, vult detrahere de dicta dote Falcidiam. quæritur, nunquid poſſit? Et dicitur quod ſic, & mulier non conſequetur à legatario niſi illud quod recepit ipſe legatarius ab herede : & quod minus eſt in fideicommiſſo reſtituto mulieri per legatarium prædictum, conſequetur mulier ab herede per actionē de dote. Sed nunquid dictus heres poterit detrahere Falci. dicto legatario de commodo repræſentationis dictæ dotis, ſicut poſſet detrahere mulieri ſi mulieri eſſet dos legata? Et dicitur ꝙ ſic, & ita mulier in hoc caſu non recuperabit ab herede prædicto illud quod heres detrahit nomine Falcidiæ pro commodo repræſentationis dotis, quamuis in ſuperiori caſu recuperet, vt dictum eſt. Viuianus.

t *Et dicit habere.* vt. j. ad. l. Falci. cùm dotē. contra. Solu. illa finem, hæc medios reſpicit circuitus, qui tandem parū aut nihil proſunt. R. vel hîc fuit dos æſtimata, ibi non. vel vt ibi.

u *Conſecuturam.* cùm in medij temporis commodo Falci. nocere non debeat ſecundum R. imò nocet: vt. j. ad. l. Falc. l. j. §. ſi quis. & l. cùm dotem. & l. ſi vſusfructus. §. j. dic ergo conſecuturam ab heredibus. & ſic Falcid. inſpecto exitu non prodeſt niſi in commodo repræſentationis, vt dixi.

x *Ego quæro.* quoniam in ſuperioribus parum aut nihil Falci. profeciſſe videtur. H.

y *Sic obſeruentur.* quantum ad Falci. repræſentationem. R. Quid ergo tunc ſeruatur? Reſpon. ſecundum quoſdam non habet locum

a] Alcia. lib. Prætermiſſo. 1. Orcin⁹, inquit, libertus is accipitur, qui directā libertatē accipit: quē ita idcirco dici quidam tradiderūt, quòd ab his manumittatur qui ad orcū tēdūt. Nobis placet, inquit ille, vt orthinū dicam⁹. quoniā ὀρθῶς directū ſignificat, tametſi in Gręcis ſcholiis per κ legatur ὄρκινος, non per θ. Contius autem ſcribit per ch ꝙ teſte Probo grammatico Orchus olim ſcribetur.

UNED

Falc.ſed totam dotem ſoluet ſtatim:vt.ſ.ad legem Falc.l.ſi.vſuſfructus.§.j. ſic. ergo & quod retinuit heres à legatario, inſolidum dabit mulieri annua bima trima die.tu dic Falc. habere locũ in commodo repræſentationis:vt infra ad.l.Falcid.l.j.§.ſi quis.vt ecce dos eſt.lx.legat vir eam mulieri.certè ſtatim debet habere,quę aliàs nõ haberet niſi annua bima trima die. commodum ergo medij temporis poteſt valere. xx. certè de his.xx.detrahitur,quarta,ſcilicet quique quæ retinet heres liberè. ſic & in noſtro caſu dabit mulieri qđ detraxit legatario, vt.v. tantum liberè retineat vir:vt hîc,&j.ad.l.Falc. cùm dotem.in fine.nec ob. d. l. ſi vſuſfructus. * relegata. quia de dote legata nõ detrahitur, ſed tantùm de commodo repræſentationis.

*Idem Iulianus quærit.*] CASVS Ego recepi dotem pro vxore filij mei Titij, & poſtea feci teſtamentũ,& dictæ meę nurui dotẽ prælegaui: &rogaui eam quòd reſtitueret dictam dotem Sempronio,& vltra dodrantẽ multa alia legata reliqui, ita quòd habeat locum Falcidia in hereditate mea.nũquid poterit heres meus detrahere Falcidiam dictæ meæ nurui?Et dicitur quòd non,nec tenetur ipſa dictã dotẽ dicto Sẽpronio ex fideicommiſſo reſtituere:quia ego legaui ei illud quod ſuum erat,& nihil de meo.ſi autem præter dotem legaui ei centum,in eo caſu heres meus detrahet ei Falcidiam de dictis.c.& ſuperfluum de dictis. c.dabit mulier fideicommiſſario pro fideicommiſſo dotis.ſed ſi dictum meum filium heredem inſtitui cum quibuſdam aliis,& dotẽ nurui meæ prælegaui, vt dictum eſt, nunquid heredes mei detrahent Falcidiam de commodo repræſentationis dotis? Et dicitur ꝙ ſic. repræſentatur enim dos mulieri cùm heredes ei eam ſoluũt ex legato. quæ dos ſi non eſſet ei legata,non debebat ei ſolui,eò quòd indebita erat quantum ad eam, ideò quia adhuc conſtabat matrimonium inter eam & filium meum prædictum. dictam tamẽ Falcidiam quam coheredes filij mei extraxerunt de prælegato dotis, habebit filius meus antè partem cùm intentabitur iudicium famil. erciſc. inter eum & dictos ſuos coheredes, ſicut totam dotem haberet antè partem ſi non prælegaſſem eam vxori ſuæ. Viuianus.

...gata, eáque rogata dotẽ reſtituere,an Falcidia locũ habeat. a Et negat habere,quoniam fideicommiſſum quoque negat valere. b Quòd ſi præterea quid vxori legatum ſit, c putat ex reſiduo fideicommiſſum præſtari. quod d vtique habita ratione Falcidiæ mulieri præſtabitur. B Sed & marito ex parte herede inſtituto, à ſocero e dote prælegata, f * legatum dotis Falcidiam paſſurum: videlicet quia adhuc conſtante matrimonio indebita g dos videtur relegata: verùm quod Falcidia recidit, in familiæ erciſcundæ iudicio maritum præcepturum: h quemadmodum totam dotem pręciperet,ſi non eſſet relegata. Mela ſcripſit,ſi fundus in dote i ſit, & ſpecialiter ſit legat°, mox generaliter dos relegata: nõ bis, ſed ſemel k deberi fundum. C Ibidem Mela cõiungit, ſi fundus in dote fuit locatus à marito ad certum tempus, vxorem non aliàs fundum ex relegatione conſequi, l quàm ſi cauerit ſe paſſuram colonum frui, dũmodo ipſa penſiones percipiat.

a *Locum habeat.* ſcilicet ad damnum fideicommiſſarij.

b *Negat valere.* & ſic non poteſt ei nocere Falc.& hoc eſt verũ niſi in commodo repræſentationis, in quo tenet legatum & fideicom. vt.j.l.proxi. & ſic etiam Falc.detrahitur vxori,& per cõſequens fideicom.de hoc commodo repræſentationis : vt no.ſ.proxi.§.& facit ad hoc quòd non valeat fideicom.ſ.de le.iij.cùm quis.in prin.& l.iij.in prin.&.§.ſi rem.&.ſ de leg.ij.cùm pater.§.Titio.

c *Legatum ſit.*purè.aliàs eſt liberè.Azo.& ſecundũ hoc dicũt quòd non fuerit grauatus reſtituere illud. Et quòd ſubiicit,fideicom.ab vxore præſtari,dicunt ex voluntate : quia non illud,ſed dotem ſolam rogatus fuit reſtituere,ſecundum R. Sed ſecundum hoc quare diceretur fideicom?dic ergo quòd de hoc fuit rogata : & ſic ex neceſſitate præſtet. & non habeas purè. vel ſi habeas, expone,id eſt, non in diem,vel ſub conditione.

d *Quod.* ſcilicet reſiduum,id eſt,legatum extra dotem.

e *A ſocero.* mulieris,qui & pater erat mariti.

f *Prælegata.* eidem marito.

g *Indebita.* ſcilicet nurui. viro enim debita eſt : cùm penes ipſum maneat onus matrimonij:vt.ſ.fa.erciſc.ſi filia.§.j.&.l.ſi maritus.&. j.de leg.præ.ſed & ſi.§.ſi nurui.&.§.ſed & cum.

h *Præcepturum.*ſ.ſtatim,& omnino,cũ hic de cõmodo,repræſentationis nil ſit:vt.j.eo.l. pater.quæ.l.bene facit ad hoc qđ hic dicitur.

*Mela ſcripſit.*] CASVS. Vxor mea dedit mihi in dotem fundum Titianum,& ego poſtea legaui eum,& ei poſtea generaliter legaui dotem ſuam.certè non poterit petere ab heredibus meis niſi ſemel fundum prædictum.ſed & ſi dictum fundũ dotalem quem legaui A vxori meę,vt dictum eſt,locaueram Seio vſque ad certum tempus: non aliter conſequetur dicta mea vxor dictum fundum ab heredibus meis,quàm ſi cauerit eis ſe paſſuram colonum prędictum frui: dummodo ipſa percipiat penſiones dicti fundi. Viuianus.

i *In dote.*etiã ineſtimatus:& valebit etiã legatũ propter cõmodum repræſentatiõis: ſed hic die ſtatim reddi debet: vnde non valet legatũ ſecũdũ quoſdã. Tu dic etiã olim non valere in re immobili: vt. C. de rei vxoriæ actio. l. vnica.§.cùm autẽ.&.ſ.exactio. & inſtitu.eodẽ.§.ſi quis debitori. hic enim fuerat æſtimatus.Acc.

k *Sed ſemel.* ſic.ſ.de lega.ij.l.Mæuius.in princip.§.& ſupra de lega.j. plane.§.&j.de verborũ obliga. qui bis. &. ſ. de iure do.cùm pater. Accurſius.

l *Conſequi.*imò videtur quod poterit eũ deiicere:vt.ſ.de leg.j.l.nihil.§. fin.&.ſ.de vſufru.arbores.§.j.&.ſ.locati & cõducti.l.qui fundum.quę ſunt eõtra.Solu.ſpeciale in dote : vt hîc, &. ſ. ſol. matri. ſi filio. §. fin. Vel dic quod & hîc eũ deiecerat:& ideò cauet heredi:vt hîc & dicta.l. ſi filio. deiectus ergo colonus agit contra heredem : & heres aget ex cautione.& ſic facit.ſ. quando act.de pe.eſt an.l.j.§.item ſi heres.&.ſ. loca.ſi merces.§.j.

Supra locutus eſt iuriſcõſultus de prælegato dotis. hic verò loquitur de fideicommiſſo quo grauatur mulier cui dos eſt prælegata.ſiue legetur dos mulieri,ſiue aliud pro ea: eatenus poteſt onere fideicommiſſi grauari, quatenus relictum dotis quantitatem excedit. hoc dicit ſecundum Dy. Bartolus.

### II. VLPIANVS *libro quinto Diſputationum.*

CVm quis vxori ſuæ dotem relegat, fideique commiſſum ab ea relinquit : hoc fideicommiſſum ex commodo quod ex relegatione mulier ſentit, æſtimabitur. m & ita Celſus quoq; C libro viceſimo Digeſtorum ſcripſit. Quòd ſi neceſſariæ fuerunt impenſæ, quæ ipſo iure dotem minuunt, n amplius o dici

*Cum quis.*] CASVS. Vxori meæ legaui dotẽ ſuã quæ erat.c. & rogaui eã quod daret.xx.Titio.certè ex ipſa dote nõ dabit mulier Titio.xx. ſed ex cõmodo repræſentatiõis dotis.& idẽ eſt ſi ego fecerã in dote neceſſarias expẽſas, quæ quidẽ ipſo iure dotem minuũt.nã nõ ſolùm ex repręſentatione prędicta dabit mulier Titio. xx.vt dictum eſt:ſed etiã ex dictis expẽſis. eſt enim legataria quãtũ ad dictas expẽſas:& de meo videor ei dotẽ prælegaſſe.ſed & ſi non D legaui ei dotẽ, ſed legaui ei vnũ fundũ loco dotis, adhuc videor ei dotẽ prælegaſſe,& tenebitur mulier præſtare dicta.xx.Titio de cõmodo repræſentationis & de expenſis prædictis.& idẽ eſt ſi nõ dixi expreſſè quod legabã ei fundũ pro dote, ſed hoc in animo gerebã.de dote autẽ nihil tenetur dare Titio fideicõmiſſario. Quid ergo ſi eã inſtitui heredẽ,& rogaui eã quòd reſtitueret hereditatẽ dicto Titio?certè id demũ ei reſtituet,quod quantitatẽ dotis excedit. vnde idẽ eſt in eo quod excedit, quòd eſt in dicto cõmodo repræſentationis. Itẽ quid ſi recepi dotẽ à nuru mea,& poſtea filiũ meũ heredẽ inſtitui,& eũ rogaui quòd reſtitueret Titio quicquid ad eũ filiũ ex hereditate mea perueniſſet, & poſtea per mortẽ vxoris ſuæ meæ nurus lucratus eſt dotẽ?nũquid reſtituet Titio quod ex ea dicta dote à me percepit?Et dicitur quòd non : quia non eſt lucratus illã dotem ex meo iudicio,ſed cauſa matrimonij.[MVLIER DOTEM.] Vxor mea quæ promiſerat mihi nomine dotis quadringẽta,dedit mihi pro ducentis fundum Titianum & Seianum : & pro E aliis.cc.dedit mihi nomina duorum ſuorum debitorum qui debebant ei.cc.poſtea ergo decedens legaui ei pro dote ſua dictos duos fundos,& etiam alios duos qui valebant.ccc.& commiſi fidei eius vt quicquid ad eam perueniſſet ex hereditate mea,reſtitueret Seio cum ipſa moreretur.&deceſſi,poſtea deceſſit dicta mea vxor.quęritur, quantum debebat dare dicto Seio nomine fideicommiſſi?& certè illud ſolùm quod peruenit ad eam deducta quantitate dotis. recepit enim à me dotem,& non accepit illud lucrum quod habet propter repræſentationem dotis:& illud ſuperfluum de dote tenetur reſtituere dicto Seio cum fructibus.&.h.d.Viuianus.

m *Æſtimabitur.* vt tantùm eſſe poſſit,non vltra : vt.ſ.de lega.ij.imperator.§.j.& ſupra de lega.j.plane.§.fin.&.j.ea.l.§.fin.

n *Minuunt.* quia fundus & pecunia eſt in dote, & in fundo impẽſa facta:vt.ſ.de impen.l.quod dicitur.

o *Amplius.* facias punctum minuunt, & dic amplius quàm ſupra. dixit enim fideicõ.eſſe in cõmodo tantũ:nũc dicit,plus ſi tanta,&c.

ſi tanta.

poteſt, ſi tanta [a] quantitas dotis quam maritus accepit, ei relegata [b] eſt, oportere dici etiam eam quantitatem poſſe fideicommiſſum erogare, * quæ ipſo iure dotem minuit. eſſe enim mulierem legatariam [c] nemo eſt qui dubitet. Sed & ſi non dos, ſed pro dote aliquid vxori fuerit legatum: B adhuc quaſi dos relegata accipitur.[d] Hoc amplius Iulianus ſcripſit, & ſi non fuerit adiectum pro dote eſſe legatum, hoc tamen animo [e] relictum: adhuc eius eſſe conditionis.[f] Vxor igitur ſi rogetur vel dotem, vel quod pro dote legatum eſt, vel quod in vicem dotis ſibi [g] adſcriptum eſt,[h] reſtituere: non cogetur niſi eatenus quatenus diximus,[i] reſtituere: & ideò heres inſtituta rogatáque quantitatem hereditatis reſtituere: id demũ reſtituet, quod C quantitatem dotis excedit, idque [k] quod ex repræſentationis commodo ſentit. Nam & ſi quis cùm à nuru dotem accepiſſet, filium ſuum heredem inſtituerit, eúmque rogauerit, quidquid ad eum ex hereditate perueniſſet, reſtituere, mox morte vxoris dotem fuerit lucratus: [l] id non reſtitueretquod ex dote percepit:[m] quia matrimonij cauſa id lucratus eſt, non ex patris iudicio. Mulier dotem promiſit quadringentorum, & dedit fundos duos in ducenta: [n] præterea nomina debitorum in reſidua ducenta: mox maritus eius decedens pro dote fundos ei duos, non eos quos in dotem acceperat, reliquit: & prçterea duos illos dotales quos æſtimatos acceperat, reliquit: fideíque eius commiſit, vt quidquid ad ſe ex hereditate eius perueniſſet, id reſtitueret Seio cùm moreretur. Quærebatur, quantum eſſet in fideicommiſſo, E mulier defuncta. Dicebam vxorem hanc quæ rogata eſt, quidquid ad ſe peruenerit ex teſtamento, reſtituere: in ea eſſe conditione, vt id demum reſtituere rogetur, quod deducta dotis quantitate ad eam peruenit. dotem enim recepiſſe [o] eam magis quàm accepiſſe, ſaluo eo quod ex commodo repræſentationis ab ea fideicommitti potuit.[p] proinde id quidem quod pro dote maritus ei reliquit, non cogetur [q] reſtituere, niſi plus fuit in eo, quàm in quantitate dotis. Reſiduum verò quod præterea illi relictum eſt, cum fructibus cogetur reſtituere. Habebit igitur prçcipuam dotem cum ſuis fructibus:[r] id verò quod extrinſecus ei relictum eſt, cum fructibus qui ad eam peruenerint, reſtituet.

C

III. IVLIANVS *libro trigenſimoquarto Digeſtorum.*

QVi ita legat vxori ſuæ, *Titiæ amplius quàm dotem, aureos tot* [s] *heres meus damnas eſto dare:* manifeſtus * eſt dotem quoque relegaſſe.

IIII. AFRICANVS *libro quinto Quæſtionum.*

CVm vulgari [t] modo dies legatorum profertur, nihil eã rem ad dotis relegationem pertinere ait, [u] quia ſuum diem [x] habeat. D

**Propter vtiles impenſas in dotem aut donationes in vxorem factas, heres non poteſt differre ſolutionem dotis prælegatæ vxori à marito. hoc dicit.**

V. MARCIANVS *libro tertio Regularum.*

DOte relegata [y] non eſt heres audiendus, ſi velit ob donationes in mulierem factas ſolutionem [z] differre, vel ob impenſas alias [a] quàm quæ ipſo iure E

* fideicommiſſo erogari.

* δῆλος ἐςί, &c. figura Græca.

a *ſi tanta.* aliàs ſi tota.

b *Relegata.* hoc adiecto, ſcilicet ſine deminutione expenſarum: vel fuit nominatim ipſa quantitas dotis prælegata. aliàs aliud eſſet: vt not. ſ. eo. l. j. §. impenſæ.

c *Legatariam.* ſcilicet puram. & in duobus, ſcilicet in commodo repræſentationis: & impenſarũ remiſſione: & ideò poteſt fidei ei⁹ cõmitti. & facit. ſ. de leg. j. l. debitor. in prin. & §. j.

d *Accipitur.* ſcilicet vt commodum reprçſentationis ſit in legato.

e *Hoc tamẽ animo.* quod olim prçſumebatur per edictum de alterutro. hodie ſecus, niſi hoc ꝓbetur quòd voluerit altero eſſe contentum: vt. C. de rei vxo. act. §. primum itaque.

f *Conditionis.* ſ. vt poſſit grauari in eo ſolo quod plus ſit in legato, quàm in actione dotis. Accur.

g *Sibi.* ſcilicet vxori.

h *Adſcriptum.* ſ. à viro.

i *Diximus.* ſcilicet quòd plus eſt in legato quàm in actione dotis.

k *Idque.* q. d. & id reſtituit, ſcilicet per fideicõ. quod habet ex commodo repræſentationis.

l *Lucratus.* vel ex pacto vel vxoris iudicio. Acc.

m *Percepit.* ſcilicet familiæ erciſcundæ forſan iudicio, quaſi præceptionis iure magis q̃ eius titulo inſpecto: vt. j̃. de fideiuſ. tutor. R. & ad idem. C. ad Maced. l. iij. &. infra de dona. qui id quod. & conſonat prædictis infra ad Trebel. l. cùm heres. &. l. deductis. & infra ad l. Falc. ſed ſi dos. &. j̃. de leg. præſtan. virilis. §. pe. & fin. & infra de aur. & argen. leg. l. quæ vxori. in princ.

n *In ducenta.* ſcilicet æſtimatos: vt. j̃. dicit nomine ducentorum.

o *Recepiſſe.* ſunt enim diuerſa accipere & recipere. ſic & ſupra de poſi. l. j. §. eleganter. in fi. Sed argu. contra ſupra de leg. ij. l. cùm quidã.

p *Potuit.* vt & ſupra ea. l. in princip.

q *Cogitur.* nõ lucratur ergo legataria fructus medij temporis. & ſic eſt contra. ſ̃. de leg. iij. quod bis verbis. Solu. hîc ſpeciale coniectura volũtatis. ex eo enim quòd legabat pro debito dotis, quaſi quçdam taxatio eſt, vt quidquid vltra habeat, reddat. ſic &. ſ̃. de vſur. l. in fideicommiſſi. §. cum Pollidius. nam & ibi fundus retinendus quandã taxationé facit, vt reſidua cum fructibus reddat: vt ibi dicitur. Item & ſi legatur minus. & rogetur reſtituere plus poſt tempus, diſtinguitur quantitas pro quãtitate: & ſic fructus medij temporis computantur vt valeat fideicomm. ſecus ſi ſpecies: vt. ſ̃. de lega. ij. imperator. §. j. &. l. cùm pater. §. Titio.

r *Dotem cum ſuis fructibus.* id eſt, quãtum dos facit cum ſuis fructibus. & facit infra de auro & argen. lega. l. qui vxori. &. ſ̃. l. proxi. cũ ſuis concordantiis.

QVi ita.] CASVS. Titiæ vxori meæ ita legaui: Titiæ amplius quàm dotem ſuam aureos. c. det heres meus. certè nõ ſolum centum aureos, ſed etiam dotem videor ei legaſſe. Sed quid ſi poſt A dicta legata ita dixi, volo quod legata ſoluat heres meus vſque ad menſem? certè iſta prolongatio ſolutionis nõ pertinet ad legatum dotis, ſed & alia legata tantum. dos ergo ſoluetur incontinenti, & alia legata poſt menſem numerandum à morte mea. & eſt ratio, qnia actio de dote habet ſuum diem quo debeat ſolui dos mulieris, ſoluto matrimonio ſcilicet, quia debet ſolui poſt annum quãdo nõ eſt legata. vnde prorogatio legatorũ non debet pertinere ad doté, cùm ad præſentia tantùm legata debeat pertinere, & vt. ſ̃. de lega. j. talis ſcriptura, &. h. d. cũ. l. ſequen. Viuianus.

s *Tot.* puta. x. ſic videtur huic. l. contra ſupra de leg. j. ſi ſeruus. §. ſi ita ſcriptũ eſſet. Sol. vt ibi, vel vt dixi. ſ̃. de le. iij. l. ſi ſic. &. l. ſi purè. quæ cõcor. vel hîc dixit, amplius quàm dotem. x. aureorum: ſecus ſi dixerit, amplius decé aureis, & omiſit, quam dotem. Accurſius.

t CVm vulgari. puta, ego teſtator qui legauerã vxori meç dotem, ſic dixi: Cuicũque aliqua legaui, poſt. x. an. dari volo. vel ita. Quibus legatis dies appoſitus nõ eſt, poſt annos. x. dari volo. & facit ad hoc ſupra de leg. j. talis ſcriptura.

u *Pertinere ait.* prçſumpta tali coniectura voluntatis, tũc nec relictũ euaneſcit: vt. ſ̃. de le. j. ſi quando. in princ. & ſupra de le. ij. Titia. §. Lucius. tum etiam ex legatariæ charitate: vt ſupra de vſufruc. leg. qui fructus. &. C. de lega. cum alienam. &. ſ̃. de leg. j. ſi ſeruus plurium. §. ſi. H. nõ ergo differt mulier petere ſi dos ei eſt legata.

x *Suum diem.* ſ. dos, annua bima trima. ſ. die: quod non placet: quia ſic nihil plus eſſet in legato quàm in debito: & ſic non valet: vt inſti. de lega. §. ſi quis debitori. quod eſſe non debet: vt ſupra de le. j. l. ſiquãdo. dic ergo, dos habet dié ſuũ. i. pro exiſtẽtia ſui. nec enim eſt aliud eſſe vel eſſentia huius legati, quàm commodum repræſentationis: vt ſupra eod. l. iij. in princ. vel ſub. in, & dic ſuum eſſe, ſcilicet in diem, ſcilicet tantùm. & idem eſt ſenſus. Accurſius.

DOte.] CASVS. Cùm in dote vxoris meæ feciſſem vtiles expẽſas quæ quidé nõ minuũt doté ipſo iure, & cũ vxori prædictç aliqua donaſſem, legaui ei doté ſuã, & deceſſi. certè propter dictas expéſas & donationes non poteſt heres meus differre dotis reſtitutioné. ſecus eſſet in neceſſariis expẽſis quç ipſo iure doté minuunt: quia tũc tãtò minus reſtituet de dote, quãtum capiũt dictæ expéſæ neceſſariæ: vtiles autem prædictas poteſt à muliere repetere. Viuia.

y *Dote relegata.* id eſt, legata. de hoc dic vt not. in rubrica.

z *Solutionem.* ſcilicet dotis.

a *Alias.* ſcilicet vtiles in res dotales factas: vel etiam in alia re

a] Dic ſecus in geſtis affectione paterna. nam nō haberēt locum hę actiones mā da.l.is qui. & ibi ad lōgū.do.Barto.s̃.de neg. geſt.

dotem minuūt.[a] Aliud eſt enim minorem eſſe factā dotem, quod per neceſſarias impenſas accidit: aliud pignoris [b] nomine retineri dotem [c] ob ea quę mulierem inuicem præſtare æquum eſt.

Si legatur aliquid pro dote adiecta certa quātitate, ſiue dos fuerit nulla, ſiue minor, tenet legatū. hoc dicit. Bartolus.

VI. LABEO *libro ſecundo Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum.*

CVm ſcriptum eſſet, *Quæ pecunia* [d] *propter vxorem meam ad me venit quinquaginta, tantundem* [e] *pro ea dote heres meus dato*: quamuis quadraginta dotis fuiſſent, tamē quinquaginta debere, Alfenus Varus Seruium reſpondiſſe ſcribit: quia propoſita [f] ſumma quīquaginta adiecta ſit. [g] Itē ei quæ dotem nullam [h] habebat, vir ſic C legauerat: *Quanta pecunia dotis nomine, & reliqua:* [i] *pro ea quinquaginta heres dato*. deberi ei legatum Ofilius, Caſcellius, item [k] & Seruij auditores [l] † retulerunt. perinde habendum eſſe, ac ſi ſeruus alicui mortuus, aut pro eo centū legata eſſent. quod verum eſt: quia his verbis non dos ipſa, ſed pro do-

B te [m] pecunia legata videtur.

† Qui enumerantur in 2.s̃. de orig. iur.

VII. PAPINIANVS *libro octauodecimo Quæſtionum.*

PAter dotem à nuru acceptam filio exheredato legauit. [n] heres patris oppoſita doli exceptione non antè ſoluere legatum cogēdus eſt, quàm ei cautum fuerit de indemnitate ſoluto matrimonio. [o] Sed ſi, ſi prius quàm legatū filio ſolueretur, mulier dotē ſuā recuperauit: [p] fruſtra filius de legato aget. Sed ſi lex Falcidia locū

C in legato dotis aduerſus filium

vxoris.[a] pro quibus agitur mādati vel nego.geſto.vt.C.de rei vxo. act.l.vnica.§.ſed nec ob impenſas. Accurſius.

a Minuunt. quod eſt in neceſſariis: ſed tamen quandoque etiam iſtæ dotem non minuunt, nec legatum: vt ſupra eod.l.cùm quis.in prin. & in alio caſu qui ponitur.s̃.de leg.ij.Mæuia.§.j.qui videntur cōtra. ADDITIO. Pro ſolu.huius contrarij intellige hanc gloſ. quando legauit dotē ſimpliciter: ſecus ſi legauit quicquid ad eum perueniet: quia tunc non deduceret impēſas neceſſarias: vt ſupra eodē. l.iij. Bartolus.

b *Pignoris*. quod hîc nullum eſt.

c *Dotem*. ſ. velle, quod fieri non debet: vt.C.de rei vxo. actio. §. taceat. & C.cōmo.l.fi.&.s̃.hac l. & facit.s̃.e.l.j.in prin. & §.j.&.l.cùm quis.

CVm ſcriptum.] CASVS. Cùm habuiſſem. xl. in dotē ab vxore mea, ita ſcripſi in teſtamento meo, quę pecunia propter vxotem meam ad me peruenit. l. tantūdem pro ea dote heres meus dato. certè debentur dictæ vxori meæ.l. Quid ſi nullā dotem ab ea habui, & ita ei legaui, quanta pecunia dotis nomine ab vxore mea ad me peruenit, & reliqua pro ea.l.heres dato, & deceſſi? certè debentur vxori. l. nam & ſi legaui alicui ſeruum qui iam mortuus eſt, aut pro eo. c, c. debentur legatario. Viuianus.

d *Quæ pecunia*. i. quæcunque pecunia. Accurſius.

e *Tantumdem*. aliàs tantùm, aliàs tantundem. & tunc puncta poſt quinquaginta.

f *Propoſita*. id eſt dicta.

g *Adiecta ſit*. ſcilicet in teſtamento.

h *Nullam*. in ſuperiori caſu aliqua erat, ſed minor.

i *Et reliqua*. ſcilicet peruenit ad me. Accurſius.

k *Item*. aliàs idem.

l *Auditores*. id eſt diſcipuli.

m *Sed pro dote*. i. ſub dotis ſimulatione. R. & facit. C. de fal.cauſa adie.le.l.ij. &.iij.& fi. & ſupra de eden.l.ſi ſic.§.j.&.j̃.de lib.leg.l.legaui.&.s̃.de leg.ij.l.cum quidam.&.l.Lucius.§.quiſquis.& inſti.de leg.§.econtrario. Sed contra.s̃.eo.l.j.§.adeò.in fi.§.Sol.vt plenè no. ibi. Item facit.j̃.eo.tit.l.vir vxori. ADDITIO. Ad.§.ideò.dic quòd ibi fuit relicta dos non adiecta certa quātitate: hîc verò fuit expreſſa certa quantitas, ſecundum Bart.

PAter. Iſta lex videtur aliquantulum intricata: ſed in veritate nō eſt. Primò ponit vnum dictum vulgare. Secūdò circa illud format ſeptem quæſtiones per ordinem. Secūda ibi, ſed ſi priuſquàm. Tertia ibi, quòd ſi ratum. Quarta ibi, quòd ſi totā. Quinta ibi, ſed ſi priuſquam. Sexta ibi, ſi fortè. Septima ibi, quid ergo. Bar. CASVS. Ab vxore filij mei accepi. c. nomine dotis, & poſtea feci teſtamentum, & exheredaui dictum meum filium, & alios mihi heredes inſtitui: & legaui dicto meo filio dictam dotem, & deceſſi. petit nūc dotē dictus meus filius. certè obſtat ei doli exceptio donec caueat heredibus de indemnitate propter damnum quod poſſet eis contingere ſoluto matrimonio inter dictum meum filium, & dictam ſuam vxorem. poſſet enim ipſa ab eis petere tunc dotem. Sed quid ſi heredes ſoluerunt dictæ mulieri dotem priuſquàm dictus meus filius eā ab eis peteret? certè non poterit filius amplius eam petere. Sed quid ſi eis cauit de dicta indemnitate: & ipſi ſoluerunt ei dotē detracta tamen inde Falcidia, eo quòd in hereditate nimiis legatis grauata habeat locum Falcid. & dicta mulier habuit poſtea ratā dictam ſolutionem? certè propter eā quātitatē quā heredes retinuerūt nomine Falcidiæ, vtilis actio dotis dabitur eidem mulieri ſoluto matrimonio inter ſe & dictum filiū. ſi autem mulier non habet ratam dictam ſolutionem marito ſuo factam, imò ſoluto matrimonio vult agere contra heredes ad dotem. debebit vir defendere heredes, ſicut eis promiſit cum ipſi ſoluerūt ei dotem, ſed ſi totam litem quam mouebat mulier heredibus prædictis, ſubierit vir ſolus, & nō cauerit de iudi.ſol. & ſuccubuerit: actio iudicati dabitur mu-

A lieri contra heredes pro dicta quantitate. quæ iure Falci. detractæ viro per heredes, petenda eſt per mulierem. nam ſi cautū eſſet per dictum maritum de iudicato ſoluendo, ex illa cautione ageret mulier contra eum. de ſuperfluo autem dotis quod habuit maritus ab heredibus, credo quòd teneatur hoc caſu maritus actione iudicati. & hoc vſque illuc, Sed ſi priuſquam, &c. vbi dicit: Pone quòd dicta mulier diuertit à viro antequam legatū dotis viro ſoluerint heredes. certè ipſa nō poteſt ſecundum hæc iura repetere dotē ab heredibus niſi annua bima trima die. vir autem eius prædictus poteſt ſtatim ab heredibus petere dictā dotē. Et eſt ratio quare ſtatī poteſt petere: quia tunc demum reſpōſum eſt filio ſolui dotē eiſdē prædictis diebus quib[9] mulieri ſolui debet, quādo pro parte filius heres extiterit patri, & ad præceptionem dotis ſoluto matrimonio poſtquā heres extitit, admiſſus eſt. in noſtro autē caſu ſubaudi, fuit exheredatus filius: ergo actio ſua differtur, vt dictum eſt. & hoc vſque illuc, ſi fortè, &c. vbi dicit: Pone quòd heredes ſoluerunt dotem prædicto filio meo exheredato à me: & per errorem non fecerunt ſibi caueri per dictum filium de defendendo eos aduerſus mulierem: nunquid poterunt ab eo repetere dictā dotem quaſi indebitam? Et dicitur quòd non. neceſſitas enim præſtandæ prædictę cautionis heredibus per filiam moratur ſolutionē dotis prædicto filio legatæ, non autem facit indebitum illud quod fuit debitum ipſi filiæ: id eſt ipſam dotem ei legatam. & hoc de iure ſtricto. de æquitate autem ſubueniri debet dictis heredibus: ſcilicet vt ſi mulier agat contra eos ſoluendo exiſtentes, & dotem ab eis exigat: poſſint ipſi agere contra virum conditione ſine cauſa ad repetendam dotem quam ei ſoluerunt ex cauſa legati. ſi autem mulier non inueniat heredes ſoluendo, dabitur eidem mulieri vtilis a-

D ctio dotis ſoluto matrimonio aduerſus virum ſuū, cui mulieri dos perire non debet. & ideò datur hoc caſu vtilis actio dotis mulieri contra virum ſuum, quia heredes non fecerunt ſibi caueri per virū cùm ſoluerunt ei dotem ex cauſa legati, vt dictum eſt. ſi autem interponi feciſſent dictam cautionem, cederent mulieri contra maritum actionem ex ſtipulatu: & ſic nō eſſet ei neceſſaria vtilis actio dotis. Viuianus.

n *Legauit*. fortè vt onus dotis ſolus ſubeat: vt.s̃.fami.erciſcun.ſi filia.§.penul.&.s̃.de lega.ij.cum ab vno.& ſic poteſt intelligi.s̃.eod.l.ij.§.per contrarium.&.s̃.famil.erciſcun.ſi filia.§.j.quę bene concor. huic reſponſo.

o *Soluto matrimonio*. id eſt, quam poſſet pati muliere agente ſoluto matrimonio. antè enim agere non poſſet: vt.s̃.eo.l.ij.in prin.&.ſtatim dicam.

p *Recuperauit*. agendo actione ex ſtipulatu pro dote, quod eſt ſo-

E luto matrimonio, vel viro ad inopiā vergente: vt.C.de iure do.l.vbi. ſecundum R. Vel dic ſecundum Azo. conſtante matrimonio. & rceuperauit ab herede ſoceri. Sed qualiter? nunquid enim eſt nata interim actio de dote? Reſpon. ſecūdū Azo. non: ſed de facto recuperauit. & pro eo quod actionem non habeat, facit, quia poteſt ei nurui dos legari: vt.s̃.e.l.ij.&.iij. reſpon. quòd non poſſet ſi actio ei competeret: vt inſti.de lega.§.ex contrario. Item pro eo.C.de præſcrip.xxx.an.cū notiſſimi.§.illud. Sed Io. dicit natam, & hoc act.ex ſtipulatu.& pro eo.s̃.ſolu.matrimonio.ſi conſtante.§.j. Sed ibi vel ſolutum erat matrimoniū, vt ibi not. vel agebat ex teſtamento cùm eſſet ibi nurui dos legata: non actione ex ſtipulatu. Item pro Ioan. infra de bo.dam.l.iij.in fine. ſed expone vt ibi. Sed ſi velis tueri Ioā. dicas quod licèt habeat act.ex ſtipulatu, vt ipſe dicit: tamen poteſt ei legari: quia inefficacem habet: & hac eadem ratione non currit præſcriptio antè ſolu.ma. Item quo modo alij ſoluendo liberatur? Reſpon.vt.s̃.e.l.ij.§.idem Iulianus quærit ſi dotem.

*Exhereda-*

a *Exheredatum habuerit.* erat ergo ſolutum matrimoniū. cæterum quoniam aliàs ſibi debitū reciperet filius, ſcilicet iudicio fami. erciſc. vt.s̄.fami.erc. ſi filia.§.j. ceſſat Fal. vt.s̄. eo.l.ij.§. idem Iulianus quærit ſi mulieri.&.j̄. ad legem Fal.l.j.§. ſi quis creditori.&.s̄. de lega.j. ſi creditori. ſecundùm R. Sed certè & tunc ſi peteret act. ex teſtamento, patitur Falcid. ſed act.famil.erciſc. cõſequetur quod eſt de tractū: vt ſupra eo.l.ij. §. idẽ Iulianus quærit ſi mulieri. in fin. ſecundū H.& facit in ea.l.§.idem Iulianus quærit ſi dotẽ. & quod ibi not.

b *Ratam fecerit.* venerat igitur caſus quo ille petere poterat. R.

c *Propter eam.* id eſt ad eam retentā quantitatem petendam. Azo.nõ autem redditā quantitatem.

d *Ei.* ſcilicet mulieri, vt eam exigat. Accur.

e *Defenſurum.* & ita ab herede repeteret totam dotem nihil habẽdo ratum. Accurſius.

f *Sed ſi.* alias & ſi: alias quòd ſi. *patri filii*.

g *Subierit.* ſcilicet heredis mãdato defendẽdo heredem procuratorio nomine contra mulierẽ repetentẽ dotem, vt ita habeat locum quod de act.iudi.dicit: vt infrade re iudi.l.iiij. & ſupra de procura. Plautius.&.l.ſi procurator.

†Singulare not. quòd cautio quãdo dicitur præſtari, intelligitur petenti. caſus in.c. ſuſcitata. de reſtit. in inte. Do te tota. 461. deci.

h *Si cautum.* ſcilicet iudica.ſolui cùm defendit heredem. ſi enim cautū eſſet, & ex illa cautione agat, totam pecuniam à marito petet. ſed aliter ſi agat actione in factum vtili. ſed ſecundùm R. ideò dicit, ſi cautum non erit, quia tunc ex ſtipulatu etiam in heredem forſan daretur ſi in iudicio præſens firmaſſet perſonam ſui procuratoris, ſatiſdando pro eo: vt inſtitu. de ſatiſd.§ ſed hodie.& infra iud.ſol. le. ſi ad defendendum. ſed hoc non placet: vt.s̄. de procura. le. ſi procurator. in fi.

exheredatum habuerit [a],& mulier ſolutionem ratam fecerit: [b] propter eam [c] quantitatẽ quam heres retinuerit, vtilis actio dotis ei [d] dabitur. Quòd ſi ratum non habeat: defendi quidem debebit heres à viro qui ſe defenſurum [e] promiſit. Sed ſi [f] totam litem vir ſolus ſubierit, [g] actio iudicati, ſi cautum [h] non erit, pro ea quantitate quæ iure Falcidiæ petenda eſt, aduerſus heredem [i] dabitur. Sed ſi prius quàm legatum filio ſolueretur, mulier diuertit: quanquam ipſa nondum præcipere dotem poſſit, [k] non ideò tamen actio [l] filij differtur: quia tunc [m] iiſdem diebus [n] filio ſolui dotem reſponſum eſt. Cùm patri * pro parte heres extitit, [o] & ad præceptionem [p] dotis ſoluto matrimonio poſtquam heres extitit, admiſſus eſt: ſi fortè per errorem cautio † defenſionis omiſſa ſit, & ex cauſa fideicommiſſi filius dotem acceperit: vt indebitum fideicommiſſum non repeteretur. Cautionis enim præſtandæ neceſſitas ſolutionem moratur: [q] non indebitum facit quod fuit debitum. ſed non erit iniquum, heredi ſubueniri. [r] Quid ergo ſi patris heres ſoluẽdo non ſit? nõne iuſtè mulieri dabitur aduerſus virum vtilis actio dotis? cui [s] dos perire non debet, [t] quia non interpoſuit per errorem heres cautionem. [u]

B

Licèt mancipia moriantur, æſtimatio eorum certa legata debetur. Bartolus.

VIII. IDEM *libro ſeptimo Reſponſorum.*

Vir vxori quæ dotem in mãcipiis [x] habebat, pecuniā [y] ꝓ dote legauerat. viuo viro mancipiis mortuis, [z] vxor poſt virum vita deceſſit. Ad heredẽ ei⁹ actio legati rectè tranſmittitur: quoniā mariti voluntas [a] ſeruanda eſt.

IX. IDEM *libro octauo Reſponſorum.*

C

Vxori meæ fundū Cornelianū, [b] *& quæ nuptura obtulit* [c] *æſtimata, in ſpeciebus reſtitui volo.* Reſpondi, non æſtimatum [d] prædiū in dotem datum, exceptum non videri; [e] ſed vniuerſa [f] dote prælegata, rerum æſtimatarum pretium non relictum, verùm ipſas res, quales inuenirentur. [g]

X. SCÆVOLA *libro octauo Quæſtionum.*

i *Heredem.* defenſum. ſed quare non in totum? Reſpon. reſpicit finem, quia cùm maritus factus eſt procurator in rem ſuam, quia promiſerat heredi ſe ſeruaturum indemnem eum, ipſe nihil reddet ſi ad inopiam vergat: vel retinebit loco dotis, & mulier non debet velle plus. ſi autem velit in totum agere contra heredẽ defenſum, poteſt: vt.s̄.de procur.l.ſi actor.&.l.ſi procurator. & tunc heres ageret ex cautione contra virum: quia mulier ratum non habet: vt ſupra proxi.reſpon.

k *Dotem poſſit.* ſcilicet annua bima trima die ſecundùm hæc iura: hodie poſt annum: vt.C.de rei vxo.actio.l.vnica.§.exactio.

l *Actio.* ex teſtamento. nam nec filia differt ſi eſſet ei legata: vt ſupra eo.l.j. in princ.

m *Quia tunc.* ſcilicet tantùm. Accurſius.

n *Iiſdem diebus.* quibus & mulieri ſolui deberet. Accurſius.

o *Extitit.* repete, & diuortium factū ſit, vt præmiſit. ſi enim conſtat matrimonium, ſtatim percipiet: vt.s̄. eo.l.ij.§. idem Iulianus quærit ſi dotem. & ſupra fami. erciſ.l. ſi filia.§.j.&.l.ſi maritus. vbi de hoc dixi.

p *Ad præceptionem.* per iudicium famil. erciſcun. non act. ex teſtamento: vt hîc erat.

q *Moratur.* re integra. Accurſius.

r *Subueniri.* condictione incerti ad exponendum cautionem: vt.s̄. de vſufru.earū rerū.l.hoc ſenat.§.j.&.s̄. de condic. indeb.l. ſi quis cùm.&.j̄. ſi cui plus quàm per legem Falcidiam.l. niſi.§. fi. Alij dicunt ſine cauſa, arg. ſupra de condic. ſine cau.l.ij. &.iij.quod non placet: vt not.s̄.de condic.indeb.l. ſed & ſi me.§.cùm inter.

s *Cui.* mulieri. Accurſius.

t *Non debet.* & certè dabitur, quaſi eam præceperit vxoris nomine: & quaſi ſine cauſa ſit apud eum. Accurſius.

A

u *Cautionem.* nam ſi interpoſuiſſet, non eſſet hîc timor, cùm habens hoc nomen heres non eſſet non ſoluendo. Item not. quòd ex inopia alterius in alium quandoque datur actio: vt.C.quando fiſcus vel pri.l.pen.& facit ſupra ad exhib.l. Iulianus.§. ſi cui. & ſupra de eo per quem factū erit.l.fina.& de lega. j.l.planè.ij.§.j. Accur.

Inopia alterius in aliū quandoque datur actio.

Vir.] CASVS. Vxor mea dedit mihi in dotem mancipia ineſtimata pone decem. ego poſtea feci teſtamentū, & legaui ei centum pro dote: & poſtea antè mortẽ meā dicta mancipia deceſſerũt ſine culpa mea, & ita nihil in dote remãſit. & poſtea deceſſi. & poſtea deceſſit dicta mea vxor, & habuit heredẽ Titium. nũquid Titius poterit petere ab heredibus meis ex cauſa legati centum? Et videtur quòd non: quia cùm nihil remãſerit in dote, vt dictū eſt: nihil videtur remanſiſſe in legato pro dote relicto. dicitur tamen hîc quòd petere poteſt. voluntas enim mea ſeruāda eſt, qui aliud pro dote ei legaui, & non dotem. Viuianus.

x *In mancipiis.* ineſtimatis: aliàs nulla eſſet huius legis dubitatio.

y *Pecuniam.* ſcilicet certam. R.

z *Mortuis.* ſcilicet ſine culpa viri: & ſic in dote nihil deinceps ſit: vnde & in legato nihil forſan diceretur perperā: quoniam non ſit hîc dos purè legata, ſed pro dote aliud: vt ſupra de iur. do.plerumque.&.l. in rebus.& ſupra eod.le.j. in princ.§.j. R. & etiam facit ſupra de pact. dota. cùm maritus.in prin.&.s̄.eo.le. cùm ſcriptum.in fi.

D

a *Voluntas.* qui dotem purè legare nolui, ſed aliud pro dote: vt ſupra dixi.

Vxori meæ.] CASVS. Vxor mea dedit mihi in dotem fundum Cornelianum, & quoſdã alios fundos: inter quos erat vnus inæſtimatus: & multa alia æſtimata dedit mihi in dotem. poſtea ego feci teſtamentum, & ita in eo dixi, vxori meæ fundum Cornelianum, & ea quæ obtulit mihi æſtimata cùm mihi nupſit, volo reſtitui in ſpeciebus. & deceſſi modò quæritur, nunquid prædictum fundum inæſtimatū videar ei legaſſe? Et videtur quòd non: quia in legando non nominaui eum fundum inæſtimatum, nec etiam alios: ſed tantū nominaui Cornelianum fundū. dicitur tamen hîc quod eum legaſſe videor, & etiam omnes alias res quas habui ab ea in dotem, ſiue erant æſtimatæ, ſiue non: & heres meus ſoluet ei dictas res tales quales inuenientur, non autem earum pretium. per dicta enim verba videor ei legaſſe vniuerſam dotem talem qualis eſt. Viuianus.

E

b *Cornelianum.* hunc dederat inæſtimatum: vt.j̄. patet. Accurſius.

c *Obtulit.* id eſt dedit.& fac punctum, æſtimata.q.d.tam inæſtimata quàm æſtimata volo in ſpeciebus ipſis, cùm extent, non in pecunia reſtitui: quod poteſt eſſe vtile in rebus æſtimatis ſi meliores factæ ſunt apud virum: vt.s̄. de iure do. plerumque, &.s̄. de pac. dota.l. cùm maritus. in princ. Accurſius.

d *Non æſtimatum.* id eſt inæſtimatum prędium, ſcilicet corpus. infinitatur enim inæſtimatum, vt ibi, non homo currit. Accurſius.

e *Non videri.* de legato prædicto.

f *Vniuerſa.* ergo omnia prædia æſtimata & inæſtimata, & etiam mobilia.

g *Quales inuenirentur.* ſcilicet eſſe relictæ, ſubau. apparet ergo ex tali legato omnia relicta eſſe in ſpeciebus cùm dixit, vxori meæ &c. Accurſius.

UNED

SI Seiæ pro dote cẽtum [a] fundus legatus ſit, idemq; Mæuio: [b] quod Mæuio Falcidia aufert, pro eo quaſi concurſus non fuerit, [c] mulier pl⁹ vindicet: quia amplius [d] ſit in dote mulieris.

Adhibitus ad ſtipulandum totam dotem, in dubio non videtur adhibitus animo donandi. Item adhibitus animo donandi, intelligitur cauſa mortis, ſi mortis eſt mentio facta. Bartolus.

XI. PAVLVS *libro ſeptimo Reſponſorum.*

SEia cùm nuberet Lucio Titio, dedit dotis nomine centum aureos, & adhibuit Quintũ Mucium, qui nihil numerauit, ſed dotem ſtipulatus [e] eſt, ſi morte mulieris ſolutum fuerit matrimonium. Seia moriens teſtamẽto ſuo ita cauit, *Lucio Titio marito meo, cui maximas gratias ago: dari volo ſuper dotem* [f] *quam ei dedi, tot aureos.* Quæro, cùm inſtituit [g] Lucium Titiũ conuenire Quintus Mucius ex ſtipulatu actionẽ, an repellere eum maritus poſſit ex verbis teſtamenti. Reſpondit, ſi Quintus Mucius mandante Seia non donationis [h] cauſa ſtipulatus eſt: heredibus mulieris eum teneri: [i] & ideò Quintum Mucium exceptione [k] repellendum eſſe. Quòd ſi donationis cauſa Seia ſtipulari permiſiſſet, videri eum in eũ caſum qui morte mulieris extitit, mortis cauſa ſtipulatum: [l] & ideò fidei eius B committi potuiſſe in eum caſum, [m] dicendum fore.

Si conditio pro parte eſt poſſibilis, ſufficit ſi ei pareatur in eo quod poſſibile eſt. Bartolus.

XII. SCÆVOLA *libro tertio Reſponſorum.*

QVi dotem in pecunia numerata & æſtimatis rebus acceperat, vxori ita legauit: *Seiæ vxori meæ, ſi omnes res quæ tabulis dotalibus contineantur, heredi meo exhibuerit & tradiderit, ſummam* [n] C *dotis quam mihi pro ea pater eius intulit, dari volo hoc amplius denarios decem.* Quæſitum eſt, cùm res in dotem datæ plures ipſo vſu finitæ eſſent, nec moriente marito fuerant: an quaſi ſub impoſſibili conditione [o] legatum datum debeatur. Reſpondi, videri condi-

SI *Seiæ.*] CASVS. Ab vxore mea Seia habui in dotem centum: & poſtea feci teſtamentum, & fundũ meum Cornelianum qui valebat centum, legaui ei pro dicta dote: & poſtea eundem fundum legaui Mæuio: & ita inter eundem Mæuium & Seiam vxorem meam debet eſſe concurſus in dicto fundo, ſcilicet vt quilibet eorum in eo habeat dimidiam: & poſtea multa alia legata quibuſdã aliis reliqui, ita quòd habeat locum Falcidia. & poſtea deceſſi. veniunt Seia & Mæuius prædicti ad heredes meos, & petũt pro dimidia quilibet dictũ fundum. dicunt mulieri heredes, quamuis tibi non poſſimus detrahere Falcidiã, quia tu recipis tibi debitum, tamẽ Mæuio de ſua parte fũdi volumus detrahere Falcidiã. dicit mulier, bene, placet mihi: ſed tamen illud ꝙ vultis detrahere de fundo nomine Falcidię quã vultis retinere de parte Mæuij quã habet in dicto fundo, volo mihi vĩdicare: & ita cùm ego mulier debeam habere in fundo .l. pro dimidia dotis meæ, & Mæuius alia .l. nomine legati, & cùm velitis & debeatis detrahere quartam de dictis .l. Mæuij nomine Falcidiæ, quę quarta capit .XII. & dimidiũ detis Mæuio in dicto fundo. XXXVII. & dimidium, & mihi. LXII. & dimidium. nã & adhuc amplius eſt in dote mea, quæ fuit centum: & ita non remanebitis mihi ad dãdum pro dote mea niſi .XXXVII. & dimid. venit dictus Mæuius ad iſta verba, & dixit: certè ipſa bene dicit. quæritur, quid iuris ſit? Et dicitur quòd dictũ dictæ mulieris ſeruandum eſt: & ita non habebit locum rectus concurſus inter eam & dictũ Mæuium: eo quòd quilibet eorum non habebit dimidiam in dicto fundo: imò mulier habebit in eo, vt dictum eſt, LXII. lib. & dimidiam: & Mæuius. XXXVII. & dimidiam. & remanebunt heredes ad dandũ Seiæ pro dote ſua .XXXVII. lib. & dimidiam. Viuianus.

a *Centum.* id eſt fundus valebat centum: ſed dos erat tãntundem vel plus, vel etiam minus. Accurſius.

b *Mæuio.* & ita ambobus inſolidum, ſicq; concurſu faciunt ſibi partes: vt .C. de cadu. tol. l. vnica. §. vbi.

c *Non fuerit.* quia mulier ſit ſola, & ſic non concurrit cum Mæuio quaſi id plus non ſit Mæuio legatum. at mulieri non detrahitur Falcidia: ſicut nec de dote detraheretur: cuius vice hoc legatum cedit, niſi aliquid plus eſſet in legato, vel niſi in commodo repræſentationis: vt. ſ̃. eo. l. ij. §. idem Iulianus quærit.

d *Amplius.* quàm in fundi parte, quod etiam quadrantem poterit excedere, cùm etiam hoc poſtulet æs alienum R. & facit. j̃. ad legẽ Falcid. l. j. §. ſi quis creditori. & .l. ſi vſusfruct. §. j.

SEia.] CASVS. Seia dedit nomine dotis Lucio Titio centum aureos: & adhibuit Quintum Mucium qui ſtipulatus fuit à marito ſibi dotem reſtitui mortua Seia. poſtea dicta Seia fecit teſtamentum, in quo inſtituit ſibi heredes Gaium & Cornelium, & poſtea ita dixit in eodem teſtamento, Lucio Titio marito meo dari volo ſuper dotem quam ei dedi, centum aureos. & deceſſit dicta Seia. modò quæritur, vtrum dictus Quintus Mucius qui fuit ſtipulatus dotem, poſſit conuenire maritũ actione de dote? Et dicitur quòd non: quia aut fuit ſtipulatus dictam dotem mandato dictæ Seiæ, eo quòd ipſa Seia volebat ei donare, aut noluit donare. Primo caſu videtur ſtipulatus cauſa mortis. nam in ſtipulatione fuit facta mentio mortis mulieris: & ideò fidei eius committere potuit Seia de danda dote viro ſuo. commiſit autem eius fidei cùm dixit in teſtamento, vt dictum eſt, Lucio Titio marito meo dari volo ſuper dotem quam ei dedi, centum aureos. dolo ergo faceret in hoc caſu Quintus Mucius ſi peteret à marito illud quod A teneretur ei reſtituere ſi haberet. Secundo caſu tenetur dictus Quintus Mucius dictis heredibus mulieris actione mãdati, vt pecuniam quam iam foret conſecutus à viro, aut actionem, cùm nihil fuit conſecutus, eis cedat: & ideò eundem Quintum Mucium exceptione à viro repellendum. quod eſt notãdum. Viuianus.

e *Stipulatus.* non aperit an gerendo negotium mulieris, vel vt donatarius cauſa mortis, vel vt inter viuos ſtipularetur, & ideò. j̃. diſtinguit. Ac.

f *Super dotem.* per hæc verba & dotem ei videtur legare: vt. ſ̃. eo. l. qui ita. & . ſ̃. de annu. lega. l. Seia. §. vxori.

g *Inſtituerit.* id eſt propoſuerit.

h *Non donationis.* quod præſumitur ꝙ non donationis cauſa: vt. ſ̃. de leg. iij. cũ quis decedens. §. nuptura. & argu. ſ̃. de neg. geſt. l. Neſennius. Accurſius.

i *Eum teneri.* actione mandati, vt pecuniã ſi iam exegit, reddat: aliàs actiões cedat: vt. ſ̃. mãd. idemq;. §. ſi cui. & de le. iij. cũ quis. §. nuptura. & ſ̃. de iu. do. mulier. §. fina & argu. ſupra de nego. geſt. le. penul. vndè etiã fidei eius cõmitti potuit vt cuiuſlibet debitoris, ne quicquã peteret. & ſic hoc feciſſe rationabiliter pręſumitur: vt. ſ̃. de leg. j. ſi pecunia. & not. in dicto. §. nuptura. Acc.

k *Exceptione.* ſcilicet doli mali.

l *Stipulatum.* niſi liqueat contra, ſcilicet quòd inter viuos donare voluit: & hoc ideò quia in ſtipulatione habita eſt mortis mentio: aliàs eſſet donatio inter viuos: vt infra de dona. cau. mor. l. Seia. §. fina. quæ eſt contra.

D m *In eum caſum.* cùm eſt donatio cauſa mortis: vt. ſ̃. de lega. ij. cùm pater. §. j. ſic ergo nota tres caſus. Primus, cùm ſtipulatur vt procurator vel geſtor, quod ſemper prima facie præſumitur: vt. ſ̃. dixi. Secundus, cùm ſtipulatur mortis cauſa, quod præſumitur ſi modò conſtet eum ſtipulari cauſa donationis: vt. ſ̃. prox. & in vtroque poteſt fideicõmitti. & hi ſunt in hac. l. Eſt & tertius caſus quando ſtipulatur ex cauſa donationis inter viuos, & hoc conſtat: & hoc caſu non poteſt grauari vel reuocari niſi eum inſtituat, vel aliud ei relinquat: vt. ſ̃. de pactis dota. l. cùm maritus §. fi. & .C. de iur. do. l. ij. & .l. cùm patrem. & . ſ̃. ſolu. matri. l. quæ dotis. quæ ſunt contra. Item nota hîc ſine ſtipulatione poſſe ſubſtitui in donatione cauſa mortis: vt .C. de dona. cau. mor. l. j.

QVi dotem.] CASVS. Cùm vellem accipere Seiam in vxorem, pater eius dedit mihi in dotem centum in denariis: & tot aliàs res æſtimatas, quæ valuerunt centum: & ego feci fieri ei chartam quòd reſtituerem ei ducenta pro dote ſoluto matri- E monio: & in ea charta fuerunt nominatæ dictæ res æſtimatæ. poſtea feci teſtamentum, & ita legaui eidem meæ vxori, Seiæ vxori meæ ſummam dotis quã mihi pro ea pater eius intulit, dari volo, hoc amplius denarios. x. ſub ea conditione, ſi omnes res quæ in charta dotali cõtinentur, heredi meo exhibuerit & tradiderit. modò quæritur, cùm plures de rebus dictis in dotem mihi datis ipſo vſu finitæ ſint me viuente, & quædam non: an valeat legatũ quaſi ſub impoſſibili conditione datum à me vxori meæ? Et reſpondetur quòd valet legatum, ſi vxor fecit peruenire in poteſtatem heredis mei illud quod ſupererat ex rebus in dotem datis. nam quãtum ad alias res quę non ſupererant, videtur impoſſibilis conditio à me adiecta. Viuianus.

n *Summam.* ſcilicet prædictam in pecunia & in rebus æſtimatis conſiſtentem.

o *Conditione.* legatario appoſita: quod ſi cõcedatur, nihilominus

relictum

tioni paritum, [a] ſi quod ex rebus in dotem datis ſupererat. [b] in poteſtatem heredis peruenit.

XIII. LABEO *libro primo Pithanorum à Paulo epitomatorum.*

SI [*] filiusfamiliâs vxorem cùm haberet, dotem ab ea acceperat, [c] deinde paterfamiliâs factus dotem ei, vt ſolet, [d] legauit: quãuis patri heres non erit, tamen id legatum debebitur. [e]

Dicto vnius teſtis ſtatur ex voluntate & diſpoſitione defuncti, cuius ſolius diſpoſitioni ſtaretur. Bartolus.

XIIII. SCÆVOLA *libro quintodecimo Digeſtorum.*

THeopompus † teſtamento facto duas filias & filiũ ęquis partibus inſtituit heredes, & codicillis ita cauit: [f] τὴν θυγατέρα μου Κρισπῖναν, ἣν ηὐχόμην ἐκδοῦναι, ᾧ ἂν οἱ φίλοι μου καὶ οἱ συγγενεῖς δοκιμάσωσι, προνοήσει ἐκδοθῆναι Πολλιανὸς, εἰδώς μου τὴν γνώμην, ἐπὶ τοῖς ἴσοις, ἐφ' οἷς καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς ἐξέδωκα. [hoc eſt, Filiam meam Criſpinam, quam vellem tradi nuptui cuicumque amici mei & cognati approbabunt, prouidebit tradi Pollianus, [g] ſciens mentem meam, in ęqualibus portionibus in quibus & ſororem eius tradidi.] Pollianus à marito puellę iuratus [h] ſcripſit voluiſſe patrẽ eandem quãtitatem in dotem accipere etiam minorem filiam, quã maior accepiſſet. Quæro, an eandem ſummam dotis nomine coheredes extra partem hereditatis minori filiæ præſtare debeant. Reſpondit, eum cuius notio eſt, æſtimaturum vt eadem quantitas [i] † ex cõmuni præcipua [*] minori filiæ dotis nomine detur. [k]

Non eſt veriſimile teſtatorem velle grauare heredem duplici præſtatione. Bartolus.

XVI. GAIVS *libro ſecundo de Legatis ad Edictum Prætoris.*

LIcèt placeat, [l] pigneratas res, vel in publicum obligatas, heredem qui dare iuſſus eſt, [m] liberare debere: tamen ſi is qui tales [n] res in dotem [o] accepit, dotem prælegauit: [p] non cogetur [q] heres liberare eas, niſi aliud ſpecialiter teſtator dixerit.

XVI. PAVLVS *libro ſecundo ad Vitellium.*

QVi dotem à matre vxoris acceperat, & ſtipulanti ei promiſerat, teſtamẽto vxori dotem legauit. Cùm quæſitum eſſet, an vxor dotis ſummam conſequi poſſet, reſpondit Scæuola, non videri dari vxori quod neceſſe [r] ſit matri reddi. Aliàs ſic reſpondit, [ſ] non videri, niſi manifeſtè vxor docuiſſet eam teſtantis voluntatem fuiſſe, vt onerare

relictum valet: vt.C.de his quæ pœ. no.l.j.& inſtitu. de here. inſtituen.§. impoſſibilis. & de lega.§.fina.

a *Paritum.* vtpotè impoſſibili. Accurſius.

b *Supererat.* & quidem de his tantùm teſtatorem cogitaſſe credẽdum eſt, quoniam & vitio caret: ideóque nõ minus tutior quàm benignior eſt talis interpretatio: vt.s̃.de legi.& ſenatuſconſul. le. benignius. &.l. in ambigua. Accurſius.

SI *filiusfamiliâs.*] CASVS. Filius meus in mea poteſtate conſtitutus accepit centum ab vxore ſua nomine dotis, & poſtea eum emancipaui. & ipſe poſtea fecit teſtamentum, & legauit dictæ ſuæ vxori dictam dotẽ. & poſtea antequam ipſe decederet, ego exheredaui eũ. & poſtea deceſſit ipſe, & ego. nunquid heres eius tenetur præſtare vxori dictam dotem legatam ei? Et dicitur quòd ſic, quamuis ego exheredauerim eum meum filium. Viuianus.

* Flo. Paulus: ſi

† Hanc legẽ elegãter interpretatur Alc. lib. Parerg.2.ca.19.

c *Acceperat.* vndè de ea reddenda aduerſus eum ſolu.ma. competere debet actio inquãtum facere poteſt: ſicut de cæteris ſuis negotiis: ſed heredi eius non datur hoc beneficium: vt ſupra qđ cum eo.l. ſed & ſi.

d *ſolet.* id eſt ſolitum eſt.

e *Debebitur.* inſolidum: quia & de dote actio inſolidum datur, vt modò dixi.

THeopompus. CASVS. Theopompus habebat duas filias, ſcilicet Titiã & Criſpinam quę erat minor: & habebat vnũ filium qui vocabatur Gaius. ipſe Theopompus maritauit dictam Titiam, & dedit ei in dotem centum. & poſtea fecit teſtamentum, & inſtituit ſibi heredes pro æquis partibus dictos tres ſuos filios. & poſtea fecit codicillos, & in eis ita cauit, filiam meam Criſpinam quam vellem tradere nuptui cuicumque amici mei & cognati approbabunt, prouidebit tradi Pollianus cognatus meus: qui pollianus ſcit bene vtrum velim dare tantùm Criſpinæ in dotem, quantum dedi Titiæ ſorori ſuæ. & poſtea deceſſit dictus Theopompus. poſtea amici & cognati eiuſdem Theopompi, inter quos fuit dictus Pollianus, maritauerunt dictam Criſpinam Sempronio. venit nunc dictus Sempronius, & petit à Titio & Gaio fratribus & coheredibus dictæ Criſpinæ tantum antè partem hereditariam pro dicta Criſpina nomine dotis ſuæ, quantum habuit dicta Titia cùm maritauit eam dictus Theopompus. & hoc ideò petebat, quia dicebat hoc voluiſſe Theopompum. & cùm coheredes hoc negarent coram iudice, fecit dictus maritus Criſpinæ venire dictum Pollianum coram iudice, & iurare ſe ſcripturum veritatem ſuper voluntate Theopompi: qui Pollianus iuratus ſcripſit Theopompum voluiſſe eandem quantitatem in dotem accipere etiam minorem filiam, ſcilicet Criſpinam, quam Titia maior ſoror accepit. nunquid habebit dicta Criſpina tantum quantum habuit dicta Titia? Et videtur quòd non: quia vox vnius teſtis reputatur vox nullius. maritus autem Criſpinæ non introduxit ſuper hoc niſi vnum teſtem, ſcilicet prædictum Pollianum, vt dictum eſt. Reſpon. tamen hîc quòd ſic. & eſt ratio, quia Theopompus voluit ſtari ſuper hoc dicto Polliani, vt apparet in dictis verbis quæ dixit in codicillis. Viuianus.

f *Cauit.* hîc eſt Græcum cuius interpretatio eſt, filiam meam &c. Py. ſed alij id non habent: & ideò dicunt eſſe ſenſum, filias meas pares eſſe volo. Accurſius.

A g *Pollianus.* teſtatoris fortè filius. Et no. quòd prouiſio filiæ eſt in dote, ſed amicorum eſt in eligendo maritum.

h *Iuratus.* i. iurauit, & dixit. ſic enim ſcribunt tabelliones: talia teſtis iuratus dixit. Vel iuratus, id eſt adiuratus. maritauerat ergo de conſilio amicorum.

i *Quantitas.* Not. ergo hîc ſtari dicto vnius. & ſic eſt contra.C.de teſti. le. iuriſiurandi. Sol. hîc voluit teſtator, quod potuit, ſicut & ſi ipſe iuraſſet: vt.s̃. de leg.iij.le.cùm quis. §. codicillis. Item eſt ar. quòd vnus teſtis inducat pręſumptionẽ, vel ſemiplenam probationem ſic. s̃. quemadmo.teſta.aperi.l.j.in fin. nec ob.j̃. de quęſt.l.maritus. quia ibi, non quia deficiat indicium, prohibet quæſtio, ſed quia cõtra dominum: vt hîc not.&.C.de rebus cre.l. in bonæ fidei.

† Statur ergo dicto vnius: ſic in ca.3.cũ glo. ſuperverbo, clerici extra de procu. vbi de hoc vide.

* pecunia.

k *Detur.* Not. ex hac.l. Theopompus. ſtari dicto vnius teſtis. Itẽ no. quòd vnus teſtis inducit pręſumptionem, vel ſemiplenam probationẽ.

Teſtis vnus ſemi pleno probat.

LIcèt.] CASVS. Duo mea prædia obligaui reipu. vel Titio priuato: & poſtea Seiam filiam meã maritaui Gaio, & dedi ei in dotem dicta prædia ita obligata ſicut erãt, & hoc ſciẽte dicto Gaio meo genero. poſtea dictus Gaius fecit teſtamẽtum, & legauit dictam dotẽ dictæ meæ filiæ vxori ſuę. nunquid heredes eiuſdem Gaij debent dicta prędia liberare à pignore, & poſtea dare dictæ meæ filiæ? Et videtur ꝙ ſic: quia ipſe Gaius ſciebat dicta prædia eſſe taliter obligata eo tempore quo accepit ea in dotem. dicitur tamen hîc quòd non tenetur liberare pignora, niſi Gaius teſtator hoc ſpecialiter dixiſſet in teſtamento quòd heredes luerent. Viuianus.

l *Licet placeat.* ex ordine.R.vt inſtit. de lega.§. non ſolùm. & ſupra de lega.j.ſi res.&.C. de fideicomm. prædia. & ſupra de leg.ij. Mæuius.§. penul. Accurſius.

m *Iuſſus eſt.* à teſtatore ſciente eas obligatas. aliàs ſecus: vt.d.ll.

n *Tales.* iam obligatas. Roge.

o *In dotem.* æſtimatam.R.

p *Prælegauit.* vxori purè & ſimpliciter.

q *Cogetur.* quoniam in hoc legato ſola dos venit: ſicut veniret in dotis act. vt ſolum repræſentationis cõmodum hîc ſit in legato.R. vt.s̃.eo.l.j.in princ.&.§.adeo. H.

E QVi dotem.] CASVS. Titia dedit mihi in vxorem filiam ſuam Seiam, & dedit mihi in dotem.c.& ego promiſi eidem Titię me reſtituturum ei ſoluto matrimonio: & poſtea feci teſtamentum, & legaui dictæ meæ vxori dicta.c.& deceſſi. nunquid dicta mea vxor poterit petere ab heredibus meis dicta.c. & ab eis conſequi? Et dicitur quòd non, niſi eis caueat ſe defenſuram eos aduerſus Titiam matrem ſuam: & hoc niſi probauerit dicta mea vxor me voluiſſe onerare heredes meos duplici dotis præſtatione: quia tunc habebit ipſa.c.& mater ſua Titia alia.c. Viuianus.

r *Neceſſe.* igitur non dabitur vxori actio ex teſtamento contra heredem, niſi caueat eum defenſum iri contra matrem: vt.s̃.eo.l.ij. in prin.&.§.j.&.l.pater.& ſupra de iure do.l.cùm pater.&.s̃.ſol.ma.l. ſi cùm dotem.§. ſi pater.

ſ *Aliàs ſic reſpondit.* ſcilicet idem Scæuola. & aliàs tractans de hac materia reſpond. non deberi, ſcilicet dari. Accurſius.

Onere duplici quis onerari non debet.

a *Duplici.* Not. ex hac l. nõ eſſe quem onerandũ duplici onere, vel addi afflictionẽ afflictio. ſic. ſ. de lega. ij. Titia. j. §. qui inuita. & ſ. ad leg. Rho. de iactu. l. nauis. §. cùm autẽ. & §. quid ergo. & ſ. de offic. præſid. diuus. & C. de impo. luc. de. l. j. Itẽ facit. ſ. de lega. iij. ſi res. & l. qui concubinã. §. qui fundũ. & j. de fund. inſtru. & inſtru. le. l. prædia. §. liberto. & ſ. de lega. ij. l. Mæuius. in prin.

V *Xori.*] CASVS. Vxor mea dedit mihi in dotem. c. & poſtea ego cõparaui ei veſtes & monilia. ipſa etiã dedit mihi quędã alia. poſtea tẽpore procedente feci teſtamentũ, & ita ei legaui: vxor mea ſumat ſibi ex medio hereditatis meæ quicquid ei cõparaui, & qđ mihi ipſa dedit, & deceſſi. modo quæritur, an videar ei dotẽ prælegaſſe? Et dicitur ꝙ ſic, niſi probẽt heredes mei aliud me ſenſiſſe. Sed pone ꝙ de dictis centũ erãt duo inſtrumẽta facta: in quorũ vno cõtinebãtur quinquaginta, & in alio tantundẽ: & ego ita legaui dictæ meæ vxori, Titiæ do lego tantã pecuniã quãta ad me dotis eius nomine peruenit, quæ dos eſt dotalib⁹ duob⁹ cõſignatis inſtrumentis cẽtũ aureorum. nũquid poterit vxor mea cõſequi vtramq; ſummã? Et dicitur ꝙ ſic. Viuian.

b *Loqui.* licet ſimpliciter dixit, dedit: & non adiecit, pro dote.

c *Ex ſtipulatione.* aliàs eſt, in ve ſtipulationẽ. & dic ve, ꝑ &, ſecũdũ Hu.

d *Vtramque ſummam.* i. vtriuſq; inſtrumẽti quãtitatẽ, vel dic ꝙ aliquid peruenit re ipſa: aliud deductũ erat in ſtipulationem tantum. & ſecundum hoc vtrumq;, ſcilicet datum & promiſſum, licet non datum: vt inſtit. eod. titu. §. ſed & ſi vxori.

heredes duplici [a] præſtatione do tis vellet.

Teſtatore præcipiente vxori reddi quicquid vxor ei dedit, venit etiam id quod dedit ob cauſam. Bartolus.

XVII. SCÆVOLA *libro tertio Reſponſorum.*

V Xori ita legauit, *Vxor mea quidquid ei comparaui, & quod mihi dedit, e medio ſibi ſumat.* Quæro, an dos prælegata videatur. Reſpõdit, verbis quę proponerẽtur, videri & de dote legata loqui, [b] niſi aliud teſtatorẽ voluiſſe probaretur. *Titiæ vxori meæ, quãta pecunia ad me, in ve ſtipulationẽ* [c] *dotis eius nomine peruenit: quæ dos eſt dotalibus duobus cõſignatu inſtrumẽtis cẽtum aureorũ.* Quęſitũ eſt, an vtrũq; ſummam [d] cõſequi poſſit. Reſpõdit, nihil proponi cur non poſſit.

B

## DE OPTIONE VEL electione legata.

## TITVLVS V.

In hac lege ponitur qualiter relinquitur optio vel electio. Item quis eligat, quid eligatur, quid ſi electio nõ valeat, & qualiter debeat electio fieri. & hoc vſq; ad legem mancipiorum. Barto.

C

I. VLPIANVS *libro ſecundo ad Sabinum.*

D Iuus [e] Pius Cæcilio Proculo reſcripſit eũ cui ſeruorum legata ſit electio, tres poſſe eligere.

D

II. IDEM *libro vicenſimo ad Sabinum.*

DE OPTIONE LEGATA.

*Optio actus eſt legitimus. nam ſolenniter fit publicè exhibita vniuerſa familia, ſi optio ſerui legata ſit, vel alia res exhibitis vniuerſis rebus eiuſdẽ generis quæ inueniũtur in hereditate, & herede præſente, eáque re ante aditã hereditatẽ nõ fit, & certis, vt opinor, verbis teſtibuſque præſentibus & interdũ prætore ad optandũ diem decernẽre, & ſemel, & purè, & iuſſu patris vel domini ſi filiofam. vel ſeruo data ſit. l. 5. & 10. De leg. l. 25. in prin. De lib. cau. & hoc ineſt propriũ optioni legatæ. Electio videtur nõ fuiſſe actus legitim⁹. Cuia.*

D *Iuus Pius.*] CASVS. Titius legauit mihi electionẽ ſeruorum. quæritur, quot poſſim eligere & habere? Et dicitur ꝙ tres. ſecus autẽ ſi leget mihi optionẽ ſiue electionẽ ſerui: quia tunc nõ poſſum eligere niſi vnũ. optabo tamẽ illũ quẽ volam ſic & pertinet ad me arbitrium eligẽdi ſi legauit mihi hominẽ in genere. pone ergo ꝙ elegi, & malè, ita ꝙ non valuit electio. nũquid potero iterum eligere? Et dicitur ꝙ ſic. & de hoc ponit tria plana exempla vſque ad. l. mancipiorum. Viuianus.

E

Pluralis numerus in tribus quãdoque cõſiſtit.

e *Diuus.* Pone caſum quod aliquis legauit mihi optionem ſeruorum ſuorum in plurali numero loquẽs. eligam tres: vt ita pluralis locutio cõtineat tres, licẽt aliàs duos, vt. ſ. de teſti. l. vbi. & hoc fauore vltimæ voluntatis: vt. j. de regu. iur. l. in teſtamentis. ſecus ſi in ſingulari, quia tunc vnum tantum: vt. j. per totum hunc titu. Vel dic ꝙ teſtator legauit mihi electionem ſeruorum qui debẽt optare vnum ſeruum vel equum, vel aliud mihi dandũ. Nam eligã tres de familia teſtatoris qui eligẽt. ideò autem tres, quia ſi diſcordant, inuenietur pars maior: vt arg. ſ. de arbi. l. item ſi vnus. §. ſi

f Q *Votiens. Datur.* à teſtatore.

A g *Quem velit.* etiã optimũ, ſecũdũ Ro. nos cõtra, vt ſtatĩ dicã.

h *Ad legatarium.* idem quod hîc habes inſtit. eo. §. generaliter. & ſ. de leg. j. l. ſi ſeruus. §. cùm homo. & omnes prędictas leges intelligit Ro. herede fruſtrãte. & pro eo. ſ. de leg. j. cum res. §. toties. & l. huiuſmodi. §. ſi cui. & arg. C. de ſol. l. j. at Bul. etiã ab initio dat legatario, vt hîc. & dictis primò cõcordat. vt no. ſ. de lega. j. ſi quis à filio. §. pe. quæ videtur cõtra. & ſ. fami. ercif. heredes. §. ſi incerto. Itẽ nõ elegit optimũ ſecundũ omnes: vt. ſ. de l. j. legato generaliter. ſed in inferiori caſu eligit optimũ, ſecũdum R. ſed dic qđ nec ibi eligit optimũ: & ꝑ eo eſt hîc copula, ſed & homine &c. & C. communia de lega. l. fina. §. j. & argu. ſ. de lega. j. ſi heres generaliter.

† Facit glo. vlt. in princ. in cap. cauſam quæ de ele.

Q Votiẽs ſerui electio vel optio datur, [f] legatarius optabit quem velit. [g] Sed & homine generaliter legato, arbitriũ eligẽdi quẽ acciperet, ad legatarium [h] pertinet. Data igitur optione ſi quis õptauerit alienũ ſeruũ, vel hominẽ liberũ, [i] vidẽdum eſt an cõſumpſerit optionẽ. Et puto nõ cõſumi. Eum cui centũ amphorarũ [k] electio data [l] ſit, acetum eligentem, † non conſumere [m] optionem, ſi id [n] acetum elegerit, quod vini numero paterfamilias non habuit:

B

III. IDEM *libro vicenſimo tertio ad Sabinum.*

S Cilicet ſi antè exhibitionem, hoc eſt antè deguſtationẽ, [o] acetum elegerit.

Antè exhibitionem rerũ electio non tenet, niſi legatarius fuerit ſciens. Bartolus.

C

IIII. PAVLVS *libro tertio ad Sabinum.*

S Cyphi electione data, [p] ſi nõ omnibus ſcyphis exhibitis legatari⁹ elegiſſet, integrã [q] ei optionem manere placet: niſi ex his dumtaxat eligere voluiſſet, cum ſciret [r] & alios eſſe.

V AFRICANVS *libro quinto Quæſtionum.*

N Ec ſolùm [ſ] ſi fraude heredis, ſed etiã ſi alia qualibet cauſa [t] id euenerit.

Legatario optionis terminus ad eligendum ſtatuitur: quo elapſo eligere non poteſt, ſi res non eſt integra. Bartolus.

i *Vel hominem liberũ.* vel antè aditã hereditatẽ: vt. j. eo. l. optione. Acc.

k *Amphorarum.* ſubaudi, vini.

l *Data.* à teſtatore, vel à lege: vt. ſ. prox. duob⁹ reſpõ. ſed Rog. dixit ibi tranſlata, quãdo à lege.

m *Conſumere.* quia nõ tenuit ipſo iure: vt. j. ꝑxi. §. aliàs ſecus: vt. j. eo. tit. apud Aufidium. & ſ. de lega. j. l. v. in prin. Et dot. nihil refert non fiat aliquid, vel id non iure fiat. [a] ſic. ſ. q ſatiſd. cog. l. quoties. & de iure iurã. qui per ſalutẽ. & de cõdic. ob. cũ indebitũ. in fin. & j. de adul. ſi maritus. §. ſi. Sed arg. cõtra. j. de re iudi. l. iudex.

ADDITIO. Dic ꝙ ibi ſentẽtia tenuit ipſo iure: aliàs eſſet idẽ qđ hîc: vt. l. ſi vt proponis. C. quando quo modo iudex. Barto.

a] No. quòd paria ſunt nõ fieri, aut iniuria fieri: ſecus tamen quantum ad effectũ nunciationis noui operis: quia ſiue iure ſiue iniuria op⁹ fiat, per nunciationem inhibetur. text. in l. j. in pri. j. de no. ope. nun.

n *Si id.* aliàs ſi nõ id. & abũdat negatio. C. de ſer. fugiti. l. j. aliàs deeſt, ſ. nõ: & ſic eſt plana. facit. j. tit. j. l. j. & l. iij. & l. ſi qs vinũ. Accur.

o S *Cilicet. Deguſtationem.* Si autem poſt, ſibi impuret. & facit. ſ. de pe. & commo. rei ven. l. j. § j. & l. ſi quis vina. §. ſi in auerſione. & l. ſi vina quæ in doliis.

p S *Cyphi. Data.* id eſt legata.

q *Integram.* quia non tenuit prima, aliàs ſecus: vt. j. eo. apud Aufidium. in fi. & nota. ſ. l. ij. §. j. & poteſt ad exhibendum agere legatarius: vt. ſ. ad exhib. l. iij. §. item ſi quis optare. Accurſius.

r *Cùm ſciret.* nã tũc videtur de omnibus ſatisfactũ, maximè ſi legatarius cognoſcebat illos abſentes: vt arg. ſ. de act. emp. l. j. §. ſi.

ſ N *Ec ſolùm.* ſcilicet tunc integra manet electio. Accurſius.

t *Cauſa.* quo minus oẽs exhibiti ſint, niſi fraude tertij: qa tũc agit de dolo cõtra eũ; vt. ſ. de dolo. l. ſi quis. quę eſt cõtra. Sol. vt ibi.

M *Ancipiorum.*] CASVS. Legaui Titio optionẽ ſeruorũ meorũ, & deceſſi: & ita poteſt Titius eligere & habere tres: vt. ſ. eo. l. j. heres meus vult vẽdere vel obligare vel manumittere oẽs ſeruos hereditarios: & timet ne vẽditio vel obligatio vel manumiſſio annihiletur. eligente poſtea dicto legatario tres ſeruos ex his quos vult vẽdere vel obligare vel manumittere, certè cõſulitur hîc heredi vt adeat prætorẽ, & petat ab eo vt decernat actionẽ legatorũ legatario nõ cõpetere, niſi intra tẽpus ab ipſo prætore præfinitũ elegiſſet ſeruos legatarius: & prætor bene audiet heredẽ hoc petentẽ. pone ergo ꝙ prætor ſtatuit vnum mẽſem, & trãſiuit menſis antequã legatarius eligeret, nõ tamẽ vẽdidit adhuc heres ſeruos. nũqđ audietur legatarius volens vindicare tres ſeruos? Et dicitur ꝙ ſic: quia non

quia non ſuſtinet heres aliquod damnum propter vindicationem prædictam legatarij: propter quod ſolet prætor decernere vt legatarius eligat intra certum diem, id eſt propter hoc vt heres non ſuſtineat damnum. ſi autem præterito dicto menſe manumiſerit vel obligauerit vel vendiderit heres omnes ſeruos, vel quoſdam ex his: non poterit amo dò legatarius vindicare aliquos ex dictis ſeruis. Item & in alio caſu debet prætor ſtatuere certum tempus legatario optionis: puta ſi legaui Titio electionem ſerui, & Seio legaui reliquos ſeruos meos. & hoc dicit vſque ad primum. §. legis, ſi tibi. Viuian.

† Perperam Haloand. ad debat negationem cõtra omnium exemplariũ fidem. Aug. lib. 4 c. 17.

a *Venditio*. eorum ſcilicet.

b *Quandoque*. id eſt quandocumque.

c *Non competere*. Nota ꝙ ad tempus quis agere cogitur. ſic infra eo. l. ſi optio. §. fina. & ſunt ſimilia infra. l. ſi tibi. & C. de ingenu. manumi. diffamari. regulariter cõtra: vt. C. vt nemo inui. Itẽ ad ſtatuendũ diẽ alicui facto. facit. ꝟ. de iure delibe. l. j. & infra de dam. infec. l. qui bona. §. fi. Accurſius.

* velis? Audietur, quia

d *Quem*. ſcilicet diem.

e *Finierit*. id eſt ſtatuerit. aliàs præfiniit.

f *Libertatẽ*. & certè tuebitur. & facit. ꝟ. ſi quis cau. & ſi poſt tres.

g *Deneganda*. legatario. Accurſius.

h *In integro*. facit. ꝟ. de mino. quod ſi minor. §. Scæuola. &. C. de rep. hered. l. fina. & ſupra de iure delib. l. ſi quis.

i *Idem eſt*. vt actio denegetur: & dic quod idem referatur non ad proximum, ſed ſuperius. Accurſius.

k *Poſt diem*. à prætore vel iudice ſtatutum. & continua ſeq. l.

l *Imò*. *Cùm iam*. aliàs ſic forte non diſpoſiturus, niſi optionis timor eſſet.

VI. POMPONIUS *libro ſexto ad Sabinum*.

Mancipiorum electio legata eſt. Ne venditio [a] quandoque [b] eligente † legatario interpelleretur, decernere debet prætor, niſi intra tempus ab ipſo præfinitum elegiſſet, actionem legatorum ei non competere. [c] Quid ergo, ſi die præterito, ſed antequam venderet heres, vindicare legatarius velit? * quia non eſt damnum ſubiturus heres, propter quod decernere prætor id ſolet. Et quid ſi die præterito quem [d] finierit [e] prætor, heres aliquos ex ſeruis, vel omnes manumiſerit? nónne prætor eorum tuebitur libertatem? [f] Ergo totiens actio deneganda [g] non eſt, ſi omnia in integro [h] ſint. Idem eſt [i] & ſi pignori aliquos ex his ſeruis heres dederit poſt diem, [k] vel vendiderit.

VII. PAULUS *libro decimo Quæſtionum*.

Imò & ſi quoſdam ſeruos diſtraxit, quoſdam retinuit: non eſt audiendus legatarius, ſi velit optare ex retentis ab herede, cùm iam [l] diſpoſuerit familiam heres.

VIII. POMPONIUS *libro ſexto ad Sabinum*.

Si tibi electio ſerui, & mihi reliqui legati ſunt: decernendum eſt à prætore, niſi intra certum tempus optaueris, petitionem tibi non datu iri. [m] Si ex quatuor viriolis [n] † duæ, quas elegiſſem, mihi legatæ ſint: ſiue duæ ſolæ relictæ ſint, [o] ſiue ab initio [p] duæ ſolæ [q] fuerint, valet legatum. [r] Vnius hominis mihi & tibi optio data eſt. [ſ] cùm ego optaſſem, [t] ſi non mutaſſem [u] voluntatem, deinde tu eũdem optaueris: vtriuſq; noſtrum ſeruum futurum. Quòd ſi antè deceſſiſſem, [x] vel furioſus factus eſſem, nõ futurum communem: quia non videor [y] conſentire, qui ſentire non poſſim. [z] Humanius autẽ erit, vt & in hoc caſu, quaſi ſemel electione facta, fiat communis. Si rerum [a] depoſitarum electio mihi relicta ſit: & ad exhibendum [b] cum eo apud quem depoſitæ ſint, agere [c] potero: & cum herede agere, vt is depoſiti agendo, facultatem mihi eligendi præſtet.

IX. IULIANUS *libro trigenſimoſecundo Digeſtorum*.

Cvm ita legatur, [d] *Titio Stichum do lego, ſi Pamphilum non elegerit*: ſimile eſt atque ſi ita legatum fuiſſet, *Titio Stichum aut*

Si tibi.] CASVS. in princ. continuatus eſt. ꝟ. proxim. caſui. [SI EX.] Titius habens quatuor viriolas legauit mihi duas quas ex eis elegiſſem: & poſtea alienauit duas ex eis, & deceſſit. nũquid potero vindicare duas quas reliquit in hereditate poſt mortem ſuã? Et dicitur quòd ſic. & idem eſſet ſi tempore quo legauit mihi prædicto modo, non habebat niſi duas viriolas. [VNIUS HOMINIS.] Titius legauit mihi optionem vnius de ſeruis ſuis quem volam: & poſtea eodem modo legauit Seio, & deceſſit: & poſtea ego elegi Stichum, & poſtea Seius optauit eundem. certè erit Stichus communis mihi & Seio: niſi ego poſt electionẽ meam mutaſſem voluntatem. Sed quid ſi poſt meam electionem & antè dictam electionem Seij deceſſi, vel factus ſum furioſus? certè de iure ſtricto non erit dictus Stichus mihi & Seio communis: quia non videor conſentire, qui ſentire non poſſum. de æquitate autem ſic: quia ſemel fuit à me facta electio. [SI RERUM DEPOSITARUM.] Titius depoſuit apud Seium ſex ſcyphos argenteos: & poſtea legauit dictus Titius mihi electionem dictorum ſcyphorum: & ita poſſum eligere tres: vt ſupra. l. j. certè contra Seiam depoſitarum poſſum agere ad exhibendum, & cum heres Titij poſſum agere ex teſtamento vt heres agat depoſiti contra Seium, & ab eo conſequatur ſcyphos, & poſtea mihi facultatem eligendi præſtet.

m *Non datu iri*. ſcilicet quia de cætero mei fient omnes ſi optare ceſſaueris: vt. ꝟ. eo. l. cùm optio.

n *Si ex quatuor viriolis*. Dicunt quidam quòd ſunt vaſa: ſed certè imò ornamenta muliebria: vt. ꝟ. de auro & argen. lega. l. argumẽto. §. ornamenta. Accurſius.

o *Relictæ*. tempore mortis teſtatoris: vt argu. ꝟ. de tabu. exhi. l. j. §. fina. Accurſius.

p *Ab initio*. tempore teſtamenti.

q *Duæ ſolæ*. idem ſi dixit, duo paria: vt ſupra de leg. iij. l. qui concubinam. §. qui quatuor.

r *Legatum*. ſcilicet quaſi purum.

ſ *Data eſt*. id eſt relicta: vt ſimul optemus.

t *Optaſſem*. ſcilicet non iure. Accurſius.

u *Non mutaſſem*. quam mutare poſſem iure forte minoris ætatis: vt ſupra de mino. l. & ſi ſine. in princ. aut patriæ poteſtatis: vt. ꝟ. de lega. j. l. Iulianus. aut quia non fuiſſet mihi tota familia exhibita: vt. ꝟ. eod. l. ſcyphi. aut antè aditam hereditatem: vt infra eod. l. optione. cæterum ſemel iure facta optio mutari non poſſet: vt. ꝟ. de leg. j. l. v. in princi. & infra eo. apud. in fi. & dixi ſupra eod. l. ij. §. j. & l. ſcyphi. Accurſius.

† Viriola ſeu viria, ornamentum eſt colli ex gemmis viridibus, vt putat Bayfius. viriolarũ fit mẽtio in lege ſi. §. mulier. ꝟ. de auro & argen. leg.

x *Antè deceſſiſſem*. quàm mutarẽ optionẽ minus rectè factam.

y *Non videor*. aliàs videtur.

z *Non poſſim*. vt argu. ꝟ. loca. l. qui ad certum. & de codicil. l. ij. §. penul. arg. contra. ꝟ. ſol. matri. l. ij. §. fina. Item ad. l. iſtã eſt ſupra de lega. j. l. ſi domino. Item &. ꝟ. cõmunia præ. l. fina.

a *Si rerum*. puta pluriũ ſcyphorum.

b *Ad exhibendum*. quia mea intereſt iuſta de cauſa: vt. ꝟ. ad exhi. l. iij. §. item ſi optare.

c *Agere*. ſcilicet actione ex teſtamento. & ſic ago vt agas. ſic & ſupra loca. cùm in plures §. meſſem. vel dic, ad exhibendum: quia agendo depoſiti poteſt exhibere. ſic & ꝟ. man. l. ſi mandauero tibi vt à Titio. & facit infra tit. j. l. ij. §. j. Accurſius.

Cvm ita.] CASVS. Hæc. l. dicit eſſe idem in his duobus legatis: quorum vnum eſt tale: Titio Stichum do lego, ſi Pamphilũ non elegerit: & eidem Titio lego Pamphilum, ſi dictum Stichum non elegerit. Secundum legatum eſt tale: Titio do lego Stichum aut Pamphilum, vtrum eorum volet. quibus duobus caſibus habet electionem dictus Titius. [QVÆSITVM EST.] Titius inſtituit ſibi heredem Seium, & Sticho ſeruo ſuo libertatem dedit ſiue ſtatuit ſub conditione ſi nauis ex Aſia venerit vſque ad annũ: & mihi reliquit optionem ſerui, ſiue ſeruum mihi generaliter reliquit, quod idem eſt: & poſtea deceſſit dictus Titius. quæritur, nũquid dictum Stichum optare poſſim? Et dicitur quòd non: ſicut nec poſſem optare ſeruum cui teſtator libertatem purè reliquiſſet. Quid ergo ſi dictum Stichum elegero? certè non valet electio, & iterum eligere potero. Item quid ſi antequam eligerem, defecit dicta conditio? nunquid optare potero dictum Stichum? Et dicitur quòd ſic, ſi dicta conditio defecit viuo dicto teſtatore, vel mortuo eo antè aditam hereditatem eius: & hoc ſecundum Mucium, cui placuit perimi legatum Stichi ipſa libertate contingente Sticho per exiſtentiam conditionis libertati appoſitæ, non autem dationе teſtatoris qui dedit Sticho libertatem ſub cõditione. ſicut enim pura libertas accipit vires tempore aditæ hereditatis, ita & data ſub conditione. Vnde ſi defecit conditio libertatis antè aditam hereditatem ſiue viuo teſtatore, ſiue mortuo, deficit libertas, & valet legatum Stichi, vt dictum eſt: & ideò non eſt mirum ſi poſſum eũ optare. Viuianus.

d *Cùm ita legatur*. quo caſu habeo electionem per legem, vt ſupra eodem. l. ij.

a *Præſentem.* id eſt puram. nam ſpeciale derogat generali: vt.ſ.de lega.iij.l.vxorem.§.feliciſſimo. & ſic eſt contra.ſ.de lega.j. ſi domino. vbi nõ derogat ſpecies legati generali legato optionis. Sol. ibi non fuit libertas relicta Sticho purè vel ſub conditione, ſed fuit alteri legatus: ad quod eſt.j. eod. ſi heres. & quare hîc aliud quàm ibi? eſt ratio propter id quod dicitur quòd præualet legatũ libertatis: vt.ſ.de lega.ij.ſi idem.& C.de ſer. neceſ. here.inſtitu.l.quidam. & ſupra de ma.teſta.l.ſi peculiũ. §.j. Vel ſol. vt ibi.

Species quã doque generi derogat.

b *Optabo.* ſi voluero.ad hoc eſt.ſ.eo.l.j.in ſi.j.reſpon. & quod ibi not.

c *In eodem caſu.* ſcilicet quando vni ſeruorum optio,& Sticho libertas ſub conditione.

d *Optare.* aliàs optarẽ, ſcilicet ego legatarius. aliàs optaret, ſcilicet legatarius ſimiliter.

e *Poſſim.* aliàs poſſum: & aliàs poſſit. Accur.

f *Mucianæ.* Mucius enĩ fuit in ſententia quæ ſequitur.

g *Ipſa libertate.* ſcilicet contingente.

h *Perimi.* ſcilicet optionis quoad eum ſeruum cui contingit libertas.

i *Non datione.* ſcilicet ſola.& aliàs eſt datione: & alias ratione.

k *Ante aditam hereditatem.* & ſic antequã poſſit optari iure: vt infra eo.l.optione.

l *Erit vtile.* etiam Stichi ratione: vt ſic optari poſſit.

m *Pura libertas.* vt.C.de cad. tol.l. vnica.§.in nouiſſimo. &.j.de leg.præ. l.virilis.§. ſi adierit. &.j. quan.dies leg. ce.l. nam cùm libertas.

n *Statuta.* id eſt data ſub cõditione,ſi tunc ſcilicet cõditio extiterit antè aditam hereditatem: aliàs demũ exiſtẽte cõditione cedet dies eius: vt.C.de cadu.tol.§.fin autẽ ſub cõditione.

o *Poſſum.* quoniam purè ſeruus eſt R. ſcilicet cum defecerit conditio datæ libertatis antè aditam hereditatẽ: & eſt bene ad legem iſtam.ſ.de leg.j.l.ſi fundus.§. pe.&.ſ.de manumiſ.teſta.l.iiij.

*Pamphilum, vtrum eorum volet, do lego.*

Cui eſt legata optio, nõ poteſt eligere ſeruum purè vel ſub conditione manumiſſum, niſi conditio defecerit. Bartolus.

Quæſitum eſt, ſi Stichus ſub conditione liber eſſe iuſſus ſit,& mihi optio ſerui data eſſet, vel ſeruus generaliter legatus eſſet, quid iuris eſſet. Dixi cõmodius conſtitui, eum qui ſub conditione libertatẽ Sticho det,& optionem ſeruorum: non cogitare de Sticho: ſicuti conſtat non cogitare eum de eo cui præſentem [a] libertatem dederit. Secundùm quod ſi Stichum optauero vel elegero, nihil agam, & ex cæteris nihilò minus optabo. [b] In eodẽ caſu [c] quæſitum eſt, ſi optione ſeruorum data, antequam optarem, conditio ſtatutæ libertatis defeciſſet: an Stichum optare [d] poſſim. [e] Puto Mucianæ [f] ſententiæ adſentiendum, qua placet ipſa libertate [g] legatum perimi, [h] non datione [i] ſtatutę libertatis. quare ſiue viuo teſtatore, ſiue poſt mortem eius & antè aditam hereditatem [k] conditio ſtatutæ libertatis defecerit, legatum erit vtile. [l] Nam ſicut pura libertas, [m] ita ſtatuta [n] libertas aditæ hereditatis tempore vires accipit: ideoq; Stichum optare poſſum. [o]

Ius electionis relictum ſeruo competit eius domino poſt manumiſſionem ſi vult: ſi nollet, tunc ipſi ſeruo manumiſſo licet petere. Bartolus.

x. IDEM *libro trigeſimoquarto Digeſtorum.*

B SI Pamphilo ſeruo Lucij Titij ſeruus generaliter [p] legatus ſit, deinde dominus Pãphili poſtquam dies legati ceſſerit, [q] eum manumiſiſſet: ſi quidem Titius [r] ſeruum vindicauerit, [f] extinguitur Pamphili legatum: quia non eſſet in hereditate qui poſſit optari. [t] ſi verò Titius legatum à ſe repudiaſſet, [u] Pamphilum optare poſſe legatum conſtat. licèt enim manumiſſione Pãphili duæ perſonæ [x] conſtituerentur, Titij, & Pamphili: vnius tamen rei legatum inter eas vertitur: & Titio C vindicãte, optio exſtinguitur: repudiãte, Pãphilus optare poteſt.

De legato facto ſeruo alij legato, ad legatarium optionis nil pertinet. Bartolus.

xi. IDEM *libro trigenſimoſexto Digeſtorum.*

SI Eros Seio legatus ſit, & Eroti fundus: deinde optio ſerui Mæuio data fuerit, iſque Erotem optauerit: [y] fundus ad ſolum Seium [z] pertinebit: quoniam aditæ hereditatis [a] tem- D pore is ſolus erat ad quem poſſet legatum [b] pertinere. [c] Nam

A tur: vt inſti.de inuti.ſtip.§.ei qui. Et no. hîc legatum optionis vel in genere eſſe cõditionale quoad optionẽ, ſed purũ quoad ſeruũ: vt.j. qui & à qui.l.ij.ſi enĩ eſſet omninò purũ, ſemper domino quæreret ſi fiat manumiſſio poſtquàm ceſſit dies legati: & ecõtra Pãphilo, ſi antè eſſet manumiſſus. ſed certè etiam quoad hoc nõ videtur conditionale: quia ſi eſſet cõditionale, vel domino tantùm, vel Pãphilo tãtum deberetur: vt.j. de reg.iur.quę legata.& j.quãdo di. le.ce.ſi poſt §. fina. Sed dicas illud quãdo res certa ſub cõditiõe legatur, hîc incertas: & ideò ambulat electio, vt hîc dicit. Item olim nõ trãſmittebatur ſi decedebat antequam optaret: hodie per Iuſtinianũ ſecus: vt inſtit.eo. §.optionis, &.C.cõmunia de leg.l.fi.§. fi. & facit.j.de ſolu.l. ſi ſtipulatus, &.ſ.de leg.j.l.fili⁹.§. fideicõmiſſum.&.l.quę ſitum. §. duobus.

SI *Eros.* CASVS. Titius fecit teſtamentum, & inſtituit ſibi heredem Gaium, & ſeruũ ſuũ Erotẽ legauit Seio: & eidẽ Eroti legauit fũdum Titianum,& poſtea Mæuio legauit optionem vni⁹ de ſeruis ſuis, & deceſſit poſtea dictus Titius teſtator. & poſtea dictus Mæuius optauit dictũ Erotem: & ſic debet habere in Erote dimidiã Męuius, & aliam dimidiam dictus Seius: vt.ſ. de leg.j.ſi dominus. modò quæritur, an idem debeat eſſe in fundo prędicto Titiano legato Eroti? Et dicitur ꝙ nõ: imò ſolus Seius debet habere dictũ fundũ, & ratio eſt, quia tẽpore aditæ hereditatis Titij teſtatoris, à quo tẽpore cedit dies optionis legatæ Mæuio, vt.j.eo.optione. ſolus Seius prædictus eſt ille ad quẽ poteſt pertinere legatũ dicti fundi. legatum enim de Erote Seio datũ ceſſit à morte teſtatoris: vt.C.de cad.tol.§. in nouiſſimo. & ſic acquiſitus fuit dictus fundus dicto Seio, quãuis poſtea auferatur ei per Mæuiũ medius Eros, vt dictũ eſt. nã & ſi dictus Titius habuiſſet dictũ Erotẽ cõmunem cũ Martino, & legaſſet eidẽ Eroti dictũ fundũ, totus fundus ptineret ad Martinũ: & hoc ideò quia cedẽte die dicti legati fundi, qd eſt ab adita hereditate dicti Titij iã mortui, ſupereſt ſolus Martinus qui per dictum ſeruum Erotẽ poteſt acquirere legatum fundi. & hoc dicit. Viuia.

SI *Pamphilo.* CASVS. Gaius faciens teſtamentum legauit vnum ſeruum generaliter Pamphilo ſeruo Lucij Titij, & deceſſit: & ita ceſſit dies legati dicto Pamphilo relicti: & ſic fuit quæſita actio legati Lucio Titio domino Pamphili: & poſtea dictus Lucius Titius dominus Pamphili manumiſit eum Pãphilum. modò quæritur, an Pamphilus manumiſſus poſſit optare vnum de ſeruis Gaij? Et dicitur quòd ſic, ſi Lucius Titius dominus eius repudiaſſet legatum: aliàs non. & redditur plana ratio in litera. Viuianus.

p *Generaliter.* ſicq; habet electionem: vt.ſ.eo.l.j.

q *Ceſſit.* quod eſt à morte teſtatoris cùm erat purum: vt.C. de cadu.tol.l. vnica.§. in nouiſſimo.

r *Titius.* ſcilicet dominus, quem.ſ. vocauit Lucium Titium.

f *Vindicauerit.* quod poteſt, quia quæſitas actiones per ſeruum nõ perdit per manumiſſionẽ: vt.j.de act.& obli.l. quæcũque. &.j. de iure iur. ſi ſeruum cuius nomine. in hereditate ſecus: quia ante aditã hereditatem nulla eſt actio: & ideò ibi inſpicitur tempus aditionis: vt inſtit.de here.inſti.§.alienus. ſed hîc dies ceſſionis. Accurſius.

t *Poſſit optari.* ſ. de iure. vno enim petito cõſumitur electionis facultas: vt.j.eo.l. apud, &.ſ.de procur.l. ſi is qui Stichum. Accur.

u *Repudiaſſet.* ſcilicet expreſſe. Alij dicunt manumittendo eo animo vt legatum eum ſequatur: vt.ſ.de leg.j. le. ſeruo legato.§. j. & inſtit.de here.inſti.§.ſeruus.

x *Duæ perſonæ.* id eſt duo legatarij, cũ antea vna perſona fingeba-

y *Optauerit.* quod facere potuit: quia teſtator hoc permiſit. nec ob.ſ.eo.l.cùm ita.§.j.quia ibi [a] propter libertatis fauorẽ: & ſic iſte E Eros erit cõmunis Seij & Mæuij. Alij dicunt quòd optauit de facto: ſed de iure nõ potuit, quaſi tacitè ex mente teſtatoris ex generali optione ſit exceptus Eros: vt arg.ſ.eo.l. cũ ita.§.j. &.j. tit.j.l.ij. in princ.&.j.de aur.& arg.le.l.j.in princ.&.ſ.de lega.iij.l. vxorem. §. feliciſſimo. &.l. ſeruis vrbanis §.fi. &.l. quæſitum.§.j. & ſic Eros erit ſolius Seij, non communis. ſed certè ſimile quod inducit de ſeruo communi, magis ſuadet quod primò dixi, & quod dicitur ſupra de leg.j.l.ſi domino. ſecundum H.

a] Iſtud eſt verũ ſecundũ Bar. hic.

z *Solum ſeium.* ſed Eros eſt communis Seio & Mæuio.

a *Aditæ hereditatis.* hoc enim tempore cedit dies legati relicti ſeruo legato: vt.C.de cadu.tol.l. vnica.§.in nouiſſimo.

b *Legatum.* ſcilicet fundi.

c *Pertinere.* id eſt acquirere per Erotem ſeruum. nam Mæuio ſub conditione videtur legatus ſeruus, ſi optauerit: vnde cùm antè aditam hereditatem optare non potuit, vt.j. eod. optione. apparet Seium ſolum dominum.

Seruo com-

& cum ſeruo communi [a] alter ex ſociis legat: idcirco ad ſolũ ſociũ totum legatum pertinet, quoniã die legati cedente [b] ſolus eſt, qui per eum ſeruũ poſſit adquirere.

XII. IDEM *libro primo ex Minicio.*

SEruo generaliter legato, verius eſt oẽs heredes, † ſi eis [c] electio data eſt, eundem [d] dare debere: ſi non conſentiant heredes, ex teſtamento eos teneri. [e]

Legatum factum ſeruo proprio ſine libertate, licèt ſit inutile, poteſt tamen conualeſcere, & hoc herede volũtario inſtituto. ſecus in neceſſario: quia legatum ei factum eſt inutile propter regulam Catonianam. Bartolus.

XIII. PAVLVS *libro octauo ad Plautium.*

SI optio ſerui data mihi fuerit, C & Sticho aliquid teſtator ſine libertate [f] legaſſet, tunc ſequens legatum [g] conſiſtit, cum tota familia ad vnum, id eſt Stichũ reciderit, [h] vt quaſi purè legato [i] vtiliter ſit legatum: nec aduerſatur Catoniana [k] ſi volũtarius [l] heres inſtitutꝰ ſit: quia poteſt antè aditam [m] hereditatem, etiam ſi ſtatim deceſſerit, [n] familia minui. Quòd ſi neceſſarius [o] heres inſtitutus ſit, ſequens legatum [p] propter Catonianam inutile eſt. †

Vendita hereditate prætor poteſt cogere legatarium vt optet petente emptore hereditatis: ſicut ſi heres peteret vt optaret.

Pomponius ſcribit, emptore hereditatis [q] poſtulante vt is cui ſer- B ui optio legata ſit, optet: videndũ eſſe an prætor, vt id faciat, cogere debeat legatarium: quemadmodum ſi heres inſtitutus id poſtularet, quia poteſt per heredem id emptor † [r] conſequi. Et quare non poſſit, [ſ] non video.

XIIII. IAVOLENVS *libro ſecundo ex Caſſio.*

SI cum optio ſerui ex vniuerſa familia legata eſſet, heres aliquem prius quàm optaretur manumiſit, ad libertatem eum interim non perducit. [t] ſeruum tamen quem ita manumiſerit, amittit: quia is aut electus legato cedit, aut relictus tunc liber oſtẽditur.

XV. IDEM *libro ſecundo Epiſtularum.*

SEruo [u] ſine libertate [x] legaui: [y] deinde optionem ſeruorum Mæuio dedi. is [z] eundem ſeruum optauit. [a] Quæro, an id

---

a *seruo communi.* iam nunc, & non ſola deſtinatione. & argumentatur à minori.

b *Cedente.* quod eſt tempore mortis: vt. C. de cadu. tol. l. vnica. §. in nouiſſimo. Sed huic reſpon. eſt contra infra de acquir. rerum domi. per ſeruum. §. j. & infra de ſtipula. ſeruo. proinde. §. j. Sed ſol. vt not. ſupra pro ſocio. l. verùm. §. ſi ſeruo. quæ conſonat huic· & infra ad legem Falcid. l. Plautius. & facit infra eodẽ. l. ſi optio. & l. ſeruo.

SEruo.] CASVS. Titio legaui ſeruũ generaliter, & dedi heredibus meis electionem quem darẽt ei ſeruum, & deceſſi. certè heredes mei debent conſentire in vno ſeruo dando dicto Titio: & non poterit vnus heredum dare Titio medietatẽ vnius ſerui, & alius medietatem alterius ſerui: & ad conſentiẽdum poſſunt cõſtringi actione ex teſtamento. Viuianus.

† Not. tamẽ quòd nõ coguntur declarare ſeruum legatũ, quamuis eſſent certi, niſi anno finito: nec etiã perſonã cui debetur exprimere. Bald. in. l. 2. §. ſed & ſi quis. C. cõmunia de lega.

c *si eis.* heredibus: & dic data, ſcilicet nominatim à teſtatore: aliàs legatarij eſt electio: vt. s̃. eo. l. ij. ij. reſpon.

d *Eundem.* facit infra de verbo. oblig. l. ij. circa princip. & l. in execu tionibus. §. pro parte. & de ſolu. l. ſi ſtipulatus. §. j. & l. qui hominem. §. j. & ſupra de cõdic. ind. ſi non ſortem. §. fina. & ſupra de lega. j. l. ſi ex toto. §. fina. & de leg. ij. l. ſi quis duobꝰ. Accurſius.

e *Teneri.* cogentur ergo cõſentire iudice imminente: vt ſupra de lega. j. l. huiuſmodi. §. fin. vel ſorte: vt. C. communia de lega. l. fina. in princip.

SI optio.] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredem Seium extraneũ, D & mihi optionem ſerui legauit: & Sticho ſeruo ſuo legauit fundum ſine mentione libertatis: & ſic non valet legatum Sticho datum: vt. C. de legatis. l. ſeruis. nunquid poterit aliquo caſu conualeſcere dictum legatum non obſtante regula Catoniana quæ dicit, quòd legatũ inutile non poteſt poſtea conualeſcere: vt. j̃. de regula Ca. l. j. in princ? Et reſpon. quòd ſic: puta ſi omnes ſerui hereditarij præter dictum Stichum deceſſerunt antè aditam hereditatem à dicto herede voluntario. eo enim caſu videtur purè mihi legatus dictus Stichus ſine aliqua optione: & ideò reconualeſcit legatum eidem Sticho datum. nam ſeruo alicui ſpecialiter legato bene poteſt legare teſtator qui eum legauit, etiam non habita mentione libertatis: vt. s̃. de leg. j. ſeruo legato. & eſt ratio in dicto volũtario herede, quia hereditatis aditionem differre poteſt poſt mortem teſtatoris, & per conſequens differtur optio: quia antè aditam heredi. fieri non poteſt: vt. j̃. eo. l. optione. & ſic antè aditam heredi. familia E ſeruorum poteſt minui, etiam ſi ſtatim tempore teſtamenti deceſſerit teſtator. ſi autem retẽto eodem caſu Titius inſtituiſſet ſibi neceſſarium heredem, qui quidem nõ poteſt differre aditionem, imò ſtatim mortuo teſtatore eſt heres: ſequens legatũ fundi Sticho datum eſt inutile propter prędictam regulã Catonianam. [POMPONIVS.] Legaui Titio optionem ſerui, & deceſſi. poſtea heres meus vendidit Seio hereditatem meã. nunquid Seius poterit cogere Titium ad eligendum, ſicut poſſet heres eo modo qui dictus eſt. s̃. eo. l. mancipiorum? Et videtur quòd non: quia dictus Seius poteſt hoc conſequi per heredem: dicitur tamen hîc quòd ſic. Viuianus.

f *sine libertate.* contra. C. de lega. l. ſeruus. Solu. hîc ſeruus apparet alij legatus, quod ibi non fuit.

g *sequens legatum.* ſeruo relictum. R.

h *Reciderit.* antè aditã hereditatem, id eſt, antequam optare poſſit. R. vt. j̃. eo. l. optione. & dic reciderit, ſcilicet aliis mortuis.

i *Purè legato.* ſcilicet Sticho.

A k *Catoniana.* de qua tractatur infra de regu. Catonia. l. j. nam legatũ ſeruo legato relictum nõ cedit niſi ab adita hereditate: vt hîc patet apertè. & C. de cadu. tollẽ. §. in nouiſſimo. nam ſi ſtatim poſt mortem cederet, ergo quolibet inſtituto eſſet nullum: quia inutiliter cederet, cùm ſit poſſibile alium de familia optari: & Catonis regula ad talia legata non pertinet. vt infra de regula Catonia. l. Catoniana. & s̃. de lega. j. l. cætera. §. ij. Accurſius.

l *si voluntarius.* id eſt ſi hoc eſt quòd voluntarius eſt, qui hereditatis aditionem differre poteſt: & ſic differtur optio. R.

m *Ante aditam.* poſt factum teſtamẽtum. Acc.

n *Deceſſerit.* ſcilicet teſtator.

o *Quòd ſi neceſſarius.* q hereditatis aditionem differre non poteſt, & ſic per eum optio nequiuit ſuſpẽdi. ei enim mortis tempore ipſo iure fingitur quæſita hereditas: & ſi nihil inter mortis tempus & hereditatis aditionem euenire fierive poſſit, nullũ equidem ibi mediũ inueniri poteſt. Accurſ.

† Si rectè in veter. perperam in arch. Flor. erat tẽpus, inquit Taurell. in adnotat.

p *sequens legatum.* Sticho relictum. & facit. j̃. de leg. j. l. ſeruo legato. §. j. & l. ſi à pluribus. §. j. & l. quæſitum. §. pręſenti. & l. ſi poſt mortem. in princip. & ſupra eo. l. ſi Eros. & infra de cõdit. & demon. l. Iulianꝰ. & infra eo. l. ſeruo.

q *Hereditatis.* quoniam emptoris non minus heredis, ſi non vendidiſſet, intereſt optionem non ſemper impedire diſpoſitionem ſeruorum: vt. s̃. eo. l. imò.

r *Id emptor.* aliàs, id tempus. & aliàs id emptor, ſcilicet agendo ex empto, vt cogat venditor legatarium optare: quia in bonæ fidei iudiciis omnia veniunt quæ æquum eſt venire etiam ſi non ſint dicta: vt inſtit. de oblig. quæ ex conſenſu. in fi.

ſ *Non poßit.* ſcilicet eum ſuo iure vt optet cogere. Accurſius.

SI cùm optio.] CASVS. Legaui Titio optionem ſerui, & deceſſi. poſtea heres meus manumiſit Stichum antequam Titius optaret aliquem. certè interim non erit liber Stichus. heres tamen eum amittit: quia ſi Titius eligat eum, cedet legato. ſi autem eligat aliũ. liber oſtenditur. Viuianus.

t *Non perducit.* ſic infra qui & à quibus. l. ij. niſi de certo dato tempore & finito: vt. s̃. eod. l. mancipiorum. & facit. j̃. de ma. vin. l. iij. & j̃. tit. ij. l. fundum. §. minor. & j̃. de pecu. leg. l. cùm dominus. §. fin. & s̃. de le. j. l. ſeruo. §. j. & s̃. eod. l. ſi optio. in princ. & C. de ſer. pig. da. ma. l. ſi creditoribus. & s̃. de mili. teſta. l. ſi miles. Accurſius.

SEruo ſine.] CASVS. Sticho ſeruo meo legaui fundum ſine mẽtione libertatis, & poſtea optionem ſeruorum legaui Mæuio, & deceſſi. poſtea heres meus adiuit hereditatem: & poſtea dictus Męuius optauit dictum Stichum. certè bene potuit eum optare, & eum habebit. Sed nunquid habebit fundum quem legauit eidem Sticho? Et dicitur quòd non. tempore enim aditæ hereditatis erant plures ſerui in hereditate: vt. s̃. apparet, & ita non eſt contra ſupra eo. l. ſi optio. imò concordat. & bene dixi quòd optio fuit ſecuta aditionem hereditatis. nam antè aditionem non valet optio. & hoc dicit cum. l. ſeq. Viuianus.

u *seruo.* ſcilicet meo.

x *Sine libertate.* & ſic inutiliter: vt. C. de leg. l. ſeruus.

y *Legaui.* fundum quendam.

z *Is.* ſcilicet Mæuius.

a *seruum optauit.* ſcilicet cum plures eſſent ſerui, ſecundum R. aliàs

ff. Infort. OO ij

ſecus:vt.ſ.eo.l. ſi optio. ADDITIO. Dic quòd hîc remanſerunt plures in hereditate:ibi vnus tantum,ſecundum Bartolum.
a *Ei.* ſcilicet ſeruo,ſcilicet cui fundus debetur optantis. Accur.
b *Serui nomine.* qui heredis erat aditæ hereditatis tempore. Accur.
c *Ad dominum.* hunc nouum,& poſt aditam hereditatem factum dominum: ſed ad heredem:quoniam huic ſeruo relictũ ab extraneo quærere poſſet. R. vt.ſ. de le. j. l. ſi poſt mortẽ. in princ.& facit ad. l. ſ. de leg.j.l.quæſitum. §.j. &.ſ.eo.l.ſi Eros.Sed argu.contra.ſ.de leg.j. ſi à pluribus.§.fina.
d *Optione. Hereditatẽ.* vnde hoc legatum olim non cedebat à die mortis quo ad trãſmiſſionem, vtpote cõditionale. hodie ſecus: vt inſtit.eo. §. optionis. R.& facit.ſ. de leg. j. l. Iuliano. ADDITIO. Vel dic ſecundum. Bar. ꝙ ibi loquebatur de iure antiquo antè tempora Digeſtorum.

*Cum optio.*] CASVS. Sei' legauit Titio optionem duorum ſeruorum:&reliquos ſuos ſeruos legauit Mæuio, & deceſſit. poſtea Titi' refutauit optionẽ.certè omnes ſerui debẽt pertinere ad Mæuiũ. Viu.
e *Primo.* ſcilicet Titio: & dic ceſſante,id eſt repudiante, vel tempore à prætore ſtatuto excluſo:vt.ſ.eo. l. mancipiorum. & facit. C. de here.inſtit. l. ij. & infra de verb. ſign. l. cæterorum. Accurſius.

*Homine legato.*] CASVS. Si legatarius cui legatus eſt ſeruus in genere,quique habet electionem,repudiet Pamphilum:nihil valet repudiatio:& ideò poterit etiam eum eligere. Viuian.
f *Homine legato.* ſcilicet in genere.
g *Pamphilo.* ſcilicet in ſpecie.
h *Eligi poſſe.* imò aliud agitur,& ideo non poteſt eligi:vt ſupra de pact.l.ſi vnus.§.ſi generaliter. Sol.hîc heres habebat electionẽ per expreſſam teſtatoris voluntatem:vt ſupra eodem.l.ſeruo. ibi verò creditor ex pacto expreſſo:& ſecundum hoc eligit eundem heres non obſtante repudiatione legatarij. Alij,vt.R. quòd hîc non erat tranſlata electio in legatarium ab herede,cuius heredis dicebat ab initio fore electionem:& ideò heredem eligere eandem. ſed hoc non placet, quia legatarius habet electionem:vt ſupra eodem.l.ij. ij. Reſpon. Tertij dicunt vtrobique creditorem habere electionẽ, ſed ibi ex pacto:& ideò per pactum determinatur remiſſio. ſed hîc per legem habet legatarius electionem,& ideò per.l.determinatur remiſſio,vt nil valeat. Vel quartò ibi pactum:hîc repudiatio: vnde hoc non valet de futuris:vt ſupra de leg.j.l.ſi ita ſcriptum. §. ij.ſed pactum ſic,vt ſupra de pactis.l. & heredi. §. filia. & eſt ratio, quia pactum duorum conſenſu,repudiatio vnius valatur arbitrio: vt not.ſupra de pac.l.j.verè autem hoc legatum generis de futuro pendet:quia eſt ſimile legato optionis:vt ſupra eodem. l. ij.§.ij. ſed illud eſt conditionale,ſi eligat:vt infra qui & à quibus.l.ſi optio.& ſupra eodem.l.ſi optio.& ſupra eod.l.ſi Pamphilo. in fin. ergo & iſtu l.plana eſt ergo gloſſa eundem eligi poſſe:ſcilicet vt pro quocunque eligendi facultas videatur conceſſa expreſſim aut tacitè. Item contra infra de adimen.lega.l.qui hominem.&.l.ſequen.Sol. ibi ademptio per teſtatorem,quæ valuit:hîc repudiauit legatarius cùm non petiit.& facit infra de regulis iuris. l. qui poteſt. §. quod quis. Accurſius.

*Illud.*] CASVS. Pone quòd ego legaui Titio Stichum aut Pamphilum vtrum ipſe elegerit, & poſtea deceſſi: & ita ceſſit dies legatorum: & poſtea deceſſit Titius antequam eligeret. nunquid tranſmittit ad heredes ſuos dictam electionem? Et dicitur quòd ſic. Viuianus.
A i *Decedente.* poſt mortem teſtatoris. Accurſius.
k *Eo.* ſcilicet legatario.
l *Ad heredem.* ſcilicet legatarij.
m *Placuit.* hodie.forſan à compoſitoribus eſt hoc additum. nam olim ſecus:vt inſtit. eo. §.optionis.vel illud quãdo ex omni familia legatur optio: hîc ex certis duobus. Accur.

quoque quod legatum eſt, ei [a] deberetur. Reſpondit, Non puto legatum huius ſerui nomine [b] ad dominum [c] pertinere.

XVI. TERENTIVS *Clemens libro quintodecimo ad legem Iuliam & Papiam.*

Optione legata placet non poſſe antè aditam hereditatem [d] optari, & nihil agi ſi optaretur.

XVII. IDEM *libro ſeptimodecimo ad legem Iuliam & Papiam.*

Cum optio duorum ſeruorum Titio data ſit, reliquit Mæuio legati ſint:ceſſante primo [e] in electione, reliquorum appellatione omnes ad Mæuiũ pertinent.

XVIII. SCÆVOLA *libro tertiodecimo Quæſtionum.*

Homine legato, [f] Neratius ait nihil agi repudiato Pamphilo:[g] itaq; eũ ipſũ eligi poſſe.[h]

Facultas eligendi quæ competit alicui iure ſuo, tranſmittitur ad heredes. Bartolus.

XIX. PAVLVS *libro tertio Sententiarum.*

Illud aut illud, vtrum elegerit legatarius. nullo à legatario electo, decedente [i] eo [k] poſt diem legati cedentem, ad heredem [l] tranſmitti placuit.[m]

Quando electio trahit ſecum executionem, nõ admittitur variatio. Bartolus.

XX. LABEO *libro ſecundo Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum.*

Apud Aufidium libro primo reſcriptum * eſt, cum ita legatum eſt, *Veſtimenta* [n] *quæ volet* B *triclinaria* [o] *ſumito, ſibique habeto:* ſi is dixiſſet [p] quæ vellet: deinde antequã ea ſumeret, alia ſe velle dixiſſet: mutare volũtatem eum non poſſe, [q] vt alia ſumeret:quia omne ius legati prima teſtatione qua ſumere ſe dixiſſet, conſumpſit: [r] quoniã res cõtinuo eius fit, ſimul ac ſi dixerit eam ſumere.

* lib. I. regularum ſcriptum eſt.

Fructus pendente conditione ex re legata perceptis legatario non debentur, nec nudo miniſtro. Bartolus.

C XXI. SCÆVOLA *libro vicenſimoſecundo Digeſtorum.*

Filiũ & vxorẽ heredes ſcripſit: filiã exheredauit, & ei legatũ dedit cũ in familia nuberet, cẽtũ, [& cùm in familia nupſerit,] his verbis: *Inſuper* [s] *arbitratu Sẽproniæ matris eius mancipia decem, quæ confeſtim* [t] *poſt aditam hereditatẽ meam à Sempronia vxore mea eligi volo:* [u]

Inclusa perperam Haloand. detraxerat.

*Apud.*] CASVS. Ego habens veſtes triclinarias, id eſt quib' vtebar in triclinio,id eſt in loco vbi comedebã (quod ideò vocabatur triclinium,quia bene erat ſcopis mundatũ, & ibi tres lecti ſtrati) & habens multa alia genera veſtium,ita dixi in teſtamẽto meo: Titius veſtimẽta quæ volet triclinaria ſumito,ſibiq; habeto. & deceſſi. poſtea dixit Titius heredi meo quæ veſtimẽta triclinaria volebat: & poſtea antequã acciperet electa,dixit quòd volebat alia veſtimẽta triclinaria. nnuquid poteſt voluntatem mutare? Et dicitur quòd non. & ratio eſt plana in litera. Viuianus.
n *Veſtimenta.* duo fortè paria vel tria: vel ſic dixit cum plura haberet teſtator.
o *Triclinaria.* id eſt [a] quibus vtebatur in camera, aliàs aliqua parte domus quæ triclinium diceretur: quia in ea tres lecti ſternuntur. ſic ponitur ſupra commo. ſi vt certo. §. ſi de me. Accurſius.

a] Triclinaria veſtimẽta dicuntur quæ & recidipna, veſtes ſcilicet cœnatoriæ, & quibus in tricliniis vtimur.

p *Dixiſſet.* ſcilicet congruo tempore, id eſt poſt aditam hereditatem.& omnibus ſuis veſtimentis exhibitis: vt ſupra eo. l. optione. D &.l.ſcyphi.&.l.homine.
q *Non poſſe.* niſi eſſet minor. xxv. an. vt.ſ.de mino. l. & ſi fine. in prin.vel niſi quando optio non tenet:vt.ſ.eo.tit.l.ij.notatum eſt.
r *Conſumpſit.* vt &.ſ. de procu.l. ſi is qui. ſed videtur ꝙ poſſit voluntatẽ mutare:vt.j.de verbo.oblig.l.ſi quis ſtipulatus.in princ. & l.eum qui.§.j.ſolu.vt.no.ſ.de leg.ij.ſtatuliberum.§.fi. &.l.huiuſmodi.§.Stichum.&.l.v.in princ.

*Filium.*] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredes filium ſuũ Seiũ,& vxorem ſuam Semproniam,& filiam ſuam Gaiã exheredauit, & ei legauit. c.cùm nupſerit: & poſtea ita dixit, inſuper arbitratu Semproniæ prædictæ matris dictæ meæ filiæ volo eligi ab ipſa Sẽprania decem mancipia ſtatim poſt aditam hereditatem meã,quæ mancipia volo dari dictæ meæ filiæ cum nupſerit: & ſi antequam nupſerit dicta mea filia,aliquod ex dictis mãcipiis deceſſerit: tunc in locum eius,arbitratu dictæ Semproniæ matris eius dari volo, dum ad dictã meam filiã perueniat plenus numerus dictorũ decẽ E ſeruorũ:& ſi dicta Sempronia non elegerit dictos ſeruos,tunc ipſa mea filia eligat ſibi decẽ mãcipia quæ volet.& poſtea deceſſit dictus Titius teſtator,& dictus ſuus filius & vxor ab eo inſtituti adiuerunt hereditatẽ:& dicta vxor Sẽpronia quæ erat mater filiæ teſtatoris,elegit decẽ ſeruos hereditarios pro dicta ſua filia:& poſtea antequã dicta filia nuberet,nata ſunt aliqua ex dictis decem mãcipiis. quæritur,nunquid pertineant ad dictã filiam vltra numerum dictorum decẽ mancipiorum? Et reſpon. ꝙ. non, quia legatum mãcipiorũ prædictorũ.x.trãſtulit teſtator in tẽpus nuptiarũ filiæ exheredatæ:imò pertinebunt ad dictã Semproniã teſtatoris vxorẽ, & ad dictum Seium filium eiuſdẽ teſtatoris qui ab eo fuerũt heredes inſtituti,non autem ad ſolam Semproniam. Viuianus.
s *Inſuper.* ſub legauerit. Accurſius.
t *Confeſtim.* hoc facit pro filia,licèt non multum.
u *Volo.* ego teſtator.& ſic trãſit de tertia ad primã perſonam. Ac.

Adgnata.

a *Agnata.* alias adgnata, id eſt nata: & alias adſignata, ſcilicet per electionem matris. Accurſius.
b *Supra numerum.* alias datum, id eſt expreſſum. Accurſius.
c *Ad filiam non.* alias ſine non. & tunc dic, quia tantũ vt miniſtra fuit electa mater. alias eſt non: & bene colligitur cùm dicit ſupra, Reſpõ. cùm mãcipiorũ &c. & ſic antè omnem morã: & facit tunc.ꝭ.de regu.iur.l.cùm tẽpus.
d *Fructus.* partus enim de quo prædixit, nõ eſt in fructu: vt.s.de vſur.l. in pecudum.
e *Proponi.* alias non ad matrẽ: & tunc eſt ratio quæ eſt ſupra, quia antè omnem morã percepti ſunt: ad quod eſt.ꝭ. ad Treb.l.mulier.§.ſi heres alias ſine, nõ quaſi dicat pertinet ad filiã: & tunc dic matrẽ electã vt miniſtrã. ad quod.s.de lega.ij.l.ſi quis Titio.& facit ad prædicta.s. de lega.ij.l.ſi ita relictũ.§.Pegaſus.&.s. de annu leg. l.eũ qui. & de lega.j.le. apud Iulianũ. in princ. &.§.j.&.l. cùm res.&.l. quæſitum.§. fin.&.ꝭ. ad Trebel.mulier.§.ſi heres &.ꝭ. tit.iij.l.iij.in princi. & ſupra de lega.iij.l. ſi vxorem.§. ſorori.

quæ mancipia, cum in familiã nupſerit, dari volo: & ſi antè quàm nupſerit, aliquod ex mancipiis deceſſerit, tunc in locum eius arbitratu Semproniæ matris eius dari volo, dum ad eã plenus numerus perueniat. quòd ſi Sẽpronia mater eius non elegerit: tunc ipſa ſibi quæ volet eligat. Quæſitum eſt, cùm mater elegerit, an ea quę ex his mãcipiis antè nuptias adgnata [a] ſunt, ad puellam ſupra numerum [b] decem mancipiorum pertineant. Reſpondit, cùm mancipiorum legatum in tempus nuptiarum teſtator transtulit, id quod medio tempore ancillæ enixæ ſunt, ad filiam non [c] pertinere. Idem quæſiit, antè nuptias, eorundem mancipiorum fructus [d] & vſus an ad Semproniam matrem pertineant. Reſpondit, nihil proponi [e] cur ad matrem pro ſolido pertineant.

XXII. IDEM *libro ſeptimodecimo Digeſtorum.*

MAritus vxori ſuæ codicillis per fideicommiſſum dedit prædia: item lances quas elegerit quatuor. Quæſitum eſt, an ex his lãcibus quæ mortis [f] tẽpore ſint, eligere poſſit. Reſpondit poſſe.

Maritus.] CASVS. Ego habens.x.lãces, id eſt ſcutellas argẽteas, feci teſtamentũ, & inſtitui mihi heredẽ Titium: & poſtea feci codicillos, & in eis reliqui vxori meæ duo mea ꝑdia, & quatuor lances quas ipſa elegerit. poſtea antequã morerer, multas alias lãces acquiſiui, & poſtea deceſſi venit nũc vxor, & vult eligere quatuor lances ex omnib⁹ quas habebam tẽpore mortis meę: & heres non vult ei dare electione niſi de his quas habebam tẽpore teſtamenti. certè mulieris deſiderium eſt præferẽdum. Viuianus.

# DE TRITICO, VINO vel oleo legato.

## TITVLVS VI.

I. VLPIANVS *libro vicenſimo ad ſabinum.*

VIno legato, acetũ quoque continetur quod paterfamiliãs vini numero [g] habuit.

Generi per ſpeciem derogatur. Bartolus.

f *Mortis tempore.* licet tempore teſtamenti condendi non fuerunt. Sed videtur contra.s.de lega.iij.nomen.§.j. Solu.vt ibi.

a] Vide ibi ſol. glo. quã ibi approbat Bart.

DE TRITICO, VINO, VEL OLEO LEGATO.

*Qua de re aut iure aut cauſa legata hactenus ſpecialem titulum dedit, ea ferè ſingulare & proprium aliquid habet quod in alias transferri non poteſt. Nunc de his rebus tractare incipit quarũ appellatione quid veniat quidve teſtator intellexerit ambigitur, vt hoc titulo tritico vino vel oleo legato quod cõtineatur. Triticum ſpecies eſt frumenti, ſine ariſta.* Cuiac.

VIno legato.] CASVS. Legaui Titio vinum meum. quæritur vtrum in legato contineatur acetum? Et dicitur quòd ſic, illud ſcilicet quo vtebatur pro vino. Viuianus.
g *Numero habuit.* ſumpta voluntatis coniectura ex ipſius defuncti viuentis conſuetudine: vt.ꝭ.eo.l. ſi quis vinum.§. item acetum.&.s. titu.j.l.ij.§.fi.& arg.s.de leg.iij.l.nomen.§.j. &.l. nuper. &.le. ſeruis vrbanis.&.l.quæſitum.in prin.&.§.pe.&.l.vxori.in prin. Sed contra.ꝭ.eo.tit.l.ſi cui. in princ. Solu.vt ibi.

CVm alij penum.] CASVS. Legaui Titio vinũ, & Seio legaui penum, id eſt ea quæ ſunt eſui & potui. certè Titius habebit totum vinũ, & Seius omnem aliam penũ. Item quid ſi legaui Titio. c. amphoras vini quas vellet? certè poteſt agere cõtra heredẽ meũ actione ex teſtamento, vt heres faciat ei copiã deguſtandi: & ſi nõ

ff. Infort.

A faciat ei heres copiã deguſtandi, poteſt petere intereſſe ſuũ Titius actione ad exhibendũ. Sed quid eodem caſu ſi ego non reliqui in hereditate mea vinũ? certè heres meus debet emere.c. amphoras vini, & præſtare ei. non autẽ debet emere acetũ quod venditor habebat numero vini. Item nunquid heres meus tenetur dicto Titio dare vaſa in quibus erat vinũ meũ, poſito ꝙ reliqui in hereditate mea vinũ? & diſtinguitur inter magna vaſa & parua. nã magna, vt dolia, nõ debentur ei ſiue ſint depreſſa in cellavinaria, ſiue non: parua autẽ, vt amphoræ, & cuppæ, & cuppulæ, bene debẽtur: niſi erant affixæ in agro vel in cella: & eſt ratio quare debent dicta parua vaſa, quia credibile eſt mentẽ meã eã fuiſſe, vt voluerim acceſſionẽ vini eſſe dicta parua vaſa: nõ autẽ ea ratione ꝙ vaſa ſint pars vini, quia non ſunt. quædã tamen parua vaſa nõ debentur legatario, puta vtres & cullei: quia in his portatur vinũ, & nõ conſeruatur ſicut in ſuperiorib⁹. & hoc dicit cũ.l.ſeq. Vi.

II. POMPONIVS *libro ſexto ad ſabinum.*

CVm alij penum, [h] alij vinũ legatum eſſet: excepto vino omne penũ ad alium legatariũ [i] pertinebit. Si centũ amphoræ, [k] quas velles, tibi legatæ ſint: ex teſtamẽto agendo cõſequi potes vt deguſtare [l] tibi liceat: aut quãti [m] intereſſerit licere tibi deguſtare, ad exhibẽdum agere potes.

B

III. VLPIANVS *libro vicenſimotertio ad ſabinum.*

SI cui vinum ſit legatũ centum amphorarum, cùm nullum [n] vinum reliquiſſet: vinũ heredem empturum, & pręſtaturum, non acetũ quod vini numero fuit. [o]

Vino legato non cedunt vaſa magna nec parua in quibus vinũ portatur de loco ad locũ: ſed vaſa parua in quibus vinũ cõſeruatur, & cũ vino vendũtur, cedũt. Bar.

luti homines [a] qui agrum colūt, & qui eos exercent, præpoſitiue ſunt his:quorum in numero ſunt villici, [b] & monitores: [c] * præterea boues domiti, & pecora ſtercorandi cauſa parata: vaſaque vtilia [d] culturæ,quæ ſunt aratra, ligones, [e] ſarculi, [f] falces putatoriæ, bidentes, & ſiqua ſimilia dici poſſunt. Cogendi, [g] quemadmodum torcularia, corbes,falceſque meſſoriæ, [h] falces fœnariæ, [i] quali [k] vindemiatorij, exceptoriique, [l] in quibus vuæ cōportantur. Conſeruandi,quaſi * dolia, licèt defoſſa non ſint, [m] & cupæ.[n] Quibuſdam in regionibus accedunt inſtrumento ſi villa cultior eſt,veluti atrienſes, [o] † ſcoparij.[p] Si etiam vir idaria * [q] ſint, topiarij. [r] Si fundus ſaltus paſtioneſque habet, greges [ſ] pecorum,paſtores,ſaltuarij. [t]

IX. PAVLVS *libro quarto ad Sabinum.*

DE grege ouium ita diſtinguēdum eſt, vt ſi ideò comparatus [u] ſit, vt ex eo fructus caperetur, non debeatur: [x] ſi verò ideò, quia non aliter ex ſaltu fructus percipi poterit, contra erit: quia per greges fructus ex ſaltu percipiuntur.

X. VLPIANVS *libro viceſimo ad Sabinum.*

SI reditus [y] etiam ex melle cōſtat, aluei apéſque continentur. [z]

XI. IAVOLENVS *libro ſecundo ex Caſſio.*

EAdem ratio eſt in auibus quæ in inſulis [a] maritimis alūtur.

XII. VLPIANVS *libro viceſimo ad Sabinum.*

QVæſitum eſt,an frumentum quod cibariis cultorum paratum foret, inſtrumento cederet. Et plurimis non placet,quia conſumeretur. quippe inſtrumētum [b] eſt apparatus rerum diutius manſurarum,ſine quibus exerceri nequiret poſſeſſio. Accedit [c] eo,quòd cibaria victus magis quàm colendi cauſa pararentur. Sed ego puto & frumentum & vinum ad cibaria paratum inſtrumento contineri: [d] & ita Seruium reſpondiſſe auditores eius referunt. Item nonnullis viſum eſt,frumentum quod ſerendi cauſa ſepoſitum eſt,inſtrumento cōtineri.puto,quia & inſtar culturę eſſet, & ita conſumitur, vt ſemper reponeretur. Sed cauſa ſeminis nihil à cibariis differt.

B

Conſeruandi fructus [e] cauſa, veluti granaria, [f] quia in his fructus cuſtodiuntur:vrceos. [g] capſellas, in quibus fructus componuntur. Sed & ea quæ exportandorum fructuum cauſa parātur, inſtrumenti eſſe conſtat : veluti iumenta,& vehicula,& naues,& cupæ,& cullei.[h] Alfenus autem, ſi quoſdam ex hominibus aliis legauerit:cæteros [i] qui in fundo fuerunt, non contineri inſtrumento ait:quia nihil animalis inſtrumenti eſſe opinabatur. quod non eſt verum.Conſtat enim eos qui agri gratia ibi ſunt, inſtrumento contineri. Quæritur,an ſeruis qui quaſi colonus [k] in agro erat, inſtrumento legato cōtineatur. Et Labeo & Pegaſus rectè negauerunt: quia non pro inſtrumento [l] in fundo fuerat, etiam ſi ſolutus fuerat & familiæ imperare. Saltuarium autem Labeo quidem putat eum demum contineri, qui fructuum

C

D

z *Continentur.* fundi inſtrumento legato.

A

EAdem ratio. Hæc lex diuiditur in tres partes.Primò ponit quid ſit inſtrumentum fundi,vſque ad.§.ſi domus. Secundò,quid ſit inſtrumentum domus,vſque ad.§.ſed ſi fundus. Tertiò,quæ ſit differentia inter legatum fundi ſimul inſtructi,& ſimul cum inſtrumēto. & circa hoc multa dicta interſerit vſque ad finem.l.Barto.

a *In inſulis.* vt pauonibus & phaſianis, ſicut & cuniculis: vt in lacu Peruſino. & facit.j.eo. l.quæſitum.§.ſi in agro. &.§.ſi ab aucupio.

b QVæſitum. Inſtrumentum. principale.R. & eſt hîc definitio inſtrumēti.ſic &.j.e.§.ſed ſi fundus. & ſupra de trib. l. procuratoris. §. ſi propter.

c *Accedit.* ſcilicet ſententię illorū qui dicunt non eſſe inſtrumētum. R.& facit.C. de verbo. ſigni.l.j.&.ij.&.ſ. de vſufru. l. item ſi fundi.§. ſeminarios.

d *Contineri.* per mediū, acceſſionis iure.

*Conſeruandi.*] CASVS. Dictum eſt,ſ.e.l.inſtrumēta.de quibuſdā quibus fructus conſeruantur:quæ quidem continentur in inſtrumento fundi.nunc adiungit alia, ſicut ſunt granaria quæ ſunt in fundo inſtructo legato, & vrcei, & capſellæ, & iumenta,&vehicula,& naues, & cupæ, & cullei, quæ parata erant in fundo cauſa exportandi fructus de fundo. Sed qđ ſi teſtator legauit aliis quoſdā ex hominibus ſiue ſeruis qui erant in fundo quē Titio legauit inſtructū?nūquid alij qui remāſerūt in fundo,cōtinebuntur in inſtrumēto fundi? Et dicitur ꝙ ſic, licèt Alfenꝰ diceret contrariū. ſeruꝰ autem qui quaſi colonus in agro erat,nō cōtinetur in inſtrumento fundi. Viuianus.

e *Conſeruādi fructus.* ſcilicet contineri dicimus.

p *Scoparij.* id eſt,qui ſcopis domū purgant.vnde in euangelio:ſcopis mundatam.

Matth.12 & Luc.11.

q *Viridaria.* ſcilicet ſunt inſtrumenta fundi artificialiter facta,aliàs pars fundi ſunt:vt.j.eo.quæſitum.§.ea verò.

r *Topiarij.* id eſt, qui ornant & ordinant ſaltus fundi : vt ſupra de leg.iij.l.cùm quæreretur.§.fina.

ſ *Greges.* hoc dic vt infra.l.proxi.

t *Saltuarij.* qui cuſtodiunt fundum,& tuentur magis quàm fructibus colligendis præſunt:vt.ſ.de leg.iij.cùm quæreretur.§.fina.&.j. eo.l.quæſitum.§.ſaltuarium.

u DE grege.Comparatus. ſcilicet principaliter.

x *Debeatur.* inſtrumēto fundi legato.&eſt ad hoc.C.de verb. ſign.l.ij.&.ſ.de leg.iij. cùm quæreretur.§.pe. ſin autē pro vtroque, dic vt infra eo.l.quæſitum.§.ſi quis eodem.

y SI reditus. ſcilicet fundi : vt quia locus aptus erat ad mel propter flores & aquam & alia quæ apes deſiderant,& non ad alium fructum.& facit.j.e.l.quæſitum.§.& ſi ab aucupio.

E

f *Granaria.* de hoc dic vt.ſ.e.l.inſtrumenta.in fin.

g *Vrceos.* de terra.

h *Cullei.* vaſa de corio:vt.j.de au.& argen.leg.l.legatum.§.j.

i *Cæteros.* nam fundum & inſtrumentum vni, & alij cæteros ſeruos eius fundi.

k *Quaſi colonus.* ſ. quaſi extraneus.[a] puta mercede certa conſtituta:vt.j.e.Seiæ.§.liberto.&.l.cùm de lanionis.§.j.&.ij.

a] De colonis pulchrè Columel libro 1.de re ruſt.ca.7.

l *Pro inſtrumento.* ipſi enim inſtrumentum parant.

*Saltuarium.*] CASVS. Quæritur,nunquid fundo inſtructo legato contineatur ſaltuarijs? Et dicitur quòd ſic:ſiue cuſtodiāt fructus ſiue fines.Item continentur pictor & tonſor qui ſunt parati cauſa familiæ ruſticæ,& faber & mulieres quæ panem coquunt,& illi qui molunt frumentum,& focaria,& villica,& lanificæ,& illæ quæ coquunt pulmentaria. Item nunquid cōtinentur vxores prædictorū maſculorū?Et dicitur quòd ſic.neque enim credendū eſt teſtatorē iniunxiſſe tam duram ſeparationem.Item continentur pecora quę aliqua parte anni in fundo paſcuntur, & in alia parte anni pabulū

his conducitur aliundè, & ſerui qui aliqua parte anni colunt fundum, & in alia parte anni mittuntur ad lucrandum alibi. Item cõtinetur cellarius, & oſtiarius, & mulio, & molæ, & machiuæ, & fœnum, & ſtipulæ, & aſinus machinarius, & machina frumentaria, & multa alia quæ nominantur hîc vſque ad.§. ſi fundus non ſit &c. quorum quædã cõtinentur, & quædam non, & eſt planiſſima litera vſq; illuc. Viuia.

ſeruandorum gratia paratus ſit: eum nõ [a] qui finium cuſtodiendorũ cauſa. Sed Neratius etiam hunc. & hoc iure vtimur, vt omnes ſaltuarij contineantur. Trebatius amplius etiam piſtorem & tonſorem, qui familiæ ruſticæ cauſa parati ſunt, putat contineri. Item fabrum [b] qui villæ reficiendæ cauſa paratus ſit, & mulieres quæ panem coquant, quæque villam ſeruent. Item molitores, ſi ad vſum ruſticum parati ſunt. Item focariam, [c] † & villicam, [d] ſi modò aliquo officio virum adiuuet. Item lanificas, [e] quæ familiam ruſticam veſtiunt, & quæ pulmentaria [f] ruſticis coquant. Sed an inſtrumenti [g] inſtrumentum legato inſtrumento continetur, quæritur. Hæc enim quæ ruſticorum [h] cauſa parãtur, lanificæ, & lanæ, & tonſores, & fullones, & focariæ, nõ agri ſunt inſtrumentum, ſed inſtrumenti. [i] Puto igitur etiam focariam contineri, ſed & lanificas, & cæteros qui ſupra numerati ſunt: & ita Seruium reſpondiſſe auditores eius referũt. Vxores [k] quoque, & infantes eorum qui ſupra enumerati ſunt, credendum eſt in eadem villa agentes voluiſſe teſtatorem legato contineri. Neque enim durã ſeparationem [l] iniunxiſſe credendus eſt.

Si aliqua parte anni in fundo paſcantur pecora, aliqua parte his pabulum conducitur: vel ſerui, ſi aliqua parte anni per eos ager colitur, aliqua parte in mercedem mittuntur: nihilò minus inſtrumento cõtinentur. [m] Cellarium * quoque, id eſt ideò prępoſitum, vt rationes ſaluæ ſint: [n] item oſtiarium, [o] mulionémq;, [p] inſtrumenti eſſe conſtat: & molas, [q] & machinas, [r] fœnum, [ſ] ſtipulas, [t] aſinum machinarium, machinam frumentariam, [u] vas æneum in quo ſapa † [x] coqueretur, & defrutũm fiat: & aqua ad bibendum, lauandamq; familiã paratur, inſtrumenti eſſe, & cribra, & paluſtra quibus ſtercus euehatur. [y] ea verò quæ ſolo cõtinentur, [z] inſtrumenti fundi non eſſe Caſſius ſcribit: veluti arundineta & ſalicta antequam cæſa ſint: quia fundus fundi inſtrumentum eſſe non poteſt. [a] Sed ſi cæſa ſint, [b] puto contineri: [c] quia quærendo fructui deſeruiunt. Idem & in palis erit

B dicendum. Si in agro venationes ſint, puto venatores quoque, & veſtigatores, [d] † & canes, & cætera quæ ad venationem ſunt neceſſaria, inſtrumento contineri: maximè ſi ager & ex hoc reditum [e] habuit. Et ſi ab aucupio reditus [f] fuit, aucupes, & plagæ, [g] & huius rei inſtrumentum, agri inſtrumento continebitur. [h] Nec mirum, cùm & aues inſtrumento exemplo † apium contineri Sabinus & Caſſius putauerunt. [i] Si quis eodem in-

C ſtrumento in plurimis agris vtatur: cuius agri ſit inſtrumentum, quæritur. Et ego arbitror, ſi quidem apparet voluntas patriſfamiliæ, cui potius agro deſtinauerat, eius eſſe inſtrumentum. [k] cæteri enim agri ab hoc agro veluti mutuantur. ſi non appareat, nullius [l] inſtrumento cedet. neque enim pro parte diuidemus [m] inſtrumentum.

Supellex, [n] cæteráque ſi qua in agro fuerunt quò inſtructior

D eſſet paterfamiliâs, [o] inſtrumento fundi [p] non continentur.

Si domus [q] ſit inſtrumentum legatum: videndum quid contineatur. Et Pegaſus ait inſtrumentum domus id eſſe, quod tempeſtatis arcendæ, aut incendij [r] cauſa paratur, non quod voluptatis gratia. Itaque neque ſpecularia, [ſ] neque vela quæ frigoris cauſa vel vmbræ in domo ſunt, deberi. [t] quæ ſententia Caſſij fuit, qui dicebat inter in-

E ſtrumentum [u] & ornamentum multum intereſſe. inſtrumenti [x] enim ea eſſe, quæ ad tutelam domus pertinent: ornamenti, quæ ad voluptatem, [y] ſicuti tabulas pictas. Vela autem Cilicia inſtrumenti eſſe Caſſius, quæ ideò parantur, ne ædificia

a *Non eum.* aliàs deeſt non: & interrogatiuè tunc legitur, & poſtea determinat: ſed Neratius &c. ad quod eſt. ſ. de lega.iij.l.cùm quęreretur.§. penul.&.ſ. eo.l. inſtrumenta. in fin.

b *Fabrum.* tignarium vel quadratarium.

c *Focariam.* quæ facit focum.

d *Et villicam.* contubernalem villici. Accurſius.

† Foratiam, legit Blond. libro.9.de Roma triũphante.

e *Lanificas.* à lana ſic dictas in qua operãtur: vt ſ.de vſu & hab.l.plenũ. §.fin.nec ob.j.e.villæ. in fi.vt ibi dices H.

f *Pulmentaria.* i. farina de hordeo. Accurſius.

g *Sed an inſtrumenti.* reuocat in dubium, quod tamẽ iam ſoluerat, licèt non ita apertè.

h *Ruſticorum.* id eſt operantium, vel id eſt inſtrumentorum.

i *Inſtrumenti.* vt.j.eo.l. villæ.§.fina.

k *Vxores.* impropriè, id eſt contubernales: vt C.de inceſt.nupt.l.cùm ancillis.

l *Duram ſeparationem.* ſic. C. cõmunia vtriuſque iudi. l. poſſeſſionũ. &.ſ.de leg.iij.item.§.pe. &.l. vxorem. §. codicillis. &.j.ea.l.§. ſed ſi fundus.in fi.§.&ſi etiam exprimatur, ſuccurritur: vt ſupra de leg.j.ſi domus. §. qui confitetur. Accurſius.

m *Continentur.* dũmodo illi agro ſint perpetuo attributi: vt.ſ.de lega.iij.qui ſaltum.

* Flo. cellararium.

n *Saluæ ſint.* vt ſũt maſſarij.

o *Oſtiarium.* qui cuſtodit oſtium.

p *Mulionem.* qui ducit mulũ ad molendinum.

q *Molas.* de lapide.

Machina quid eſt.

r *Et machinas.* i. ipſum ædificium molẽdini vel piſtrini. nam ſecundum H. omne artificioſè factum dicitur machina.

† Sic Flor.& manuſ.rectè

ſ *Fœnum.* de prato.

t *Stipulas.* quæ ſecantur cum herba remotis primo ſpicis. Accurſius.

u *Machinam frumentariam.* id eſt arcam ad frumentum tenendum, vel aliud artificium artificioſè factum.

x *Sapa.* id eſt [a] quoddam quod fit ad potandum: dicta quaſi parum ſaporis habens ſecundum H. & defrutum eodem modo: vt & ſupra titu.j.l. ſi quis vinum.

a] De ſapa Plin.l.13.c.9. & eiuſdẽ lib. c.21. De defruto idem lib.14. cap.9. & cap.21.

y *Euehatur.* in quo ſerua diſtinctionem Trebatij: vt ſupra de act. empt.fundi.§.fina.& facit in.d.l.fundi.§.Labeo.& ſupra de lega.iij. ſeruis vrbanis. in princ.

z *Continentur.* ſecus in doliis in fundo affixis: vt.ſ.eo.le.inſtrumenta.§. fina. vel diſtingue poſſint remoueri, vel non: vt infra eo.cùm fundus.

a *Eſſe non poteſt.* talia enim quandiu non ſunt cæſa, pars fundi ſunt: vt ſ.de rei vindi.le. fructus pendentes.& facit.j.e.l. §.Papinianus. &.ſ.de vſufruc.item ſi.§.fin.&de act.empt. fũdi.§ ſi ruta. &.§.pe.& fi.&.l. granaria.in prin.& infra.eod. le.fi.

b *Sed ſi cæſa ſint.* fundi gratia.

c *Contineri.* ſ. poſſe.

d *Et veſtigatores.* per odores narium vel oculorum ſolicita indagatione: vel cum canibus.

† Blondus vbi.ſ.legit, veſtigatores canes &c.

e *Reditum.* quia in hoc caſu poteſt locari & facit.ſ.de lega.iij.ſeruis vrbanis.§.j.& de vſufru. item ſi.§. aucupiorum. &.j.proxi.§.

f *Reditus.* fundi. Accurſius.

† Idẽ ibidẽ legit, aues exẽplo auiũ inſtrumẽto contineri &c. quem quæſo vide.

g *Plagæ.* i. pali quibus tenentur retia recta.

h *Continebuntur.* vt ſupra proxi. reſpon. cum ſuis concor.

i *Putauerunt.* vt &.ſ.eo. ſi reditus.&.l.ſeq.

k *Inſtrumentum.* ſic ſupra.de here. inſtit.ex facto.§.fi. Accur.

l *Nullius.* Nota ratione incertitudinis neutrum valere. & ſic.ſ. de here. inſtit.l. in tempus.§.j.& ſ.de vſufr.ſed & ſi quis. §.quid ergo ſi amiſſo.in fi.§. &.ſ. cõmunia prædio.in tradendis. vbi de hoc no.

m *Diuidemus.* ſic.ſ. de nego. geſt. Neſennius. in fi.& ibi dixi.

n *Supellex.* quid ſit, dic vt.j. de ſupel.lega.l.j. & iij. Accurſius.

o *Paterfamiliâs.* non etiam fundus.

p *Fundi.* Sed inſtrumẽto patrisfamiliâs ſic. & ideò fũdo inſtructo legato cedit legato: vt.j. ea.l.§. ſed ſi fundus. Ac.

q *Si domus.* dixit de inſtrumento fundi: nunc domus, vſque ad.§. ſed ſi fundus.

r *Incendij.* ſ. arcendi.

ſ *Specularia.* [b] non affixa. aliàs ſunt pars domus: vt infra eo.§. Papinianus. in fi.

b] De ſpecularibus pulchrè Bud. ſ. de vſufru. in l. ex ſylua cædua.

t *Deberi.* vt inſtrumentum: vt.j.eo.§.Papinianus. nec vt pars rei: vt.ſ.de act.emp.fundi.§. quæ tabulæ.

u *Inſtrumentum.* ſcilicet domus.

x *Inſtrumenti.* ſcilicet domus.

y *Ad voluptatem.* quæ poſſunt dici inſtrumenta perſonæ, cùm ex his domus non perficiatur: vt infra de verb. ſign.l. pe.

Laborent

vento vel pluuia laborẽt. [a] Acetum † quoque quod extinguendi incendij cauſa paratur: [b] item centones, [c] ſiphones, [funes, [d]] perticæ [e] quoque, & ſcalæ. [f] & phormiones, † & ſpongias, [g] & hamas, & ſcopas [h] † contineri plerique & Pegaſus aiunt. Tegulam [i] autem & tignum eius rei cauſa paratum, inſtrumento cõtineri, ſi ad huiuſmodi cauſam habeat tigna parata, ad alios vſus non deſeruientia. Proinde & fulcimẽta ſiqua habebat huic rei neceſſaria, etiam ea inſtrumento domus continebuntur. De velis quæ in hypæthris [k] extenduntur, item de his quæ ſunt circa columnas, Celſus ſcribit magis ſupellectili [l] adnumeranda. & ita Sabinum & Caſſium putare. Canales autẽ & harpagones & hamas inſtrumento contineri conſtat. Item perticæ quibus araneæ detergantur: item ſpongiæ quibus columnæ, pauimenta, podia extergantur: ſcalæ quæ ad lacunaria admoueantur, inſtrumenti ſunt: quia mundiorem domum reddunt. Papinianus quoque libro ſeptimo reſpõſorum ait: Sigilla, † & ſtatuæ adfixæ, inſtrumento domus non continentur, [m] ſed domus portio ſunt: quæ verò non ſunt adfixa, inſtrumento [n] non continentur, [o] inquit: ſupellectili enim adnumerantur, excepto horologio æreo quod non eſt adfixum. nam & hoc inſtrumento domus putat contineri: ſicut prothyrum [p] domus, ſi velamen eſt, inquit, inſtrumento domus continetur. Fiſtulæ autẽ, & canales, & crateres, & ſiqua ſunt alia ad aquas ſalientes neceſſaria: item ſerræ * & claues, magis domus [q] portio, quàm domus inſtrumẽtum ſunt. Specularia quoque adfixa [r] magis puto domus eſſe partem. Nam & in emptione domus & ſpecularia & pegmata † cedere, ſiue in ædificio ſint poſita, ſiue ad tempus detracta. Sed ſi non ſint repoſita, ad hoc tamen ſint [ſ] vt ſuppleantur ſi qua deſint: inſtrumento potius continebuntur. Cãcellos [t] quoque inſtrumento contineri puto. Sed ſi fundus non ſit cum inſtrumento legatus, ſed ita vt inſtructus ſit: quæſitum eſt, an plus contineatur quàm ſi cum inſtrumento legatus eſſet. Et Sabinus

B libris ad Vitellium ſcribit, fatendum eſſe, plus eſſe cum inſtructus fundus legetur, quàm ſi cum inſtrumento. quam ſententiam cottidie increſcere & inualeſcere videmus. Quanto igitur hoc legatum vberius eſt, videndum eſt. Et Sabinus definit, & Caſſius apud Vitellium notat, omnia quæ eo collocata ſunt * vt inſtructior eſſet paterfamiliàs: inſtructo, inquit, continebuntur, id eſt quæ ibi habuit vt in-

C ſtructior eſſet. Hoc ergo legato non agri * inſtrumentum, [u] ſed proprium ſuum inſtrumentum reliquiſſe videtur. Proinde ſi fundus ſit inſtructus legatus, & ſupellex continebitur quæ illic fuit vſus ipſius gratia: & veſtis non ſolum ſtragula, ſed & qua ibi vti ſolebat. menſæ quoque eboreæ, vel ſiquæ aliæ, item vitrea, [x] & aurum & argentum, vina quoque ſiqua ibi fuerint vſus ipſius cauſa, continentur: & ſi quid aliud vtenſilium. Sed

D ſi qua eò congeſſerat non vſus ſui cauſa, ſed cuſtodiæ gratia: non continebuntur. Vina etiam quæ in apothecis [y] ſunt, non cedent. & hoc iure vtimur, vt quæ ibi paterfamiliàs quaſi in horreo † habuit, hæc non contineantur. Celſus quoque libro nonodecimo Digeſtorum ſcribit, fructus ibi repoſitos vt venirent, vel in alium vſum quàm fundi conuerterentur, inſtructo fundo non contineri. Idem

E Celſus eodem libro ait, etiam ſuppellecticarios [z] & cæteros hoc genus [a] ſeruos contineri: [b] id eſt miniſteria quibus inſtructus erat in eo fundo, extra ea [c] quæ libertatem

a *Laborent.* ſecus ſi ad voluptatem: vt ſupra proxi.§.

b *Paratur.* vt & infra de penu.leg.l.iij.§.penori.

c *Centones.* id eſt puluinaria: opus factum ad modum plumarum, ſecundum Hug.

d *Funes.* ad trahendum aquam, qui propter domum habentur: vt ſ̃.de act.empt.l.funes.

e *Perticæ.* ad tenendos pannos: vt. j̃. eod. §.canales.

f *Scalæ.* ad aſcendendũ ad granaria, vel vt infra eo.§.ſcalæ.

g *Spongias.* quæ mũdãt veſtes vel alia: vt.j̃.eo.§. canales.

h *Et ſcopas.* ad purgandam domum. ſic &.ſ̃.e. l.inſtrumenta.in fi.

i *Tegulam.* non affixã: aliàs domus portio eſt, & cedit legato domus: vt.j̃. eod.§. Papinianus. in fi.§.

k *Hypathris.* [a] aliàs, apothecis, ſiue ſtationibus.

l *Supellectili.* & ideò nõ continentur inſtrumẽto domus vel fundi: vt ſ̃.eo.§. ſupellex. ſed bene continebitur inſtrumẽto patrisfamilias: vt j̃.ea.l.§.ſed ſi fundus.

m *Non continentur.* vt.ſ̃. de act. emp. fundi. §.ſi rata.&.l.granaria. & ſupra. e. §. ea verò. Sed arg.contra.ſ̃.eo. inſtrumenta.§.fin.

n *Inſtrumento.* ſcilicet domus: aliàs eſt in textu.& ita eſt in libro domini.Accurſius.

o *Non continentur.* non tamen eſt hoc generaliter verũ, vt ſtatim ſubiicit: vt.ſ̃.ead.l.§. ſi dom⁹. &.§.ſeq.Accur.

p *Prothyrum.* [b] thyra Græcè, dicitur ianua Latinè.

q *Magis domus.* vt.ſ̃.de act.empt.fundi.

r *Adfixa.* aliàs ſecus: vt ſ̃.eo.§.ſi domus. Accurſius.

ſ *Tamen ſint.* de nouo facta & parata. ſi autẽ fuiſſent detracta, licèt nondũ ſint repoſita, tamen ad hoc ſeruãtur vt reponantur: magis pars domus ſunt, quàm inſtrumenta ſint: vt ſupra de actio. empt.l. fundi. §.fi.&.l.granaria.§.fi.H.

t *Cancellos.* infra quod vi aut clam.l. nam & ſi ramos.

*Sed ſi fundus non ſit.*] CASVS. Legaui tibi fundum meum inſtructum. certè in hoc legato non tantum continetur inſtrumentum eiuſdem, fundi: ſed etiam proprium meum inſtrumentum: ſicut eſt ſupellex quæ erat in fundo cauſa mei vſus, & veſtes meæ, & lecti, & menſæ, & aurum, & argentum, & vina, & omnia alia vtenſilia, & ſerui ſupellecticarij: & cæteri ſerui huius generis, id eſt miniſteria quibus eram inſtructus in eo fundo. Item pædagogia quæ habebam in dicto fundo, vt cùm illuc irem, præſto eſſent in triclinio. Item vxores & filij ſeruorum. Item bibliotheca & libri quos ibi habebam. Item imagines, hæ

A tamen dumtaxat quæ fuerunt in ornatu fundi. Item actor qui ſtabat in fundo, quem quidem miſeram in prouinciam vt ordinatis in prouincia quibuſdam meis negotiis rediret ad fundum. eſt ergo plenius legatum fundi inſtructi, quàm fundi cum inſtrumento: quia cũ lego fundũ cum inſtrumento, non cõtinetur meum inſtrumẽtum. quædam tamẽ non continentur in dicto legato fundi inſtructi: puta ea quæ cõgeſſeram in eo fundo non vſus mei cauſa, ſed gratia cuſtodiæ, puta vinũ quod habebã ibi in apotheca cauſa cuſtodię vel fructus quos ibi repoſueram vt vẽderem. Item nec ſerui qui iã à me cõſecuti fuerant libertatem. Item nec illa mãcipia quæ temporis cauſa in dicto fundo erãt, & nõ vt eſſent fundi inſtrumentum vel meũ. & hoc dicit vſque ad §.idẽ reſpõdit inſtructis horreis &c. vbi dicit quid contineatur in legato horreorũ inſtructorũ, & domus inſtructæ, vſque ad.§. Celſus ſcribit ſeruis qui in fundo &c. Viuianus.

u *Non agri inſtrumentũ.* tantum ſub. alioquin contra: vt ſupra de vſu & hab. ſi ita legatus. in princ. & quod dixit ſupra proxi. plus eſſe cum inſtructus &c. & infra. e.l.§. Neratius. &.§. Papinianus quoque. & facit. C. de verbo. ſignifi. l.j. &.ij. & ſupra de tribu. procuratoris. §. ſi propter.

x *Vitrea.* ſcilicet vaſa.

y *In apothecis.* non vſus ſui gratia.

*Celſus ſcribit.*] CASVS. Legaui tibi ſeruos qui erãt in fundo meo Titiano. nunquid cõtinẽtur vicarij eorũ? Et dicitur ꝙ nõ: niſi ego & de eis ſenſi. Item pone quòd inſtitui mihi heredem filium meũ, & vxori meæ legaui omnia quæ in domo erant. certè non continentur cautiones debitorum vel emptiones ſeruorum, niſi in alia parte teſtamenti appareat me voluiſſe ei legare dictos ſeruos, & dicta debita: quia tunc bene cõtinebuntur dictæ cautiones & emptiones. Viuianus.

z *Supellecticarios.* id eſt qui faciunt ibi ſupellectilia.

a *Hoc genus.* id eſt huiuſmodi ſeruos. ſic.ſ̃.nau. cau ſta.l. & ita.§.j. & ſupra de iis qui notan. infa.l.athletas.§.ait prætor. &. C.de infa. l.detractores.Accurſius.

b *Contineri.* legato fundo inſtructo.Accur.

c *Extra ea.* id eſt præter eos qui libertatem &c. ad quod ſupra de opti.lega.l.cum ita.§.j.

† Macrob. lib.7.Sat. ca. 6. Quid aceto frigidius, quod culpatũ vinũ eſt? Solum enim hoc ex omnibus humoribus creſcẽtem flãmam violẽter extinguit, dum per frigus ſuum calorẽ vincit elementi.

† Phormiones qui dicantur, pulchrè Catellianus Cotta in hac ipſa dictione hamæ verò quæ ſint inſtrumẽta, diſertè Marius Catæneus in epiſtolas Plinij ad Traia. in eam ſcilicet quæ incipit, Cum diuerſam partem prouinciæ &c.

† aliàs ſcaphas.

a] De hypæthris pulchrè Bud. ſ̃, de vſufru. in l.ex ſylua cædua.

b] Prothyra veſtibula dicũtur in domorum ianuis auctore Vitruuio. de prothyro item infra de verb. ſig. l.penul.

† In hũc locũ vide Alexan. ab Alexan. Gen. dierum lib. 5.cap.24 circa finem.

* ſeræ.

† Pegmata quæ dicantur, pulchrè Catellianus Cotta in dictione, ſpecularia.

* collata ſunt.

* Vide in hunc locum Ant. Aug. li. emend.2. cap.4.

† Horreum hic accipe locum non ſolum ad cuſtodiam frugum, ſed & rerum aliarum ſepoſitarum à cotidiano vſu. teſtis Mari⁹ Crapal.lib.1. cap.3.

acceperunt, & qui rure [a] morari ſolebant. Si inſtructum fundum legaſſet: ea pædagogia quæ ibi habebat, vt cùm ibi [†] veniſſet, præſto eſſent [b] in triclinio, legato continentur. Contubernales quoque ſeruorum, id eſt vxores & natos, inſtructo fundo contineri verum eſt. [c] Inſtructo autem fundo, & bibliothecam [d] & libros qui illic erant, vt quotiens veniſſet, [e] vteretur, cõtineri conſtat. Sed ſi quaſi apotheca librorum vtebatur, contra erit dicendum. Neratius quoque libro quarto epiſtularũ Rufino reſpondit: inſtructo fundo & ſupellectilem & vina & mancipia non ſolum ad cultum cuſtodiámve villæ, ſed etiam quę vt ipſi patrifamiliàs in miniſterio ibi eſſent, legato cedere. [f] Imagines quoque hæ ſolæ [g] legatæ videntur, quę in aliquo ornatu villæ fuerunt. Papinianus quoque prædiis inſtructis legatis, mancipia non contineri [h] quæ temporis cauſa illic fuerunt, ac non eo animo tranſtulit [i] paterfamilias, vt aut fundi, aut ſuum inſtrumẽtum faceret. Idem reſpondit, prædiis inſtructis legatis, actorem ex his in prouinciam miſſum, vt ordinatis negotiis ad priſtinum actum redires, legato prædiorum cedere, quamuis nõdum redierit. [k] Idem reſpondit, inſtructis hortis legatis, etiam vina [l] quæ ibi fuerunt quo dominus eſſet inſtructior, contineri. aliud eſſe ſi horrea ibi habuit, vnde inſtruebatur vel in vrbe, vel in aliis prædiis. Idem reſpondit, domo per fideicommiſſum relicta cum ſupellectili Claudio Hieroniano clariſſimo viro ab Vmbrio Primo, & menſas [m] & cæteram ſuppellectilem [n] quàm in hortis [o] * paterfamilias in proconſulatum profecturus contulerat, vt tutiore loco eſſent, contineri. Idem reſpondit, theriacã quoque, & cætera medicamenta quæ receſſus [p] cauſa dominus ibi habuit, & veſtem propter receſſum ibi depoſitam, inſtructo fundo legato ineſſe. Idem reſpondit, domo ita vt inſtructa eſt cum omni iure ſuo legata, vrbanam familiam, item artifices quorum operæ cæteris quoque prædiis exhibebantur, [q] legato non contineri. Hoſtiarij autem, inquit, vel topiarij, diætarij, aquarij domui [r] tantum deſeruientes, continebuntur. Sed quod de artificibus ait, falſum B eſt, ſi eius domus cauſa parati ſunt: licèt aliis quoque prædiis commodabantur. [ſ] Idem reſpondit, domo inſtructa legata, menſas eboreas & libros non contineri. [t] ſed & hoc falſum eſt. Nam omne quidquid in domo fuit quo inſtructior ibi eſſet paterfamilias, continebitur. Supellectilem autem patriſfamiliæ inſtrumentum eſſe [u] nemo dubitat. Denique Neratius libro quarto epiſtularum Mar- C cello fratri ſuo reſpondit, & veſtem domus inſtructæ legato contineri: maximè, inquit, in propoſita ſpecie. proponebatur enim qui legauerat, [x] argentum & rationes excepiſſe. nam qui hæc, inquit, excepit, non poteſt non videri [y] de cæteris rebus quæ in ea eſſent, ſenſiſſe. Sed & ipſe Papinianus eodem libro reſponſorum ait, patrem mercatorem ac fœneratorem qui duos filios, totidem- D que filias heredes inſtituerat, ita legaſſet: *Filiis maribus domum meam inſtructam do lego, daríque iubeo*: merces & pignora an contineantur, quæri poſſe. ſed facilem iudici voluntatis coniecturam fore, cæteris patris facultatibus examinatis. [z] * Celſus ſcribit, ſeruis qui in fundo morarentur legatis, vicarios [a] eorum non contineri: niſi appareat & de vicariis eum ſenſiſſe. Papinianus quoque libro ſeptimo reſponſorum, vxori cui vir omnia quæ in E domo erant, ab herede filia præſtari voluit: cautiones debitorum, emptionéſque [b] ſeruorum non videri legatas reſpõdit: niſi, inquit, ex alia parte & de ſeruis [c] eum cogitaſſe apparuerit: ſcilicet vt eorum ſeruorum ei legaſſe videatur emptiones, quos & ipſos voluit ad eam pertinere.

† Non ſeruantur hic canones grammaticorum, quia nõ ſunt perpetui.

* hortos. aliàs horrea.

* æſtimatis.

Excipiens in vno, in cæteris regulam firmat.

a *Et qui rure.* repete, & præter eos qui rure, id eſt in villa: non tamen in fundo legato. Vel dic non repeti. & ſecudum hoc non ad proximum: ſed ibi, in eo fundo &c. & ſic cedunt legato.

b *Præſto eſſent.* ad tenendum ſtripedium & calcaria, & eum ſequendum. & de his loquitur inſtit. qui ma. non poſ. §. eod. & facit C. de verb. ſign. l. j. & . ij.

c *Verum eſt.* ſic. j. ea. l. §. ſaltuarium. in fin. §. & C. communia vtriuſq; iudi. l. poſſeſſionũ. & . s. de leg. j. ſi domus. §. qui confitetur. Sed arg. contra. s. eo. l. fin. in fi.

d *Bibliothecam.* vas librorum: vt ſupra de lega. iij. l. librorum. §. fina. Accurſius.

e *Veniſſet.* paterfamiliàs in fundum. Accur.

f *Cedere.* ſic. s. eo. §. ſed ſi fundus.

g *Solæ.* q. d. nõ illæ quæ nec fundi nec patrisfamilias inſtrumenta eſſent. Item contra. j. e. l. ſi ita. §. domo. Sol. ibi.

h *Non contineri.* ſic. s. de leg. iij. ſi fund°. & . l. quęſitum. §. fi. & . l. ſi ita. cũ ſuis conc. aliàs eſt contineri, ſine non: ſed eſt falſa litera. Accur.

i *Tranſtulit.* in fundum Accurſius.

k *Redierit.* ſic ſupra de hered. inſtitu. l. ex facto. §. rerum. & . s. proxi. §. cũ concordan.

l *Vina.* C. de verb. ſig. l. j. & . ij. Sed contra. j. e. l. ſi ita. §. domo. Sol. ibi.

m *Menſas.* incipit reſpondere.

n *Supellectilẽ.* in domo eſſe ſolitam.

o *In horrea.* aliàs eſt hortis, & ſub. tempore. aliàs in hortis, cùm fortè eſſet extra vrbem: & quod ſubiicit, contulerat, ſcilicet in domum ſecundum primam: vel in hortis, ſecũdum aliã.

p *Seceſſus.* vt ad tẽpus ſecederet à curis ciuitatis. Accurſius.

q *Exhibebantur.* ſecundariò: vt ſic bene corrigatur. j. item dic quę ſit vrbana familia. s. de leg. iij. l. cum quæreretur. & l. ſeruis vrbanis.

r *Domui.* q. d. non afferebãt aquam in domũ, ſed illatam in domum miniſtrabant. Accur.

ſ *Commodabantur.* ſic ſupra de lega. iij. l. item. §. proinde. & . s. ea. l. §. ſi quis inſtrumentum. & infra eo. l. ſi ita. §. domo. Accurſius.

t *Non contineri.* habeas nõ, & ſic bene corrigit ſtatim. aliàs deeſt nõ: & ſecundũ hoc qđ ſubiicit falſum eſt. ſ. ſine diſtinctione. nam diſtinguitur: vt. s. §. ſed ſi fundus. & . §. inſtrumento. & ſic tollitur contra. quod tunc ſignatur. j. eo. l. ſi ita. §. domo.

u *Inſtrumentum eſſe.* vt & . j. de ſupel. lega. l. j. & . l. Labeo. in prin.

x *Legauerat.* ſcilicet domum inſtructam.

y *Non poteſt non videri.* aliàs eſt, non poteſt non videri: & tunc dic, ſenſiſſe ſcilicet in legando. nam ſine dubio cedunt. aliàs eſt, poteſt videri: ſcilicet ſine non: & tunc dic, ſenſiſſe, ſcilicet excipiendo. & ſic not. quòd qui in vno excipit, in cæteris videtur regulam firmare: vt in authen. de non alien. §. vbi autem. & infra eod. l. cùm de lanionis. §. cùm fundũ. & facit. j. de auro & ar. lega. l. j. & . C. de procura. l. maritus. & . s. de iudic. l. cùm prætor. in princip. & de mino. l. & ſi ſine. §. ſed quod Papinian°. & . l. patri. in prĩc. & . s. de lega. iij. l. vxorem. §. fœliciſſimo. & . l. ſeruis vrbanis. & infra de manumiſſ. teſta. l. ſi peculium. in princip. Sed arg. cõtra ſupra de peti. here. l. item veniũt. §. ſenatuſconſul. & . §. in priuatorum.

z *Examinatis.* vt ſi ſint paucæ, iſta non cedant. arg. s. de leg. j. l. ſi res. in dubio tamen non cedunt, cùm tẽporis cauſa ibi ſint: vt. s. §. Papinianus. & . j. §. Papinianus quoque. & . §. ſed ſi fundus. & . §. inſtrumento. & . s. de leg. j. l. ſi chorus. cum eorum concor.

a *Vicarios.* qui fortè extra fundũ morabantur: alioquin cõtra videtur: vt infra titu. j. l. ſi peculium. §. vicario. vbi videtur legato ſeruo accedere peculiũ: ſed tamen contra eſt: vt infra tit. j. l. antepen. vbi autem quis tibi legat ſeruos ſuos: qui cõtineantur, dic vt. s. de leg. iij. l. cum ſuæ. cum tribus legibus ſeq.

b *Emptionéſque.* ſed cauere debet de exhibendo: vt. C. de fideicom. l. inſtrumenta.

c *Et de ſeruis.* ſcilicet: & inſtrumentis, vt ſubiicit. & facit. s. de lega. iij. l. ſi mihi. in prin. & . §. fi. & . l. quæſitũ. §. j. & . s. e. §. idem reſpõdit domo inſtructa. in fi. & . §. Papinianus. Accur.

*Si quis fundum.* ] CASVS. Fundo inſtructo legato continentur in legato ſupellex & mãcipia, & multa alia de quibus dictum eſt. s. ea. l. §. ſed ſi fundus non ſit &c. modò pone quòd legaui tibi fundum inſtructũ non nominando aliqua expreſſe de prædictis quæ tacite cõtinentur in dicto legato, & poſtea adieci hæc verba, cum ſupellectilibus quæ in dicto fundo ſunt. vel adieci, cum mancipiis quæ in dicto fundo ſunt. vel nominaui aliquam aliam rem de prædictis quæ tacitè in legato continentur. nunquid videor minuiſſe legatum

tum fundi inſtructi.ſ.vt non alia cõtineantur in legato niſi fundus & ſupellectilia nominata à me ſpecialiter? Et dicitur quòd non, & ex abundanti videor adieciſſe ſpecialiter illud quod tacitè cum multis aliis continebatur: ſicut cùm dicitur in diuina ſcriptura, Dicite diſcipulis eius & Petro &c. & de hoc etiam ponit aliud exemplum in matre & filia. Accurſius.

Marc. 16.

a *Non videri minutum.* Sed contra.j. de ſupell. lega.l. legata.ij. reſpon. vbi minuitur. Solu. ſecundùm R.hîc non minuitur perſonæ legatũ: ibi agri minuitur. vel hîc nominauit aliquam de ſpeciebus quãdo plures ſpecies erant in inſtrumento, vt ſuppellex & mãcipia quæ nominãdo non eſt receſſum à priori voluntate. verũ ſi nominaſſet aliquod indiuiduum de illis quę continebãtur in inſtrumento, vel proprio nomine, vel aliqua demõſtratione quæ vice nominis fungitur, vel adiiciendo verum numerum, vt duos vel tres: receſſum videtur à priori voluntate eatenus vt de aliis mancipiis eiuſdem ſpeciei præter quæ nominauit (licèt ibi ſunt plura) nõ teneatur R.& hoc etiam modo ſoluitur.j.eo.l. cùm de lanionis.§. cui fundum. Vel plenius diſtingue: quia cùm legatur ab eodem genus & ſpecies, aut vni, aut diuerſis. ſi vni, aut à ſciente, aut ab errãte. Primo caſu aut remouẽdæ dubitationis cauſa, ſiue ad maiorem euidẽtiam, & tunc non minuit: vt hîc. Aut determinationis gratia, & in hoc caſu ex abundanti genus nominatur: quoniam ei per ſpeciem derogatur: vt.j.eo. cùm de lanionis. §.cui fundum, &.§. quidam, &.j. de ſupel.leg.l. legata. in princ. ſi vero ab errante: eo caſu ex abundanti fit ſpecierum nominatio: ideoque per eam nihil generi derogatur: vt.j.de ſupel.leg.l. legata. in prin. &.j.de aur. & arg. leg.l. pediculis.§. Labeo. & infra de regu. iur.l. quæ dubitationis. ſi autem vni genus, alteri ſpecies legatur, tunc loquitur ſequẽs.§. vt de genere ſemper intelligat ſpeciem exceptam, niſi cõtrarium liqueat: & ſic generi per ſpeciem derogatur: vt & ſupra de lega.iij.l.vxorem.§. fœliciſſimo,&.l.ſeruis vrbanis.§.fi.&.j. de reg.iur.l.in toto,& infra de manumiſ.teſt.l.ſi peculium.in prin.&.ſ. de lega.iij.l.heres meus.§.j. &.l. quæſitum.§.j. ſi autem vniuerſitas & pars legatur vt Richardina Paganella, pro ea parte quæ proprio nomine caret, videtur poſitum totum: vt.j. de reb.dub.l.j. Azo.item facit.j.de alimen.le.l.verba, &.l. alimẽta. §.baſilicæ, &.l. Stichus. Accurſius.

* cauponæ. Vide Anto. Aug. lib. 2. emen.ca.4. & vit.

b *Adiectum.* id eſt appoſitum: ſcilicet quandoque videri: vt patet ex prædictis.ſic &.C.de teſta.l.ſi teſtamentum. Accurſius.

c *Idem Papinianus.* aliàs.§.idem Papinianus, & aliàs lex, inſtructis. aliàs nec lex,nec.§. vſque in finem, & dic quod prædium erat inſtructum ſeruis & aliis rebus quæ erant inſtrumẽta hortorum vel matrisfamiliâs: inter quæ erat argẽti muliebris quædã ſpecies, & ita filio videtur legaſſe illam ſpeciem nõ expreſſim, ſed tacitè R.

d *Ad filiam.* ſumpta præſumptione in hoc tali dubio tam ex rei legatæ quàm ex legatariorum ipſorum qualitate vel cõuenientia. nõ ergo hîc derogatur generi per ſpeciem hoc præcipuè efficiẽdo, quoniam in legãdo hîc ſpecies non ſit expreſſa, & ſic non obſtat huic ſupra de lega.iij.l. ſeruis.§.fina.&.l.heres meus.§.j.&.l. quæſitum.§.j. & quod dixi in ſuperiori.§.

TAbernæ.] CASVS. Legaui tibi inſtrumentum tabernæ meæ, vel tabernam inſtructam. certè continebuntur inſtrumenta ipſius loci, vt vaſa doliaria,& ſimilia. Si autem legaui tibi cauponam inſtructam: cõtinentur non ſolum prædicta, ſed etiam inſti-

Enumeratio ſpecierum reſpiciens actum legandi non reſtringit genus præcedẽs. Item quãdo vni legatur genus, alteri ſpecies: à legato generis ſpecies videtur exempta. h.d.cum.§.ſeq. Barto.

Si quis fundum ita vt inſtructus eſt legauerit, & adiecerit, cum ſupellectili vel mancipiis, vel vna aliqua re, quæ nominatim expreſſa non erat: vtrum minuit legatum adiiciendo ſpeciem, an verò non, quæritur. Et Papinianus reſpondit, non videri minutum,[a] ſed potius ex abundanti adiectum.[b] Idem Papinianus[c] libro ſeptimo reſponſorũ ait: Inſtructis hortis filio legatis, mater argentũ muliebre filię legauerat. Reſpõdit, etiam id argentũ muliebre quod in hortis habuit vt ibi eſſet inſtructior, ad filiam[d] pertinere.

Taberna nomen eſt loci, caupona nomen eſt negotiationis. Bartolus.

XIII. PAVLVS *libro quarto ad ſabinum.*

TAbernæ cauponiæ[c] * inſtrumento legato, etiam inſtitores cõtineri Neratius exiſtimat.[f] Sed videndum[g] ne inter inſtrumentũ tabernæ cauponiæ, & inſtrumentum cauponæ ſit diſcrimen: vt tabernæ non niſi loci[h] inſtrumenta ſint, vt dolia, vaſa, ancones, calices, trullæ quę circa cœnam * ſolent traiici: item vrnæ æreæ,& congiaria, ſexaria, & ſimilia. Cauponæ autem, cũ negotiationis nomen ſit, etiam

B inſtitores.[i] Inſtrumento[k] balneario legato, etiam balneatorẽ contineri Neratius reſpondit.

XIIII. IDEM *libro ſecundo ad Vitellium.*

COntinetur autem & fornicator.[l] *

XV. POMPONIVS *libro ſexto ad ſabinum.*

SI ita teſtamento ſcriptum ſit, *Quæ tabernarum exercendarum, inſtruendarum, piſtrini, cauponæ cauſa facta paratáque ſunt, do lego:* his

C verbis Seruius reſpondit, & caballos[m] qui in piſtrinis eſſent, & piſtores,[n] & in cauponio inſtitores & focariam, mercéſque quæ in his tabernis eſſent, legatas videri. Domo inſtructa, † reſponſum eſt ſupellectilem legatam, non etiam vina:[o] quia domus vinis inſtructa intelligi non poteſt.[p]

A tores quos præpoſueram dictæ cauponæ exercẽdæ. hoc enim nomen caupona eſt nomen negotiationis, quod non eſt in nomine tabernæ. ſed & ſi legaui tibi balneum inſtructum: cõtinetur balneator & fornacator. ſed & ſi ita ſcripſi in teſtamento meo, quæ tabernarum exercendarum & inſtruendarum cauſa facta parata ſunt, do lego Titio: & etiam lego eidẽ ea quæ cauſa exercendi & inſtruendi piſtrini & cauponæ facta parata ſunt & poſtea deceſſi. certè legati videntur caballi qui in piſtrinis erant: & piſtores & ĩſtitores qui erant in caupona, & etiam focaria quę erat in caupona,& etiam merces quæ erãt in prædictis locis. Sed nunquid domo inſtructa legata continentur vina quæ ibi erant? Et dicitur ꝙ nõ: quia non poteſt domus intelligi inſtructa vinis. & hoc vſq; ad.l.ſi ita.§.mulier. Viuianus.

* Rectè ſic Flo. & manuſcr. perperã Alci. legebat ahenum li. 7. parerg. ca 3.

c *Tabernæ cauponiæ.* id eſt vbi eſt vinũ & ſimilia parata ad vẽdendũ, ſed nõ vendunt adhuc: vt differat à caupona in qua iam exercetur negotiatio vini,& vt differat à taberna in genere quę eſt vbicũque negotiatio exercetur: vt.j.eo.l.cùm quæritur. Accurſius.

* fornacator. Bud. ſ. ad leg. Aqui. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi fornicarius.

f *Neratius exiſtimat.* & malè. Accurſius.

g *Sed videndum.* corrigendo Neratium.

h *Loci.* id eſt quæ ſemper ibi ſtant. ſed inſtitores finito negotio recedunt. & ſecundum hoc intelligi poteſt infra de verb.ſigni.l.ſi inſtructum.§.j. ſecundum H.

† Adde hic quòd etiam quandoque appellatiõe domus cõtinetur ſubſtãtia & patrimoniũ: vt.l. 1.C.de Iudæ & Manich. &.l 1. C. ne lice.poten. Alex. in l lecta.ſ. ſi cer. peta.

i *Etiam inſtitores.* ſcilicet contineri qui tãtum negotiationi cauponæ vel tabernæ operam præſtant. ipſi enim potius inferri putãtur, quàm ipſi tabernæ inferãt: vt.j. eo. cùm de lanionis.§.j. & de colono dicitur.ſ.eo.l.quæſitum.§. Alphenus.&.j.eo.§.fina.&.j.l.proxi. in princi. Accurſius.

D

k *Inſtrumento contineri.* ſcilicet quandoque, vt ſi paterfamiliâs per ſe balneum exercebat: vt &.j. eo. cùm de lanionis.§.j.&.ſ.proxi. reſpon.&.j.eo.l.pictoris.§. fin.

l COntinetur. *Et fornicator.* qui facit ignem ad calefactionem balnei. ſed certè ille dicitur fornacarius, vt.ſ.ad le. Aquil.ſi ſeruus ſeruum.§. ſi fornacarius. Vel fortè fornicator, qui meretricem ducit vt Cacus, vel ipſe eſt meretricator.

m SI ita. *Et caballos.* cauſa ducendi piſtrinum.

n *Et piſtores.* hos piſtores & inſtitores dicas contineri quando dominus exercet per ſe, & iſtis vtitur vt inſtrumentis. cæterum ſi ipſi exercẽt inſtrumẽtum eis paratum, non ipſi ſunt inſtrumẽtum: vt de colono.ſ.l. quæſitum.§. Alphenus. in fine.§.& ſupra eo. titu.

E cùm de lanionis.§.j.&.ſ.eod.l. proxi.in princi. &.§.j. &.§.fi. & hîc dicit. R. ſecundos non primos contineri.

o *Non etiam vina.* cõtra.C. de ver.ſignifi.l.j.&.ſ.eo.l.quæſitum.§. ſed ſi fundus, &.§. Neratius, &.§. idem reſpon. inſtructis horreis quibus dicitur cõtineri vina. Sol. aliud in fundo, vt ibi: quàm in domo, vt hîc: & eſt ratio, quia ex fundo plerunque naſcitur. Vel ibi gratia vſu: patrisfamiliâs: hîc cauſa cuſtodiæ. & ſecũdum hoc non refert inter fundum & domum.

p *Intelligi non poteſt.* niſi ſecundum quod dixi quando eſt gratia vſus. Accurſius.

*Mulier.*] CASVS. In fundo meo Titiano erat quædam villa, id eſt paruula domus, in qua ſtabat Arethuſa ancilla mea cauſa perpetuæ cuſtodiæ. ego feci teſtamentum, & legaui dictum fundum Titio cùm inſtrumento, vel inſtructum. nunquid continebitur in legato dicta mulier? Et dicitur quòd ſic, ſicut continentur ſaltuarij quos habebam in eodem fundo, cùm enim ſit

vtriuſque par ratio, idem ius ſtatuendum eſt. deſiderant enim ita bene cuſtodiam villæ ſicut agri. illic enim, id eſt in agris deſideratur cuſtodia per ſaltuarios, ne quid vicini occupent de agro vel de fructibus in agro pendentibus. hîc autem, id eſt in villa deſideratur cuſtodia ne quid vicini occupent cæterarum rerum quæ continentur in villa. dicta autem villa ſine dubio eſt pars dicti fundi: & ideò dictus legatarius vindicabit eam propter dictum legatum. Viuia.

a *Perpetua*. ad hoc ſupra de pigno. l. debitor. cum concor.

b *ſaltuarius*. ad quod eſt. ſ. eod. l. inſtrumenta. §. fina. & l. quæſitum. §. ſaltuarium. & de leg. iij. cùm quæreretur. §. fina. & .j. eo. l. idem. §. fina.

c *Pars enim*. ergo idem eſt ius: vt & .ſ. ad le. Aquil. l. illud. Accurſius.

d *Pars fundi*. facit .j. de verbo. ſign. fundi. & .ſ. quibus modis vſusfruc. amit. l. fundi.

V*illæ*.] CASVS. Si lego tibi inſtrumētum domunculæ quam habeo in rure cauſa colligendi fructus, non cōtinetur ſupellex. Secundò dicit, quod ſi lego tibi vineā, & eius inſtrumentum, continentur nomine inſtrumenti pali, & perticæ, & raſtri, & ligones. Tertiò dicit, quod ſi lego tibi fundū ſicut inſtructus eſt, in quo ego habitabā continentur mulieres lanificæ quæ erāt in fundo, quamuis non continerentur ſi ego in eo habitarem. Viuianus.

**Inſtrumento fundi cedit mulier quæ villam cuſtodit, ſicut & ſaltuarius. Bartolus.**

Mulier villę cuſtos perpetua, [a] fundo qui cum inſtrumento legatus eſſet, aut inſtructo, continebitur, ſicuti ſaltuarius. [b] par enim [c] ratio eſt. Nam deſiderant tam villæ quàm agri cuſtodiā: illic, ne quid vicini aut agri aut fructuum occupent: hîc, ne quid cęterarum rerū quæ in villa continentur. Villa autem ſine vlla dubitatione pars fundi [d] habetur.

**Villæ inſtrumento non continetur ſupellex. Bartolus.**

XVI. ALFENVS *libro ſecundo Digeſtorū à Paulo epitomatorum.*

VIllæ [e] inſtrumento legato [f] ſupellectilem non contineri [g] verius eſt. Vinea & inſtrumento eius legato, inſtrumentū vineæ nihil eſſe Seruius reſpondit. qui eum [h] conſulebat, Cornelium reſpondiſſe aiebat: palos, [i] perticas, raſtros, ligones inſtrumenti vineæ eſſe. quod verius eſt. Quidam vxori fundum vti inſtructus [k] eſſet, in quo ipſe habitabat, legauit. Conſultus de mulieribus lanificis, an inſtrumento continerentur, reſpondit, non quidem eſſe inſtrumenti fundi: [l] ſed quoniam ipſe paterfamiliâs qui legaſſet, in eo fundo habitaſſet: dubitari nō oportere, quin & ancillæ & cæteræ res quibus paterfamiliâs in eo fundo eſſet inſtructus, omnes legatæ viderentur.

e *villæ*. id eſt ruſtici ædificij: vt infra de verbo. ſign. fundi appellatione. & .ſ. l. proxi. §. finā.

f *Legato*. ſecus ſi villa inſtructa legetur: vbi diſtinguitur, legetur fundus inſtructus, vel cum inſtrumento: vt .ſ. l. quæſitum. §. ſupellex, & .§. ſed ſi fundus. ibi, proinde &c. Accurſius.

g *Non contineri*. contra .j. eo. Seia. §. penul. Solu. ibi.

h *Qui eum*. Seruium.

i *Palos*. ſic ſupra de vſufruct. item ſi. §. ſi.

k *Inſtructus*. Not. inſtructus. ſecus ſi cum inſtrumento: vt .ſ. eod. quæſitum. §. ſed ſi fundus.

l *Inſtrumenti fundi*. ſed patriſfami. ſi modò vt ibi eſſet inſtructior habebat: aliàs ſi vt extra fundum locaret, non continetur legato: vt .ſ. eo. quæſitum. §. ſed ſi fundus. & .§. Papinianus. & .j. eo. l. & ſi mancipia. in prin. in caſu tamen ſunt etiam inſtrumenta fundi: vt ſi erant lanificæ ad veſtiendum familiam ruſticam: vt .ſ. e. l. quæſitum. §. ſaltuarium.

P*ictoris*.] CASVS. Iſta lex planè ponit quid contineatur legato inſtrumento pictoris ſerui, vel inſtrumento piſcatorio, vel inſtrumento balneatorio. Viuianus.

m *Cauteria*. [a] plumbea, cum quibus fiunt deſignationes antequā fiat pictura.

n *Et conchæ*. vaſcula in quibus ſtant colores, quæ dicuntur eſſe de auriculis piſcium. Accurſius.

o *Piſcatores*. ſeruos, & hoc cùm ipſe teſtator piſcator erat, & ſeruos piſcatores habebat in eo miniſterio: vt & infra le. proxi. §. j. & dixi. ſ. eo. ſi ita. in princ.

p *Balneatorem*. ſcilicet ſeruum: vt .ſ. eo. l. tabern. in fin. cùm ipſe dominus præſit balneo. & no. ſ. proxi. reſpon.

q *Saltuarum*. id eſt ſaltus cuſtodem: eſt topiarius ornator ſaltus: vt ſupra de lega. iij. cùm quæreretur. §. fin. & facit .ſ. eo. inſtrumēta. §. fin. & l. quæſitum. §. ſaltuarium, & l. ſi ita. §. fina.

r *Inſtitorem*. ſupra eo. l. tabernæ. §. pen.

ſ *Non poſſint*. facit .ſ. de iuriſdi. om. iudi. l. ij. cum ſuis concor.

a] Cælius Rhodig. lib. lect. antiq. 7. cap. vlti. ſunt & ſua inquit, pictoribus cauteria, in ea pingendi ratione quā vocāt encauſticen, Latinè inuſtariā dicimus, coloribus inuſtis & ceris igne reſolutis. vnde factū vulgo vt librariū atramentū dicatur encauſtū. hæc ille.

C*Vm de lanionis*.] CASVS. Hæc lex primò ponit quid cōtineatur legato inſtrumento ſerui lanionis. Secundò dicit, quòd ad ſciendum quid contineatur inſtrumento legato, eſt neceſſe quandoque inſpici perſonas legantium. nam ſi lego tibi inſtrumētum piſtorium, ita demum continentur legato ſerui piſtores qui ſeruiebant mihi in piſtrino, ſi ego piſtrinum exercebam, & nō aliàs. multum enim intereſt vtrum inſtrumentum ſit paratum piſtoribus, id eſt ipſis dominis per ſe molentibus: quo caſu continebuntur in dicto legato ſerui piſtores. an piſtrinum ſit paratum ſeruis molentibus ſine dominis: quo caſu non continētur ipſi ſerui. [ASINAM.] Titius habens in fundo ſuo molendinum quod aſina ducebat, fecit teſtamentum, & legauit Seio dictū fundum cū inſtrumento fundi. nūquid continetur dicta aſina, & mola molendini? Et dicitur quod nō. bene tamen continentur cacabi & patinæ: quia pulmētarium ſiue comeſtio nō poteſt coqui ſine prædictis. Item continetur vas ahenum quod ſupra focum pendet, in quo calefit aqua ad potādum. & eadem ratione continentur vrcei quibus aqua infunditur in dictum vas ahenum, & etiam illa vaſa continentur quibus aqua infūditur in dictos vrceos. & ſic vſque ad infinitum. & hoc ſi voluit teſtator. ſi autē non apparet voluntas teſtatoris, debemus inſpicere conſuetudinem regionis vnde erat teſtator, ſcilicet quid erat in conſuetudine ibi quid contineretur appellatione inſtrumenti fundi. Item continetur appellatione inſtrumenti fundi villicus ſeruus qui colebat fundum fide dominica: non autem ſi colebat certa quantitate penſionis. Item continetur meta. i. inferior pars molæ ſi molebatur ruſticis fundi. Item bubulcus ſiue arabat fundum cum bobus, ſiue paſcebat boues aratorios. quilibet enim prædictorum dicitur bubulcus. Item & putatores vineæ qui erant in fundo. Item paſtores & foſſores. [ITEM CVM FVNDVS.] Legaui Titio fundum Seianum ita vt optimus maximúſque eſt, cum omni inſtrumento ruſtico & vrbano, & mancipiis quæ ibi ſunt. nunquid debentur ei femina quæ in fundo erant? Et dicitur quòd ſic, niſi heres probet aliud me teſtatorem ſenſiſſe. Item debetur ei frumentum repoſitū in fundo pro paſcendis mancipiis quæ erant in fundo. ſequens. §. dicit quid continetur inſtrumento ſerui medici cum inſtrumento legati. [CVI FVNDVM.] Titius habens fundum in quo erant decem ſerui qui operabantur ibi, & ita erant fundi inſtructi dicti ſerui: legauit Seio dictum fundum inſtructum: & poſtea eidem Seio legauit ſpecialiter quinque de dictis mancipiis. nunquid alij ſerui qui non ſunt nominati, continentur amodo ſub appellatione inſtrumenti fundi? Et dicitur quòd non: quia ex eo quòd teſtator nominauit ſpecialiter poſtea quinque ex ſeruis, vt dictum eſt, apparet eum non intellexiſſe dictos decem ſeruos eſſe annumeratos inſtrumento fundi, id eſt contineri inſtrumento fundi. [SABINVS AIT.] Legaui tibi fundum, & ea quæ in eo ſunt. certè habebis fundum, & ea quæ ſolita ſunt eſſe in eo fundo: non autem ea quæ tu curaſti poni in eo fundo, vnde legatum tuum cumularetur. [QVIDAM.] Titius legauit Seio hoc modo: Villam meam vti ego ipſe poſſedi, lego Seio cum ſuppellectili & menſis & mancipiis quæ ibi deputabantur, vrbanis & ruſticis, & cum vinis quæ in diem mortis meæ ibi erunt, & cum decem aureis. & poſtea deceſſit dictus teſtator, & tempore mortis

**Pictoris vel balneatoris vel lanionis inſtrumento legato, omnia neceſſaria ad ſuum miniſterium continentur. Bartolus.**

XVII. MARCIANVS *libro ſeptimo Inſtitutionum.*

ITem * pictoris inſtrumento legato, ceræ, colores, ſimiliáque horum legato cedunt: item peniculi, & cauteria, [m] & conchæ. [n] Inſtrumento piſcatorio contineri Ariſto ait naucellas, * quæ piſcium capiendorum cauſa comparatæ ſunt. Sed & piſcatores [o] contineri, verius eſt.

Inſtrumento balneatorio legato, dictum eſt balneatorem [p] ſic inſtrumento cōtineri balneario, quomodo inſtrumento fundi ſaltuarium, [q] & topiarios, & inſtrumento cauponio inſtitorem: [r] cùm balneæ ſine balneatoribus vſum ſuum præbere non poſſint. [ſ]

XVIII. PAVLVS *libro ſecundo ad Vitellium.*

* Pictoris

* naucellas

mortis ſuæ inuenta fuerunt in fundo non ſolùm prædicta nominata, ſed etiam libri plures,& vitrea vaſa, & veſticula ipſius. nunquid debentur legatario dicti libri & vitreamina & veſticula? Et dicitur quòd non, imò ſola ea quæ expreſſit in legato. [DOMVM.] Legauit Titius mihi domum inſtructam cum omnibus affixis. certè non continentur nomina debitorũ quæ erant in domo. Viuianus.

regu.iur.le.ſemper in ſtipulationibus.& infra de flu. & ne quid in flu.pu.l.ij.§.j. Accurſius. A

z Cùm de villico. ad hoc.ſ.eo.l. inſtrumenta.in princ.

a Quantitate. vt extraneus colonus.

b Sed fide dominica. i. domino debita. & facit.ſ.eo.quæſitum.§.Alphenus. in fin. &.j.eo.l. Seiæ.§.j.Hug.

CVm de lanionis [a] inſtrumẽto quæritur: ſemota carne,[b] menſas,[c] pondera,[d] ferramentáque laniandæ [e] carnis cauſa præparata, item trutinas,[f] cultros, dolabras [g] inſtrumento relinquimus. Inſtrumento legato, aliquando etiam perſonas legantium neceſſe eſt inſpici: vt ecce piſtorio inſtrumẽto legato ita ipſi piſtores [h] ineſſe videri poſſunt, ſi paterfamiliâs piſtrinum exercuit.[i] nam plurimum intereſt, inſtrumentum [k] piſtoribus,[l] an piſtrino paratum [m] ſit. Aſinam [n] molendariam,* & molam negat [o] Neratius inſtrumẽto fundi contineri. Item cacabos [p] & patinas [q] in inſtrumento fundi eſſe dicimus: quia ſine his pulmentarium [r] coqui non poteſt. Nec multum refert inter cacabos & aenum [ſ] quod ſupra focum pendet. hîc [t] aqua ad potandum calefit, in illis pulmentarium coquitur. Quod ſi aẽnum inſtrumento continetur,[u] vrcei quoque quibus aqua in aẽnum infunditur, in idem genus rediguntur: ac deinceps in infinitum primis quibuſque proxima copulata [x] procedunt. Optimum ergo eſſe Pedius ait, non propriam verborum ſignificationem ſcrutari, ſed in primis quid teſtator demonſtrare voluerit, deinde in qua præſumptione [y] ſunt qui in quaque regione commorantur. Cùm de villico [z] quæreretur,& an inſtrumento ineſſet, & dubitaretur: Scæuola conſultus reſpondit, ſi non penſionis certa quãtitate,[a] ſed fide dominica [b] coleretur, deberi. Idem conſultus de meta molendaria * reſpondit, ſi ruſticis eius fundi operariis moleretur, eam quoque deberi. Eſt autem meta inferior [c] pars molæ, catillus ſuperior. De bubulco quoque ita reſpondit, ſiue de eo qui bubus * ibi araret, ſiue de eo qui boues eius fundi aratores paſceret, quæreretur, deberi.[d] De putatoribus [e] quoque ita reſpondit, ſi eius fundi cauſa haberentur, ineſſe.[f] Paſtores [g] quoque & foſſores [h] ad legatarium pertinere. Item cùm fundus ita legatus eſſet, *Mæuio fundum Seianum ita vt optimus maximúſque eſt, cum omni inſtrumento ruſtico & vrbano,& mancipiis quæ ibi ſunt*: B & quæreretur, an ſemina [i] deberentur, reſpondit, verius eſſe deberi, niſi aliud teſtatorem ſenſiſſe heres probaret. Idẽ reſpondit de frumento repoſito ad mancipiorum exhibitionem. In inſtrumento medici eſſe collyria,[k] & emplaſtra, & cætera eius generis Caſſius ſcribit.

C Enumeratio quorundam indiuiduorum à legato generis eximit ſpeciem ſub qua indiuidua enumerata comprehenduntur. Bartolus.

Cui fundum inſtructum legauerat, nominatim mancipia [l] legauit. Quæſitum eſt, an reliqua mancipia quæ non nominaſſet, inſtrumento cederent. Caſſius ait, reſponſum eſſe, tametſi mancipia inſtructi fundi ſint, tamen videri eos ſolos [m] legatos eſſe, qui nominati eſſent: quòd [n] appareret non intellexiſſe [o] patremfamiliâs inſtrumento quoque ſeruos [p] adnumeratos eſſe. D

In dubio ea videntur eſſe in fundo quæ maiori parte anni ibi ſunt. Bartolus.

Sabinus: Cui fundus, quæq; ibi ſint, legata ſunt: ei fundus, & omnia quæ in eo ſolîta ſunt eſſe, quæq; ibi maiore parte anni morari, & hi qui in eum manendi [q] cauſa recipere ſe conſueuerunt, legati videntur. At ſi qua conſultò [r] in fundo congeſta contractáve ſunt, E quo legatum cumularetur: ea non videntur [ſ] legata eſſe.

a Cùm de lanionis. id eſt macellarij ſiue bocharij: à laniando ſic dicti, quia dilaniãt, id eſt per fruſtra incidunt carnes, & vendunt. vel id eſt quia lanam ſeparant & diuidunt à coriis beſtiarum, & exuunt ſiue excoriant beſtias: & ſic dicitur lanio à lanicio: vt argu.ſ. de vſu & habi.l. plenum.§.fi.H.

b ſemota carne. hęc enĩ non cedit legato.

*molendinariam Carnes ponderandæ ſunt.

c Menſas. ſuper quibus venditur caro vel etiam lana.

d Pondera. quibus põderãtur carnes cum venduntur.

e Laniandæ. id eſt occidendæ, vel diuidendæ, vel ſeparãdæ à coriis & lana. Accurſius.

f Trutinas. id eſt ſtateras ſiue balanceas.

g Dolabras. id eſt bipẽnes cum qua dolãtur ligna, vel quod habet duo labra, ſecũdum Hugo. Accurſius.

h Piſtores. ſ. ſerui.

i Exercuit. per ſe.

k Inſtrumentum. i. ſerui de quibus quæritur.

l Piſtoribus. id eſt dominis per ſe exercentibus.

m Piſtrinum paratum. ſcilicet ſeruis, quaſi ipſi præcipiant in piſtrino: vt primo caſu cedãt legato: ſecũdo non: & ſic inſtrumento agri: vt.ſ.e.l.quęſitum.§.Alphenus. & dicitur hîc piſtrinum id eſt furnus. aliàs pro molendino ponitur, ſecundùm Hugo.

*molendinaria.

n Aſinam. redit ad inſtrumenta fundi. dic ergo aſinam quæ ducit molam.

o Negat. niſi ſit ruſtico operi deputata: vt.j.ea.l.§.idem conſultus.

p Cacabos. id eſt lebetes. Accurſius.

*bobus

q Patinas. i. patellas.

r Pulmentarium. ſuauis cibus, ſecundum Hug.

ſ Et aẽnum. id eſt caldarium vel patolum à materia ſic dictum.

t Hîc. id eſt in aẽno.

u Continetur. quod apparet ex præmiſſis, cùm non differat à cacabo,& hoc ſecundario: directo autem inſtrumento coquinario cõtinetur: vt.j.de auro & argẽ. lega.l. & ſi non ſint §. ſi cui.

x Copulata. infra eo.fundi.§.fin.& ad idem.ſ.de iuriſ.om. iudi.l.ij. cum concor.

y Præſumptione. i. conſuetudine ex qua voluntas teſtatoris præſumitur.ſic.ſ.de ædil. edic. ſciendum.§.illud. & de lega.j. le. ſi ſeruus plurium.§. fina. & de lega.iij.l. nummis. &.le. non aliter.§.j. & de fundum inſtructum &c.Accurſius.

c Inferior. id eſt pauimentum molendini, vel fortè inferior mola ſiue machina. ſed catillus ſuperior, quia paulatim de eo cadit frumentum in molam.

d Deberi. legatario: vt fundi inſtrumentum.

e De putatoribus. vitium vel arborũ. ad quod.ſ. ad.l. Aquil. ſi putator.

f Ineſſe. inſtrumento fundi.

g Paſtores. ouium: vt.ſ. eo.inſtrumẽta. in fin.

h Et foſſores. qui faciũt foſſata vt aqua non ſtet in fũdo. Et no.quod ab illo.§.bubulco. vſq; huc dicit de inſtrumẽtis cauſa quęrẽdorum fructuum: vt.ſ.eo.l.inſtrumẽta. in princ.

i Semina. facit ſupra de vſufruc.l.item ſi.§. ſeminarios.

k Collyria. expone vt inſti.de rerum diui.§.cùm ex aliena. Accur.

l Mancipia. ſcilicet ruſtica.

m Eos ſolos. Sic ergo genus præcedens reſtringitur per ſpecies expreſſas. Sed contra.j.de ſupellec. legata.l. legata.j. reſpon. Sol. hîc ſciebat defunctus quid cõtinebatur appellatione inſtrumenti, ibi non. vel hîc propria nomina expreſſit, vt Stichum Pamphilum & Erotem: ibi ſpeciem generis, vt mãcipia. Sed huic ſolutioni ob.j.de ali. & cibi.le.l.verba. Vel hîc certum numerum expreſſit, vt & ibi in.ij. &.iij. reſpõ. eiuſdem legis contrarię dicitur. Vel hîc non intellexit ſeruos contineri in primis verbis ſcilicet inſtrumento, ibi ſic. Vel dic plenè vt not.ſ. eod. quæſitum.§. pe.& fi. & facit.ſ. de leg.iij. quęſitum.§.j.&.l.heres.§.j. & j.eo.quidam.&.j. de ali.leg.l.Stichus.

n Quòd. id eſt quia.

o Intellexiſſe. cùm dixit

p Seruos. ſcilicet nominatos vel alios.

q Manendi. perpetuò.

r Conſulto. legatarij dolo & machinatione: vt ſupra de lega.ij.cùm ita legatur.

ſ Non videntur. niſi teſtatorem id voluiſſe euidẽter appareat: vt.ſ. de leg.iij. Iulianus.§.fi. & facit.j.de pe.lega.l. nam quod.§.j.&.j.de auro & argen.leg.ſi vxori.§.j.&.ſ. de leg.ij. ſi fundus. &.l. quęſitũ. § ij.& fi.&.l.pe.in princ. &.§.j. &.l.ſi ita. &.l. ſi chorus.§.j. & ſupra de vſufru.lega.l.generali.§.j.& de leg.ij.l. Gaius.

Si enumeratio ſpecierum venit ad determinationem verbi per quod genus ſignificatur, videtur facta cauſa determinationis. Bartolus.

Quidam cum ita legaſſet, *Villam* [a] *meam ita vt ipſe poſſedi, cum ſupellectile,* [b] *menſis, mancipiis quæ ibi deputabuntur, vrbanis & ruſticis, vinis quæ in diem mortis meæ ibi* B *erunt, & decem aureis*: & quæreretur, cùm in diẽ mortis ibi libros, & vitreamina, & veſticulam habuerit, an eadem omnia legato cederent, [c] quoniam quædam enumeraſſet. Scęuola reſpondit, ſpecialiter expreſſa quæ legato cederent. Domum inſtructam legauit cum omnibus adfixis. quæritur de inſtrumentis debitorum, an ea legatarius habere poteſt. Reſpondit, ſecundũ ea quæ proponerentur, non poſſe. [d]

Legatum inſtrumenti eſt vniuerſale, ideò recipit agumentum vſq; ad mortem teſtatoris. Item enumeratio ſpecierum in dubio fit cauſa augendi legatum. Bar.

XIX. PAVLVS *libro tertiodecimo Reſponſorum.*

SI mancipia [e] quæ poſt teſtamentum factum in fundum Seię relictum à teſtatore inducta fundi colendi gratia in eodem fundo fuerint: [f] ea quoq; inſtrumento fundi contineri reſpondi. quãuis enim ea mãcipia teſtator demõſtraſſet quæ tunc ibi eſſent cùm legaret: tamẽ non minuendi legati, ſed augendi cauſa mãcipiorum quoque fecit mentionem. Cæterùm inſtrumento [g] fundi mancipia quoque colendi agri cauſa inducta [h] contineri nõ ambigitur. Paulus reſpondit, villæ inſtrumento neque fructus repoſitos, neque equitium contineri, ſupellectilem* autem legato cedere: [i] ſeruum verò arte fabrica peritum, qui annuam mercedem præſtabat, [k] inſtrumento villæ non contineri.

C Per enumerationem ſpecierũ factam in codicillis reſtringitur legatum generis factum in teſtamento. Bartolus.

XX. SCÆVOLA *libro tertio Reſponſorum.*

SEiæ ex parte heredi inſtitutæ, ſi heres erit, fundos per

* Flo. ſupellectile.

a *Villam.* id eſt domum.

b *Supellectile.* hoc eſt generale nomen: ſequentia ſpecialia ſunt, A quæ reſtringunt genus: vt.j. ſubiicit. Accurſius.

c *Cederent.* non autem cætera: vt.ſ.ea.l.§. cui fundus. & quod no. ſupra eo.l. quæſitum.§. pen. Item ad hoc quòd ſpecies derogat generi: vt.ſ.de lega.iij.leg. vxorem.§.feliciſſimo.& l.heres.§.j.&.l. ea tamẽ. &.j.de ſupel. leg.l.legata.ij.&.iij.reſpon. & infra de ali.lega.l.alimenta.§.baſilicæ.&.l.Stich9. in princ.

d *Non poſſe.* ſic.ſ.de lega.ij. Gaius. in princ. & ſ.de lega. iij. vxorem.§. legauerat.&.l.ſi mihi.in prin.§.j. &.j.eo.l.cũ fundus. Accurſius.

SI *mancipia.*] CASVS. Titius legauit Seiæ fundum cũ inſtrumento & mancipiis quæ ibi ſunt. & poſtea in eũ fundum tranſtulit idem Titius quoſdam ſeruos vt ibi perpetuo morarentur. & poſtea deceſſit idem Titius. nunc quæritur, nũquid dicti ſerui cedant dicto legato? Et videbatur quibuſdã quod non, quaſi in hoc caſu non poſſint contineri appellatione mancipiorũ propter verba in legato poſita: illa ſcilicet, & mãcipiis quę ibi ſunt &c. quibus demõſtrauerat teſtator illos tantùm ſeruos contineri qui erant in fundo tẽpore mortis. Item & videbatur eiſdem quod non, quaſi in hoc caſu non poſſint cõtineri dicti ſerui appellatione inſtrumenti: quia qui inſtrumentum legat, & mancipia nominat, videtur nolle intelligere in inſtrumẽto ſeruos. ſed eis malè videtur: quia bene continebuntur in legato dicti ſerui, non ob alleg. illorum. [PAVLVS RESPON.] Legaui Titio villam, id eſt paruulam domum cum inſtrumento. certè non cõtinetur legato equitium quod erat in dicta domũcula: nec etiã fructus ibidẽ repoſiti: nec ſeruus peritus in arte fabrica qui annuã mercedẽ præſtabat domino: ſed ſupellex bene cõtinetur. Viu.

e *Si mancipia.* teſtator legauit fundum cum inſtrumento, & cum mancipiis quæ ibi erant. deinde in eodem fundo induxit poſtea mancipia vt perpetuò ibi eſſent. quæritur, an cedãt legato? Et videtur quòd non: nam ex vocabulo, [a] mancipiis, non: quia dixit, quæ ibi erant: at hi non erant tunc. Item ex verbo, cũ inſtrumento, non: quia eo verbo non continentur ſerui, cùm poſtea de his dicit: vt.ſ. eo.l. proxi.§. cui fundum. ſed tamen dicit ea contineri ex primo ver. ſcilicet cum inſtrumento. nam adiectio, cum mancipiis, cauſa ampliandi non minuẽdi legatum fuit facta, vnde non debet retorqueri in læſionem legatariæ. ſicut ergo ex primis verbis, ſcilicet cum inſtrumento, continentur poſtea inducta mancipia ſi nihil eſſet adiectum: vt.j.eo.l. penul. ita & nunc. nec ob. prędictus.§. cui fundum. quia ibi propriis nominibus expreſſit: hîc in genere adiecit, cum mancipiis. Accurſius.

a] Vltra hoc quæro: quid in partu eorum? an cõtineatur in legato mãcipiorum? dic quod non per tex. in.l. vxorem.§.ſorori.ſ.de lega.3.

f *Fuerint.* ſcilicet tunc cum teſtator moritur: vt ſcilicet ſic liqueat hac voluntate ibi dimiſiſſe. Accurſius.

g *Cæterùm inſtrumento.* & ſi nihil eſſet adiectũ: vt.j.l.pen. Accur.

h *Inducta.* vt ibi ſint perpetuò: vt.ſ.de actio.empt.le.fundi.§. Labeo. & ſic apparet teſtatorem hoc voluiſſe. & ſic non eſt cõtra.ſ. de leg.iij.l. Iulianus.§.fin. & facit quòd huiuſmodi generalia legata poſſint augeri.ſ. de vſuris.l. equis.§.j. & de lega.ij. peculium. in princi. & de lega.j.l. ſi ex toto. in princ.&.l. grege. in princ. &.§.j. &.l.quod in rerum.§.ſi quis.& inſtitu. de legatis.§. ſi grex.& infra de ali.leg.filios.§.fina.

i *Cedere.* contra.ſ. eo.le. villæ. in princ. Solu. hîc quidam habent literam, ſupellectili: ſcilicet legata. & dicunt cedere. ſ. prædicta omnia, ſed ſeruos non: vt ſubiicit: quia animalia in ſupellectili non ſunt: vt.j. de ſupel.lega.l.ij. & ſic non habent.§. ſeruum verò &c. ſed non placet: quia non dicit infra appellatione ſupellectilis non contineri ſeruum, ſed ſeruum non cõtineri inſtrumento. Alij habent ſupellectilem, & tunc eſt cõtra.l. villæ. vnde dicunt cancellãdum hunc verſum. Sed tu dic ſi legatur inſtrumentum villæ hoc modo, villam cum inſtrumento: tunc non cedit: vt in contrario. ſi autem villam inſtructam, tunc ſic: vt.ſ.eo.l. quæſitum.§. ſed ſi fundus. Et quod de ſeruo ſubiicit, ideò eſt, quia nec fundi nec patrisfamiliâs eſt inſtrumentũ: vt.ſ.l.quæſitum.§.Papinianus quoque.&.§.Alphenus.&.j.l. proxi.§.j.

Animalia in ſupellectili non ſunt.

k *Præſtabat.* ſcilicet domino, & laborabat cui volebat. nõ autem dicas quòd dominus locet ei operas: vt ſupra de vſu & ha.l. ſed & ipſi. &.ſ. de vſufru. leg.l.ſi ſeruũ. contra. Solu. vt in prin. Accurſius.

S*Eiæ ex parte.*] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredes Seiam & Gaium, & eidẽ Seiæ legauit fundos inſtructos cum ſuis villicis & reliquis colonorũ ſub conditione, ſi heres erit: & poſtea fecit codicillos, in quibus ita ſcripſit, mihi venit in mentẽ & volo Seiam habere fundos quos eidẽ Seiæ reliqui, ita vt ſunt instructi ruſtico inſtrumento & ſupellectili, & pecore, & villicis cum reliquis colonorum & apotheca. & poſtea deceſſit. modò quæritur, an propter prædicta in codicillis nominata contineãtur legato etiam ea quæ fuerunt in fundo cauſa cotidiani vſus patrisfami. id eſt prædicti Titij teſtatoris. Et reſpon. quòd non. [LIBERTO SVO.] Titius legauit liberto ſuo his verbis, Seio liberto meo fundum Titianum & Seianũ do lego ita vt inſtructi ſunt cũ dotibus & reliquis colonorum, & ſaltuariis cum cõtubernalibus D & filiis & filiab9 ſuis. & poſtea deceſſit. modò quęritur, an Stichus ſeruus qui prædium vnum ex his coluit, & reliquatus eſt amplam ſummã, debeatur Seio ex cauſa fideicõmiſſi? Et reſpon. quòd nõ, ſi coluit mercede. ſi autem fide dominica colebat, bene debetur. [GAIO SEIO.] Ita dixi in teſtamento meo: Gaio Seio alumno meo fundos meos Titianum & Seianum dari volo ita vt inſtructi ſunt, & domum ſuperiorem. & deceſſi. petit legatarius ab herede non ſolùm fundos inſtructos, ſed etiam domum inſtructã: heres non vult ei dare inſtrumẽta domus: quia ego teſtator nõ feci mẽtionem inſtrumenti legãdo domum. quæritur, quid iuris ſit? Et reſpon. quòd petitio legatarij admittẽda eſt, niſi heres manifeſtè doceret aliud me teſtatorem ſenſiſſe. in inſtrumẽto autem domus non cõtinebuntur ſerui parati operæ aliíve rei. [PRÆDIA.] Titius legauit Seio prædia vt inſtructa ſunt cum dotibus eorundem prædiorum, & cum reliquis villicorum & colonorum, & cum mãcipiis & omni pecore, & cum peculiis, & cum actore. i. ſeruo caE ſtaldo qui morabatur in ciuitate. erãt autem tempore teſtamenti dicti Titij, quidã coloni qui de colonia diſceſſerãt: qui quidẽ reliquati erãt. facto autem teſtamẽto dictus teſtator iuit in prouinciã, cum ipſe eſſet de Italia, & poſtea quędã ſua mãcipia tranſiuerunt in fundos legatos ad parentes & notos ſibi homines ſua ſpõte, & non auctoritate alicuius: & poſtea deceſſit dictus teſtator: & poſtea quædã alia eius mãcipia tranſiuerunt ſimiliter ad dictos fundos. modò quęritur hîc de trib9: an reliqua dictorũ colonorũ qui tempore teſtamẽti diſceſſerunt de colonia, cedãt legato prædicto? Itẽ an cedãt eidem legato vxor & filia dicti actoris qui in ciuitate morabatur? Item an cedãt legato dicto mancipia quę poſt profectionem teſtatoris in prouinciam, aut poſt mortem eiuſdem teſtatoris tranſierunt in dicta prædia? Et in omnibus reſpon. quòd non.

*Pamphilæ libertæ.* Hunc.§. habes ſupra de leg.iij.le. quæſitum. in princ. & ponas hîc caſum ſicut ibi poſui. [TYRANNÆ.]

Ita

Ita dixit Titius in teſtamento ſuo: Tyrannæ ſorori meę fundū meū Græcianum cum ſtabulo & cum omni inſtrumento ruſtico relinquo. & poſtea deceſſit. modò quæritur, an cedant legato paſcua ſiue prata quæ peruenerunt ad eum ſimul cum fundo, & quæ habuerat ſemper in vſibus fundi, & quę ita coniunxerat fundo vt haberētur ſub vna appellatione fundi? Et reſpō. quòd ſic. [INSTRVCTIS.] Titia habens grabatum in domo ſua Seiana, qui grabatus ſiue lectus erat tectus auro & argento: ipſa extraxit grabatum de domo, & poſuit in horreo quodā vt haberetur in loco tutiore. poſtea fecit teſtamētum eadem Titia, & legauit Gaio dictam domum Seianā & aliam ſuam domum Titianam inſtructas, & deceſſit. modò quæritur, an contineatur legato dictus grabatus? Et dicitur ꝙ ſic. [QVOD ADIECIT.] Ita dixit Titius teſtator in teſtamento ſuo: lego fundū Titianum & Seianum Gaio vti dicta prædia poſſedi, & deceſſit. certè videtur legaſſe dicta prædia inſtructa, id eſt, cum mācipiis, & pecoribus, & inſtrumēto ruſtico. non autē videtur per illa verba legaſſe tātummodò ius quod habebat teſtator in dictis prædiis. Viuianus.

a *Inſtructos*. per hoc verbū, inſtructos, continebuntur inſtrumenta patrisfamiliâs: vt. ſ. eod. l. quęſitū. §. ſed ſi fundus. niſi eſſet reſtrictum per ſequentes codicillos.

b *Poſtea*. determinat verbum præcedēs, ſcripſit, vel verbū ſequens, venit.

c *Seiæ*. conſtrue: Fundos quos reliqui Seiæ volo habere. ſ. eā, ita vt ſunt, &c. & ſic reſtringūtur verba teſtamēti.

d *Cotidiani*. vt frumētum, vinum, & alia inſtrumenta patrisfamiliâs: & hoc videbatur ex verbis teſtamenti.

e *Inſuper*. id eſt, vltra inſtitutionem. Accur.

f *Manifeſtè*. ſic ergo pręcedentia per ſequentia reſtringuntur. ſic. ſ. eo. cum de lanionis. §. cui fundum. & infra de ſupel. leg. l. legata. ij. & iij. reſpon. ſed in primo eſt contra. j. de ali. leg. l. verba. ſed oīa dic vt not. ſ. eod. l. quæſitum. §. pen. quę eſt ſimiliter contra. & facit. j. de ali. leg. l. cū certum. & j. de li. leg. l. Aurelius.

g *Inſtructi ſunt*. ergo cū inſtrumento. & facit. ſ. eo. l. quæſitum. §. ſed ſi fundus.

præceptionem dederat inſtructos [a] cum ſuis villicis, & reliquis colonorum: & codicillis ita ſcripſit: *Poſtea* [b] *mihi venit in mentem, Seiæ* [c] *fundos quos reliqui, ita vt ſunt inſtructi ruſtico inſtrumento, ſupellectile, pecore, & villicis, cum reliquis colonorum & apotheca habere volo.* Quæſitū eſt, an etiam ea quæ patrisfamiliâs vſus cottidiani [d] cauſa in fundis fuerunt, legato continerentur. Reſpondit, teſtamēto quidē, vt proponeretur, Seiæ inſuper [e] fundum legatū: verū non amplius deberi, quàm in codicillis, quos ſanè poſt obliuionem teſtamentarię ſcripturæ feciſſet, inſtructi appellatione cōtineri velle ſe manifeſtè [f] oſtendiſſet.

Legato fundi inſtructi non cedit ſeruus qui colit data mercede. Bartolus.

Liberto ſuo quidam prædia legauit his verbis: *Seio liberto meo fūdos illum & illum do lego ita vt inſtructi ſunt,* [g] *cum dotibus & reliquis colonorum & ſaltuariis, cum cōtubernalibus ſuis & filiis & filiabus.* quęſitū eſt, an Stichus ſeruus qui prędium vnum ex his coluit, & reliquatus eſt amplam ſummam, ex cauſa fideicōmiſſi Seio debeatur. Reſpōdit, ſi non fide dominica, [h] ſed mercede, vt extranei coloni ſolēt, fundū coluiſſet, nō deberi.

Virtus copulatiuæ qualitatem præcedentis legati repetit in ſequenti. Bartolus.

*Gaio Seio alumno meo fundos meos illum & illum ita vt inſtructi ſunt, & domum* [i] *ſuperiorem dari volo.* Quæſitum eſt, an etiam domum inſtructam dari voluerit. Reſpondit, ſecundū ea quæ proponerentur, ita videri [k] dediſſe, niſi is à quo peteretur, aliud teſtatorem ſenſiſſe manifeſtè doceret. at ſi habitationis, id eſt, ædificij inſtrumētum [l] legaſſet, nō cedere ſeruos operæ aliíve rei paratos. [m]

Debita in nouationem deducta legato inſtrumenti non cedunt. Bartolus.

Prædia vt inſtructa ſunt cum dotibus, [n] & reliquis colonorum & villicorum, & mancipiis, & pecore omni legauit, & peculis, & cum actore. quæſitum eſt, an reliqua colonorum qui finita conductione interpoſita cautiōe de colonia diſceſſerāt, ex verbis ſupraſcriptis legato cedant. Reſpōdit, non videri de his reliquis eſſe cogitatū. Idem quæſiit in actore legato, an vxor & filia legato cedāt: cùm actor nō in prædiis, ſed in ciuitate moratus ſit. Reſpōdit, nihil proponi cur cedāt. [o] Idē quæſiit,

B cū teſtator facto teſtamēto in ꝓuinciam ſit profectus: an ea mancipia quę poſt profectionem eius aut mortem ſine cuiuſquam auctoritate [p] ſponte ſua ad parētes & notos ſibi homines in fundos legatos trāſiere, legato cedāt. Reſpondit, non legatos eos qui fortè veluti commeantes trāſiſſent.

Nō videtur abſens à fundo qui alibi cauſa diſciplinæ eſt miſſus. Bartolus.

*Pāphilæ libertæ meæ dari volo fundum Titianū cum inſtrumento, & his*

C *quæ in eodē erūt cùm moriar.* Quæſitū eſt, ſi Stichus ſeruus ex eo fundo antè annum mortis teſtatoris abduct⁹, & in diſciplinā traditus, poſtea in eū fundū nō reuerſus [q] ſit, an debeatur. Reſpōdit, ſi ſtudēdi cauſa miſiſſet, nō quo à fundo eum aliorſum trāsferret, deberi.

Paſcua deputata ad vſum fundi, & cum eo vno nomine nūcupata, legato fundi cedunt. Barto.

*Tyrannæ ſorori meæ fundum meū Græcianū cum ſtabulo & inſtrumen-*

D *to ruſtico omni relinquo.* Quæritur, an fundi appellatiōe etiā paſcua quæ ad eū [r] ſimul cū fundo peruenerint, & quę ſemper in vſibus huius poſſeſſionis habuerat, legato cederent. Reſpondit, ſi prata fundo Græciano ita cōiunxiſſet, vti ſub vna fundi appellatione haberentur, ea quoque deberi.

Quod alibi cauſa cuſtodię eſt repoſitū, inſtrumēto dom⁹ cedit. B.

Inſttuctis domib⁹ legatis, grabatus [ſ] * argēto inaurato tect⁹ mor-

E tis Titiæ tēpore in domib⁹ nō eſt repertus, ſed in horreis tantiſper cōditus. quęro an is quoq; prętādus ſit. Reſpondit, ſi in domo eſſe ſoleret, [t] & quo tutiore loco haberetur, interim in horreo allat⁹ eſſet: nihilominus præſtandum. Quod adiecit teſtator, *Vti poſſedi,* [u] an hoc ſignificet, ſicut inſtructa in diē mortis habuit. i. cū mācipiis pecorib⁹, inſtrumēto ruſtico? Reſpōd. nō de iure [x] quęritur.

A h *Fide dominica*. hoc expone: vt. ſ. eod. l. cùm de lanionis. §. cùm de villico. & facit. ſ. eod. quæſitum. §. Alphenus. Accurſius.

i *Et domum*. copula &, plenariam inducit repetitionem. ad quod infra de condit. & demon. l. auia. & j. ſubiicit.

k *Ita videri*. id eſt, etiam perſonæ inſtrumentum: quia dixit, inſtructos. alij dixerūt de inſtrumento fundi tantùm vel domus: quod non placet.

l *Inſtrumentum*. i. domū & inſtrumentum, vel cum inſtrumento. & facit. ſ. eo. l. quæſitū. §. ſed ſi fundus. Accurſius.

m *Paratos*. qui. ſ. non ſunt inſtrumēta dom⁹, ſed vel perſonę, vel neutrius. & facit. ſ. eo. l. ſi ita. §. domo. Accurſius.

n *Cum dotibus*. expone vt. ſ. eod. l. ij. §. ij. & facit ſ. de lega. iij. prædiis. in princ. & j. de au. & arg. leg. l. qui vxori. §. j. H.

o *Cedant*. Sed nōne eſt contra. ſ. eo. l. quęſitū. §. ſaltuarium. in fin. §. & §. ſed ſi fundus. in fine. §. ſed certè ibi actor ī fundo morabatur, & erat inſtrumentū fundi: hîc non. & facit. j. eo. l. prędia. §. j. in fine. Accurſ.

p *Auctoritate*. aliud ſi voluntate teſtatoris: vt ſupra. eo. mācipia. & j. de ali. le. filio & ſup. de leg. iij. Iulianus. in fin.

q *Reuerſus*. Idē habes. ſ. de leg. iij. l. quæſitum. in princ. & facit. j. e. l. in fi. & l. ſi ita. & ſ. e. l. quęſitum. §. idem reſpōdit prædiis. & j. eod. l. prædia §. j. & j. de auro & argen. leg. l. qui vxori. §. j. & ſ. de lega. ij. l. Gaius Accurſius.

r *Quæ ad eum*. teſtatorem. & facit. ſ. de leg. iij. l. prædiis. §. iiij. & §. pen. & fin. & facit. j. e. l. prædia. §. j. & ſ. de lega. ij. l. Gaius. §. fina. & ſ. ſi ſer. vindi. l. penul. §. j. argu. contra. ſ. de ſerui. ruſti. prędio. ſi per te. & ſ. eo. l. ij. §. fin. & infra de reb. dub. l. j.

ſ *Grabatus*. id eſt lect⁹. vnde in euāgelio: Tolle grabatum tuum, & ambula. Matth. 9.

* Flo. crabattus.

t *Soleret*. pro inſtrumēto perſonę aut rei. R. vt probatur. ſ. eo. l. quæſitum. §. ſed ſi fundus. & ad hoc infra de auro & argen. lega. l. ſi vxori. §. j. & infra de penu leg. l. nam quod. & ſupra de lega. iij. l. quæſitum. §. fi. & infra eo. l. prædia. §. j. Accurſius.

u *Poſſedi*. vt lego fundum vti ego poſſedi.

x *Non de iure*. ſed de facto. niſi tamen aliud liqueat, omne inſtrumētum debetur illis verbis. Ro. ad quod. ſ. de lega. iij. l. prædiis. §. j. & ij.

&.iij.&.l. quæſitum.§.peto.&.l. Lucius Titius.&.j.eod.l. prædia.§. penul.&.l.penulti. Accurſius.

Cum fundus.] CASVS. Legaui tibi fundum,& nihil dixi de inſtrumento eius. nunquid continentur in legato dolia fundo infixa, & molæ oliuariæ,& prælum quo premitur olea in torculari, quæ omnia erant infixa in fundo prædicto taliter vt viderentur eſſe pars fundi? Et reſpõ. quòd ſic.ſecus autem ſi prædicta erãt taliter in fundo vt eſſent apta ad remouendũ inde: quia tunc non continerentur appellatione fundi. Viuianus.

† Hunc textũ ampliabis per tex. in.l.teſtatrix.§.i.j.ſi ſer.vin. vt etiam fundo legato veniant paſcua.de quo vide.l fin §. 1.ſ.de lega. 1.

* Flo.nulla

**Fundo ſimpliciter legato abſq; mentione inſtrumenti, ea continentur quæ in textu exprimũtur.**

XXI. POMPONIVS *libro primo Fideicommiſſorum.*

Cum fundus † ſine inſtrumẽto [a] legatus ſit: dolia, molæ oliuariæ, [b] & prælum,& quæcũque infixa [c] inædificatáque ſunt, fundo legato cõtinentur. [d] Nullæ * autem ex his rebus [e] quæ moueri poſſunt, paucis exceptis, fundi appellatione continentur. De molis tũm quæri ſolet, [f] cùm ita adfixæ, itáve inædificatæ ſint, vt partes ædificiorum eſſe videãtur.

XXII. PAVLVS *libro tertio Sententiarum.**

Fundo legato vt optimus maximúſque eſt, retia apraria, & cætera venationis inſtrumenta [g] continebũtur: quod etiam ad inſtrumenta [h] pertinet, ſi quæſtus fundi ex maxima parte in venationibus conſiſtat. Fundo legato cum mancipiis & pecoribus, & omni inſtrumento ruſtico & vrbano, peculium actoris antè teſtatorem defuncti, ſi ex eodẽ fundo fuerit,magis placet ad legatarium pertinere. [i]

XXIII. NERATIVS *libro ſecundo Reſponſorum.*

Cum quæratur quod ſit tabernæ inſtrumentum: intereſſe, quod genus negotiationis [k] in ea exerceri ſolitum ſit.

a *Cùm fundus ſine inſtrumento.* id eſt, nihil dictũ eſt de inſtrumento.

b *Oliuariæ.* quibus premitur& machinatur olea: at prælum quando poſtea premitur in torculari.Accurſius.

c *Infixa.* ſcilicet ſic vt fundi pars ſint.Accur.

d *Continentur.*nõ enim ſunt fundi inſtrumẽtũ: vt.ſ.eo.l.quæſitum.§.ea. &.§.pater quoque.& ideò cedet legato vt pars rei,non vt inſtrumentũ perſonæ vel rei. & ſic non ob.j.de ſupel.leg.l. fin.Accurſius.

* Tit 9.vbi plura quam hic legũtur de fructib°.

e *Ex his rebus.*ergo nec dolia nec molæ:ſi tamẽ non poſſunt moueri.& facit ſupra de act. empti l.fundi.

f *Quæri ſolet.* an contineatur appellatiõe fundi? Et reſpon. ſic,cùm, &c. vel in fi.lege interrogatiuè. & reſpon. ſic tunc demum.& facit.j. eo.l.dolia. in prin.&.ſ. eo.l.ij.§.j. Accurſius.

Fundo.] CASVS.Legaui tibi fundũ vti optimus maximus eſt. certè continẽtur legato retia apraria,&c. inſtrumẽta venationis. & idẽ eſt ſi legaui fundum cũ inſtrumẽto. quod quidem eſt verum, ſi quæſtus ſiue reditus fundi ex maxima parte in venatione cõſiſtit.[FVNDO LEGATO.] Legaui tibi fundum cum mancipiis & pecoribus,& cum omni inſtrumento ruſtico & vrbano,& poſtea deceſſi.modò quæritur,an pertineat ad te legatariũ peculium actoris ſerui ſiue caſtaldionis qui erat ex eodem fundo,& qui defunctus erat antè me teſtatorem?Et reſpon.quòd ſic,licet videretur quibuſdam cõtrarium ex eo quòd actor deceſſerat antè me teſtatorem qui eram eius dominus.Viu.

g *Inſtrumenta.* quæ ſint iſta, habes ſupra eod.l. quæſitum.§.ſi in agro.&.§.ſeq. Accurſius.

h *Inſtrumenta.*quaſi dicat,non ſolùm ſi dixit,vti optimus:ſed etiam ſi dixit,cum inſtrumento.nam ſunt fundi inſtrumenta hoc caſu.& facit ſupra eo.l.ſi reditus.

i *Pertinere.* licèt etiam aliud eſſet ſi principaliter ſeruus cum peculio legatus eſſet.R.vt infra tit.j.l.j.&.ij. ADDITIO. Intellige ſecũdum Barto. hîc quòd hîc erat aliquid in peculio quod erat inſtrumentum:quia hîc cedit peculium tanquam inſtrumẽtum:non autem cedit ſeruo : aliàs in legato inſtrumenti non venirent nomina debitorum:vt ibi.

Cum quæritur.] CASVS. Legaui tibi tabernam cum inſtrumẽto.quæritur,quid ſit inſtrumẽtum tabernæ? & reſpon. quòd illud eſt inſtrumentum tabernæ quo exercetur negotiatio quæ ſit in taberna. Viuianus.

k *Negotiationis.* licèt magis loci quàm negociationis ſit nomen taberna:vt.ſ.eodẽ.l.tabernæ.& facit infra de verbo.ſignifica.l.inſtructam autem tabernam.Accurſius.

A Fundus.] CASVS. Seius locauit Titio fundum.poſtea idem Seius legauit eundem fundum Gaio cum inſtrumẽto.certè cedit legato inſtrumentum quod colonus in eo fundo habuit, ſcilicet ſi erat teſtatoris dictum inſtrumẽtum.non autem continetur inſtrumentum quod erat coloni,niſi in vno caſu:ſcilicet ſi dominus non habebat in fundo aliquod ſuum inſtrumentum:ſed colonus habebat ibi ſuum. tũc enim bene continebitur legato inſtrumentum coloni. Viuianus.

XXIIII. PAVLVS *libro tertio ad Neratium.*

Fundus † qui locatus erat,legatus eſt cum inſtrumento. Inſtrumentum quod colonus in eo habuit,legato cedit.Paulus. An quod coloni fuit, an tantùm id quod teſtatoris fuit? Et hoc magis dicendum eſt, [l] niſi nullum
B domini fuit. [m]

† Nõ rectè hoc caput in duo ſeparabatur ab Haloandro Aug.li. 1.c.6.&lib. 3.c.1.

**Illud inſtrumẽtum quod eſt in fundo,inſpicitur : non quod fundus ſuſtinere poteſt. Bartolus.**

XXV. IAVOLENVS *libro ſecundo ex Poſterioribus Labeonis.*

Fundi inſtrumento legato, id pecus cedere putabat Tuberõ, quod is fundus ſuſtinere potuiſſet. [n] Labeo contra. Quid enim fiet,inquit, ſi cùm mille oues fundus ſuſtinere potuiſſet, duo milia ouium in eo fundo fuerint?
C quas oues potiſſimum legato ceſſuras exiſtimabimus?Nec quærẽdũ eſſe, quid debuiſſet parari pecoris inſtrumenti fundi cauſa,ſed quid paratum eſſet. [o] non enim ex numero aut multitudine legata æſtimãdum eſſe.Labeonis ſententiam probo.

**Qui legat inſtrumentum fundi vbi eſt fornax, non videtur legare fornacem. Bartolus.**

Quidam cùm in fundo figlinas [p] haberet, figulorum [q] o-
D pera maiore parte anni ad opus ruſticum vtebatur : deinde eius fundi inſtrumentum legauerat. Labeo , Trebatius , non vi-

l *Dicendum eſt.* ſcilicet id quod teſtatoris fuit, tãtùm deberi. ſic ſupra de legat.j.l..v.§.finali. Accurſius.

m *Domini fuerit.*tunc enim aliud non poſſet videri cedere legato, niſi quod colonus habuerat.ad quod.ſ.de lega.j.l.& ſi quando.in princ. Accurſius.

Fundi inſtrumento.] CASVS. Legaui tibi fundum cum inſtrumento eius. certè dixit Tubero quòd continentur legato pecora quæ erãt in fundo cauſa ſtercorandi, ſcilicet quot ſufficerẽt ad ſtercorandum illum fundum,&non plus,etiam ſi plura erant poſita in fundo cauſa ſtercorandi.ſed Labeo cuius ſententia approbatur,dixit contrarium, & dixit quòd omnia pecora parata ad ſtercorandum continentur legato: licèt eſſent parata vltra numerum qui neceſſarius erat. & dixit non eſſe quærendum quid pecoris debuiſſet parari cauſa inſtrumẽti fundi, ſed quid paratum eſſet,& illud legato cedere.nam legata non ſunt æſtimanda ex numero aut multitudine magna vel parua, vt dicebat Tubero. inquit etiam Labeo contra dictum Tuberonis, quid fiet ſi cùm mille oues ſufficerent ad ſtercorandum fundum, teſtator poſuerit in eo duo milia? quas oues ſecũdum Tuberonem exiſtimabimus potius ceſſuras legato ? quaſi dicat, non poſſumus diſcernere:& ideò malè dixit Tubero. [QVIDAM.] Titius habebat in fundo ſuo Titiano fornaces ad faciendum figulos, id eſt vaſa figularia, id eſt vaſa de terra:& vtebatur maiore parte anni opera dictorum vaſorum ad opus ruſticum,ſcilicet alterius fundi.Idem Ti-
E tius faciens teſtamentum legauit Seio inſtrumentum dicti fundi. nunquid dictæ figlinæ,id eſt,fornaces continẽtur appellatione dicti inſtrumenti legati? Et dicitur quòd non, quamuis dicta vaſa in eis facta contineantur.Sed quid ſi legauit omne inſtrumẽtum fundi excepto pecore? nunquid continentur legato paſtores ouium, id eſt, ouiliones qui eas cuſtodiunt, & ouilia in quibus oues clauduntur ? & Ofilius putauit quòd ſic : quod non eſt verum. Viuianus.

n *Potuiſſet.* ſcilicet iſte fundus. Accurſius.

o *Paratum eſſet.* No.non quod fieri debuit,ſed quod factum fuit. ſic ſupra de lega.iij.l.cùm quæreretur.§.lana. Sed argu.contra.ſ.de offi.præſid.l.ſed licèt. Accurſius.

p *Figlinas.* id eſt fornaces:vt.ſ.de ſeruit.ruſti.prædio.l.veluti.

q *Figulorum.* id eſt, ſeruorum qui exercebant fornacem.& dic ruſticum.ſ.alterius fundi:& ideò non videntur legati, licèt fundus in quo ſunt figlinæ, ſit cum inſtrumento legatus, & ſic tam figlinæ vt pars,

deri figulos† in inſtrumẽto fundi eſſe.

A quo remouetur principale, & ius acceſſorium. Bartolus.

Item cùm inſtrumentum omne legatum eſſet excepto pecore,[a] paſtores[b] ouiliones,[c] ouilia quoque[d] legato cõtineri, Ofilius non rectè putat.

XXVI. IDEM *libro quinto ex Poſterioribus Labeonis.*

DOlia fictilia, item plumbea quibus terra adgeſta eſt, & in his viridiaria poſita, ædium eſſe Labeo Trebatius putant. ita id verum puto, ſi ita illigata ſint ædib⁹, vt ibi perpetuo[e] poſita ſint. Molas manuarias[f] quidem ſupellectilis, iumentarias[g] autem inſtrumẽti eſſe Ofilius ait. Labeo, Caſcellius, Trebatius neutras ſupellectilis, ſed potius inſtrumenti putant eſſe. quod verum puto.

Inſtrumento fundi maritimi non cedunt ſerui piſcatores dominum ſequentes. Bartolus.

XXVII. SCÆVOLA *libro ſexto Digeſtorum.*

PRædia[h] maritima cum ſeruis qui ibi erunt, & omni inſtrumento, & fructibus qui ibi erũt, & reliquis colonorum nutritori
B ſuo legauit. Quæſitum eſt, an ſerui piſcatores qui ſolebant in miniſterio teſtatoris eſſe, & vbicũque eum ſequi, & vrbicis rationibus expungebantur,[i] nec mortis teſtatoris tempore in prædiis legatis deprehenſi fuerint, legati eſſe videantur. Reſpondit ſecundum ea quæ proponerentur, nõ eſſe legatos.[k]

Qui peregrinatur ad tempus, cedit inſtrumento fundi. Itẽ fructus non expreſſi non cedũt. Bar.

C Adfini ſuo† ita legauit:[l] *Fundũ Cornelianũ Titio ita vt eſt inſtruct⁹, cũ omnib⁹ rebus & mãcipiis & reli-*

vt pars, quàm vaſa ad ruſticum opus parata cedunt. ad quod. ſ. eo. l. quæſitum. §. Alphenus. & ſecundum hoc habeas infra, figulos inſtrumento &c. ſecundum Hug. Vel dic quòd opera, id eſt vaſis. & dic legatum tãtùm inſtrumẽtum fundi: vnde nec fundus, nec etiã fornax eſt legata. nam licèt inſtrumentum fabricæ legetur, nõ ideò domus vbi ſit fabrica.

† Sic rectius ſe edidiſſe ait Taur. quã quod in arch. legebatur figullas.

& ita habeas, figlinas inſtrum. Accur.

a *Pecore.* quod & ipſum eſt inſtrumẽtum fundi ſi vt fructus de fundo perciperetur, ſit comparatum: vt. ſ. eo. l. de grege. Accurſius.

Lucæ. 2. b.

b *Paſtores.* ouiũ. vnde illud, Angelus ad paſtores ait &c. nam verbũ, pecus, comprehendit etiam magnas beſtias: vt ſ. de ædili. edic. l. ædiles. §. iumentorum.

c *Ouiliones.* qui cuſtodiunt oues, qui & opiliones dicuntur. Accur.

d *Ouilia quoq;.* vbi oues claudũtur. & ſic no. remoto principali, & acceſſorium: vt. j. titu. j. & ij. Accurſius.

Principali remoto, & acceſſoriũ.

DOlia.] CASVS. Legaui titio ædes meas Titianam & Seianam. nunquid continẽtur in legato dolia fictilia & plumbea quibus terra eſt aggeſta, & viridaria poſita in dictis ædibus? Et reſpõ. quòd ſic, ſi prædicta ſunt ita illigata ædibus prædictis, vt ibi perpetuo poſita ſint, non ad tempus. [MOLAS.] Titius habens fundum in quo erant molæ quæ manu hominũ ducebantur, & aliæ molæ quæ iumento ducebantur: legauit Seio inſtrumenta dicti fundi. certè continentur in legato vtræque molæ: quamuis Ofilius diceret, & malè, quòd manuariæ molæ ſunt ſupellectilis, & non inſtrumenti. Viuianus.

e *Perpetuò.* ſic. ſ. eo. l. cum fundus. & de act. emp. l. fundi. §. Labeo.

f *Molas manuarias.* i. quæ manu ducũtur vt molãt. Accur. ADDITIO. Vel dic ꝙ iſtæ molæ erãt paratæ ad vſum prædij ruſtici: ſecus ſi ad vſum cotidianum, vt molæ in quibus fit ſalſa: quia tunc magis putarem quòd continerentur appellatione ſupellectilis quàm appellatione inſtrumenti ſecundum Bartolum hîc.

g *Iumentarias.* quæ à iumento ducuntur: vt ſupra eod. l. cum de lanionis. §. aſinam. Accurſius.

PRædia.] CASVS. Titius legauit nutritori ſuo ſua prædia iuxta mare poſita cum ſeruis qui ibi erant, & omni inſtrumẽto & fructibus qui ibi erant, & cum reliquis colonorum. & poſtea deceſſit. modò quæritur, an videantur eſſe legati ſerui piſcatores qui ſolebant eſſe in miniſterio dicti Titij teſtatoris, & qui ſolebant vbique eum ſequi non ſolum ad dicta prædia maritima, ſed etiam ad alia ſua loca, & qui expungebantur vrbicis rationibus dictis teſtatoris? Et videtur quòd legati ſint dicti ſerui, quia ipſi erant piſcatores, & ſolebant eſſe in miniſterio teſtatoris in dictis fundis circa piſcationem. dicitur tamen hîc quòd non videntur eſſe legati: quia non ſtabant in dictis prædiis continuè, imò ad tempus, vt dicit litera. [ADFINI SVO.] Seia quæ erat de Africa, adfini ſuo Titio legauit ita: inter cætera quæ ei legauit, fundum Cornelianum Titio adfini meo dari volo ita vt eſt inſtructus cum omnibus rebus & mancipiis & reliquis colonorum. poſtea dicta teſtatrix iuit Romam occaſione cuiuſdam litis quam ibi habebat, & duxit ſecum quædam mancipia quæ ſolebant ſtare in dicto fundo cum conſeruabus eorum & filiis, & alia mancipia de dicto fundo duxit ſecum quæ ſolebant ſtare in eodem fundo cum eorum patribus & matribus, & hoc fecit ideò, vt citius ſe expediret de itinere: & poſtea reuerſa dicta teſtatrix domum, deceſſit. nunc quæritur, an dicta mancipia quæ ſecum duxit Romam ad tempus, debeantur dicto Titio adfini? Et reſpon. quòd ſic. Item quæritur, an cedant dicto fideicommiſſo fructus eiuſdem fundi qui coacti ibi, id eſt in dicto fundo, manſerunt ibi vſque ad diem mortis dictæ teſtatricis? Et videtur quòd ſic, quia voluntas teſtatricis fuit pleniſſima circa ad finẽ. quod ex eo probatur, quia ipſa voluit pertinere ad eum reliqua colonorum eiuſ-
A dem poſſeſſionis ſiue fundi. Reſpon. tamen quòd non cedunt, niſi manifeſtè appareat teſtatricem hoc voluiſſe. nam cùm fecit teſtatrix in legando ſpecialiter mentionem de mancipiis & reliquis colonorum prædictis, nihil videtur dixiſſe de dictis fructibus conditis. [LIBERTO QVEM.] Titius habens fundum Titianũ & agellum Sempronianũ, in quo erat aliquantulum vini, inſtituit ſibi heredem pro dimidia Pamphilum libertum ſuum, & Seium & Gaiũ ex alia dimidia, & poſtea per hæc verba prælegauit fundum eidem liberto: Pamphile liberte præcipito, tibíque habeto fundum meum Titianum, & agellum Sempronianũ cum inſtrumento, & cum iis quæ in eodẽ erunt cùm moriar, & cum familia quæ in eo fundo moratur, exceptis illis ſeruis quos manumiſero. & poſtea dictus teſtator vendidit totum dictum vinum quod erat in dicto agello, & non tradidit emptori: accepit tamen ab emptore partem pretij: & poſtea deceſſit. nunc quæritur, an dictum vinum remanens in doliis poſt mortem teſtatoris, pertineat ad libertum ex cauſa præceptionis? Et dicitur quòd ſic, ſecundum verba teſtatoris: niſi coheredes prædicti liberti manifeſtè approbent contrariam voluntatem defuncti, quæ ex multis liquet, vt hîc notatur in gloſſa. Sed pone quòd dictus teſtator reliquit in dicto agello inſtrumenta kalendaria & nummos. nunquid nummi debebuntur dicto liberto? Et reſpondetur ſicut ſupra reſponſum eſt in vino, ſcilicet vt ſecundum verba teſtatoris cedant legato niſi contraria ſit voluntas teſtatoris, quæ ex multis præſumitur: vt & circa vinũ notaui. [ITA LEGATVM EST.] Seius legauit Septitiæ ſuæ ſorori hoc modo: Septitiæ ſorori meæ volo dari partem dimidiam fundi mei Seiani qui fuit patris mei, ſicut eſt nunc illa pars, id eſt
D tempore teſtamenti: & alteram partẽ dicti fundi ita dari volo Septitiæ ſorori meæ, vt in diem mortis meæ fuerit. & poſtea deceſſit dictus teſtator. nunc quęritur, an pertineant ad legatariam aggeres & præla parata ad olea premenda, & ea quæ ſunt impoſita & parata in dicto fundo vt ædificio immitterentur, & inſtrumentum vrbanũ & ruſticum, ſcilicet quodlibet aliud, & mãcipia quæ erant cauſa dicti fundi? Et reſpõ. quòd dicta verba, ſicut eſt &c. quæ ſunt in verbis teſtatoris, poſſunt referri ad prædiũ inſtructũ: & ſi prædicta erant in dicto fundo tempore teſtamenti, debeantur legatariæ ex dictis verbis. & quod dixi in dictis verbis, ſicut eſt &c. idem intelligo in aliis verbis teſtatoris quæ fuerunt talia, vt in diem mortis fuerit &c. ſcilicet vt ſi prædicta erant in fundo tempore mortis teſtatoris, debeantur legatariæ. & hoc vult dicere hîc. §. [FVNDVM.] Titius habens fundum Caſſianum & Numerianum, & habẽs quoſdam agellos adiectos dictis fundis, quos agellos ſimul cum dictis fundis comparauit, & in quibus agellis erant ſyluæ &
E ſalicta, legauit Sempronio fratri ſuo fundum in hæc verba: Sempronio fratri meo hoc amplius lego fundos meos, ſcilicet Caſſianum & Numerianum, ita vt inſtructi ſunt cum ſuis ſalictis & ſyluis. & deceſſit. nunc quæritur, an cedant legato dicti agelli in quibus erant ſyluæ & ſalicta. & etiam ſyluæ cedant & ſalicta? Et reſpõ. quòd ſolum ſyluæ & ſalicta continentur legato, & non agelli coniuncti prædictis fundis. Viuianus.

Vide Paul. lib. 3. ſenten. tit. 9.

† Adfinis quis dicatur & vnde proceſſit adfinitas, vide in ſpecu. tit. de conſangui. & adfi. per totum & in l. non facile. §. adfines. j. de gradu. ad fin.

h *Prædia maritima.* prope mare poſita.

i *Expungebantur.* quod maximè ex libellis familiæ, item cibariis poteſt deprehendi: vt. ſ. de lega. iij. l. ſeruis vrbanis.

k *Non eſſe legatos.* cõtra videbatur propter eorum artẽ & prędij ſitum cõprehendi vbi cõmodius poſſum eam exercere. & facit. j. de auro & argen. leg. l. ſi vxori. §. j. & ſ. de here. inſtit. l. ex facto. §. fin. & ſ. de lega. iij. l. ſi ita. & l. quæſitum. §. fin. & j. de penu. lega. l. nã quod §. j. & ſ. de vſufru. leg. generali. §. j. Accur.

l *Legauit.* mulier quædam.

a *Operam legaret.* id eſt mitteret. operam, ſcilicet effectui. operam dico eundi. nam lego te in Tuſciam.i.mitto, ſecundum H. Item per hoc patet quòd non perpetuò à fundo voluit remouere. Accurſius.

b *Ex his.* quæ in fundo erant.

c *Ruſticis.* ſub à.

d *Ad tempus.* ergo non perpetuò. aliàs eſt in litera, elegerant. Accur.

e *Et filiis.* ſcilicet relictis. per quos etiam ipſi videntur eſſe ibi: vt.C. de agrico. & cen.l.cùm ſcimus.§.fi.lib.xj.

f *Et quædam.* ſcilicet abducta ſunt.

g *Partibus.* ſ. relictis.

h *Deberi.* propter prædictã ſeparationem: vt ſ.eod.l.quæſitum.§. ſaltuarium. in fi. & facit.ſ. de leg.iij.l.ſi ita.

i *Dari voluiſſe.* hãc quęſtionem inducit mẽtio mancipiorũ & reliquorum colonorum ſpecialiter facta: non ergo debetur niſi cõtra probetur. ſic & infra de alimẽ. leg.l. alimenta.§. penul. & l.Stichus. in princ.& ſupra de vſufru.leg.l.generali.§.ij.& .§.j.proxi.§.

k *Liberto.* id eſt libertæ: vt ſubiicit.

l *Et agellum.* id eſt paruum agrum.

m *Vendiderat.* vel antè teſtamentum, vel poſt.

n *Pretij.* id eſt pretium tertiæ partis: per quod ſaltem duæ vini partes videtur remanere in legato. Accurſius.

o *Verbis.* ſ. quæ in eodem erunt cùm moriar.

p *Contineri.* ſcilicet legato ſecundũ rigorem verborum.

q *Contrariam.* quæ ſanè liquet maximè ſi poſt teſtamentum nulla vrgente neceſſitate vinum ſit venditum: vt ſupra de lega.j.l. ſi ex toto. & ſupra de leg.iij.l.fideicommiſſa.§. ſi rem ſuam. R. Et not. ſecundùm eundem R. quòd ſi quis leget quæ in fundo ſunt, aut mortis tẽpore erunt legantis: quæcũque tũc ibi reperiuntur, legato cedere verborum tenor anguſtiáque facit. ſed liquido contrariam voluntatem ſæpe demonſtrant, aut rei poſitæ in inſtrumento, quoniam legatario nihil proſit eius qualitas, aut patrisfamiliàs conſuetudo, deſtinatio, ſcientiáve. ſi quo ergo caſu vel ex improuiſo inconſultòve, vel vendendi mercíſque cauſa ſeu ad tempus ſit ibi delatum. non longè poſt inde aliò portandum, aut nummi fœnerandi, aliterve citò erogandi, indéve mutandi eo reperiantur: tali legato cedere voluntatis intuitu iuſtè puto derogatum: quod etiam eo magis in re præſenti, ne fidem fregiſſe, duplique. i. tam legati q̃ venditi præſtatione grauaſſe coheredes crederetur ex eo ipſo q̃ vinum vendidit, teſtatoris facto ſatis euidenter probatur. cætera verò ibi inuenta. i. in penu cõſeruanda, vel ad rei perſonæve inſtrumenta pertinentia, vel cuſtodiæ perennis vt nomine theſauri depoſita, ſeu aliter perpetuitatis iure deſtinata licet abſint caſu forſan, huic cedunt legato: vt.ſ.eo.l. cum de laniona.§. cui fundum. & .l. Seiæ.§. Pamphilæ. & ſupra de hered. inſti.

* Fl. Romæ.

* tutius

* Flo. operã elegeret. Hal. oram legeret.

* quòd

* voluiſſe Acc.

* Flo. reſcripſit.

*quis colonorũ dari volo.* hæc teſtatrix Romã* litis cauſa ex Africa veniens, mancipia quædam ex fundo ſupraſcripto, quò citius* per hiemem oram legeret,[a] *ſecum abduxit. Quæſitum eſt, an ea mancipia fideicommiſſo cedant, cùm quædam ex his[b] ruſticis* officiis ad tempus[d] peregrinationis abducta ſint, relictis cõſeruabus & filiis[e] ſuis, & quædam[f] matribus & patribus.[g] Reſpondit, mancipia de quibus quæreretur, ſecundùm ea quæ proponerentur, ex cauſa fideicõmiſſi deberi.[h] Idem quæſiit, an fructus eiuſdem fundi qui ibi in diem mortis coacti manſerint, fideicõmiſſo cedant, cùm pleniſſima teſtatoris erga adfinem voluntas ab eo quoque manifeſtetur, quò* reliqua colonorum eiuſdem poſſeſſionis ad eum pertinere voluerit. Reſpõdit, in huiuſmodi ſcriptura poſſe reſpõderi, hoc ſolùm quærendũ, an manifeſtè appareat defunctam id de quo quęreretur, dari noluiſſe.[i] *

Generali legato eorum quæ in fundo erant, cedunt omnia, niſi aliud de mente teſtatoris appareat. Bartolus.

Liberto[k] quem heredem ex parte ſcripſit,* fundum per præceptionem dedit, in hæc verba, *Pamphile leberte præcipito, tibíque habeto fundum meum Titianum, & agellum*[l] *Sempronianum cũ enſtrumento & his quæ in eodem erunt cùm moriar, familiáque quæ in eo fundo moratur, exceptis quos manumiſero.* Quęſitum eſt, cùm teſtator in eo fundo aliquantum vini in doliis habuerit, quod viuus totum vẽdiderat,[m] & partem tertiam pretij[n] pro eo acceperat: an vinum in doliis remanens ad libertum ex cauſa præceptionis pertineat. Reſpondit, verbis[o] quæ proponerentur, contineri,[p] niſi manifeſtè contrariam[q] voluntatem coheredes approbent. In eo fundo inſtrumenta Kalendarij, & nummos reliquit. Reſpõſum eſt, de nummis quoque vt ſupra[r] reſponſum.

Legare fundum ſicut eſt, vel ſicut erit, æquiparatur legato fundi inſtructi. Bartolus.

Ita legatum eſt, *Septiciæ ſorori meæ fundi paterni mei Seiani partem*[ſ] *dari volo ſicut eſt, & alteram partem ita vt in diem mortis fuerit.* Quæſitum eſt, an ex verbis ſupraſcriptis aſſeres[t] & * præla[u] iam poſita paratáque vt immittentur ædificio, item inſtrumentum vrbanum & ruſticum[x] cum mancipiis quæ fundi cauſa erãt, ad legatarios pertineant. Reſpondit, poſſunt hæc verba, *ſicut eſt*, ad inſtructum[y] referri.* Fundos legauit[z] in hæc verba, *Sempronio fratri meo hoc amplius fundos meos ita vt inſtructi ſunt, Caſſianum,*[a] *Nonianum, cum ſuis*[b] *ſalictis & ſiluis.* Quæſitum eſt, cùm ſiluę & ſalicta non in fundis ſupraſcriptis, ſed in adiectis agellis,[c] & quos ſimul teſtator comparauit, nec ſine his fundi coli poſſint, an legato cederent. Reſpondit, id tantũ cedere legato, quod verbis cõprehendiſſet.[d] †

In legato fundi inſtructi inſpicitur tempus mortis. Bartolus.

XXVIII. IDEM *libro vicenſimotertio Digeſtorum.*

LVcius Titius fundum vti erat inſtructus, legauerat. quæſitum eſt, fundus inſtructus quemadmodum dari debeat: vtrum ſicut inſtructus fuit mortis patrisfamiliæ tempore, vt quæ

ex facto.§. fina. & ſupra de lega.iij.le. qui concubinam.§. qui fundum.& .l. vxorem.§. legauerat.& .l. quæſitum. & .l. ſi fundus. & .l. qui filiam.& .l. ſi chorus.§.j.& .l. ſi ita.& .l. ſi mihi.in princ.& .§.fina. & infra de auro & argen. lega.l. ſi vxori.§.j. & ſupra de dote præleg.l. qui dotem. & ſupra de vſufruct.leg.l.generali.§. vxori. R. & de lega.ij.l. Gaius. & de laga.iij.l. prædiis.§. fina. Accur.

r *Vt ſupra.* ſcilicet vt ſecundùm verborũ rigorem cedant legato, niſi contraria ſit voluntas: quod ex multis præſumitur, vt dictum eſt.

ſ *Partem.* ergo dimidiam: vt infra de verbo.ſign.l. nomen filiarum.§. portionis.

t *Aggeres.* id eſt de inſtrumento ad aggeres, vt ligones & ſcandiles. & ſic ſunt inſtrumenta fundi. Vel dic propriè vt aggeres & foſſata ſint pars fundi, & ſic cedũt in modum cùm fundus venditur: via autem & ſimilia non, vt dictũ eſt: vt.ſ. de contrahen emp. l. littora.

u *Et præla.* inſtrumẽta quibus premitur olea: & ſic fundi: vt.ſ. loca.l. ſed addes.§. illud.

x *Ruſticũ.* ſcilicet quodlibet aliud.

y *Ad inſtructum.* vt ſi erant tempore teſtamẽti, debeantur ex verbis: ſicut eſt & facit ſupra eod.l. Seiæ.§.fina. & de lega.iij.l. quæſitum.§.ij. & .l. prędiis.§.j.& .ij.& .l. qui habebat. in prin. & §.j.

z *Fundos legauit.* aliàs legauit: & aliàs, legaui.

a *Caſſianum.* nomina ſunt fundorũ legatorũ.

b *Cum ſuis.* hîc oritur dubitatio. Accurſius.

c *Agellis.* id eſt paruis agris. Accurſius.

d *Comprehendiſſet.* non ergo agelli legato cedũt niſi voluntate & deſtinatione domini fundũ nominantis & legantis ita ſint vniti, vt vno nomine cenſeantur, eorũque rationes fructuum vno titulo accepto ferantur: vt ſupra de lega.j.l. quod in rerum.§. fin. & de lega.ij.l. cum fundus. & de leg.iij.l. ſi cui ædes.& .l. prædiis.§. iiij.& .§. penul.& .§. fin. & ſupra eo.l. Seiæ.§. Tyrannæ. & ſupra de lega.iij.l. Gaius.§. fina.& ſupra de vſufruc.lega.l. damnas.§. fin. & ſupra de vſufruc.l. item ſi §. fina. Accurſius.

* In archetyp. & manu ſcr. erat, aggeres. Taur. tamen auſus eſt ex aggeres facere aſſeres, ꝓpter literæ g. ad ſ. ſimilitudinem. quam mutationẽ nõ probo.

* Sic Flo. Ant. Aug. lib.1. c.4.

† Verba teſtatoris dubia vt hîc cũ dicit, ita vt inſtructi ſũt: poſtea ſpecificata hîc cũ ſalictis &c. poſſunt in quęlibet parte teſtamẽti ad inquirẽdã mentẽ teſtatoris declarari. Bart. & cõmuniter omnes in.l. qui filiabus. in prin. ſ. de lega.i.

LVcius.] CASVS. Lucius Titius legauit Seio fundum vti erat inſtructus, & deceſſit. nunc quęritur, quemadmodum fundus debeat dari legatario inſtructus, vtrum ſicut fuit inſtructus tempore mortis teſtatoris, vt ſic ſint heredis ea quę agnata ſunt in fundo, vel illata medio tempore à morte teſtatoris vſque ad hereditatem aditam: an verò debeat inſpici inſtructus fundus eo tempore quo factũ eſt teſtamentũ: an verò tẽpore quo fundus peti cœperit per legatariũ, quod erat fortè dudum poſt aditã hereditatem: vt ſcilicet legato proficiat quicquid prædicto tẽpore petitionis deprehendatur eſſe inſtrumenti? & reſpon. quòd inſpicitur tempus mortis teſtatoris. & hoc dicit litera, cùm dies legati cedit &c. Viuianus.

Medio

a *Medio tempore*. ſcilicet inter teſtamentum & mortem,& dic illata,non tamen perſeuerauerunt vſque ad mortem. vel dic,medio poſt mortem,& antè aditam hereditatem.
b *Peti cœperit*. quod erit fortè dudum poſt aditam hereditatem.
c *Cedat*. quod eſt tempore mortis:vt.C.de cadu.tollen.l.vnica.§. cùm igitur.& ſecũdum R. hoc cõmune in omni vniuerſali legato:vt.ſ̃.de lega.j.l.grege.& de lega.ij.l.peculiũ.&.ſ̃.de vſur.l.equis.& ſic non eſt contra.ſ̃. de lega.iij. l.vxorem.§. teſtamẽto.&.l.nomen.§.j.& facit.j̃.de adi.leg.l.filio.

medio tempore [a] adgnata,aut in fundum illata ſunt, heredis ſint: an verò inſtructus fundus eo tempore inſpici debeat, quo factum eſt teſtamentum:an verò eo tempore quo fundus peti cœperit, [b] vt quidquid eo tempore inſtrumenti deprehendatur, legatario proficiat. Reſpõdit,ea quibus inſtructus ſit fundus,ſecũdum verba legati quæ ſint in eadem cauſa cùm dies legati cedat, [c] inſtrumento contineri.

Diſponens & diſpoſitum non compatiuntur ſe ſub eodem genere. Item quæ differunt ſecundum plus & minus, non differũt genere,ſed ſpecie. Bartolus.

XXIX. LABEO *libro primo* πιθανῶν.

SI nauem cũ inſtrumento emiſti, præſtari tibi debet ſcapha nauis. [d] † Paulus. Imò contrà. Etenim ſcapha nauis,non eſt inſtrumẽtum nauis. etenim mediocritate, [e] nõ genere ab ea [f] differt. [g] inſtrumẽtũ autẽ cuiuſque rei neceſſe eſt alteriꝰ generis eſſe atq; [h] ea quęque † ſit. quod Põponio libro ſeptimo epiſtularum placuit.

†Labeonis ſententiam tametſi improbet Paulus, tuetur Lazarꝰ Bayſius in lib. de re nauali, quo loco de fluuiatilibus nauibus tractat.
† aliàs ea cuius ſit.

## DE PECVLIO legato.
### TITVLVS VIII.

Extincto principali extinguitur acceſſorium. hoc primò.& dictio cum, coniungit acceſſoriè in iis quorum natura eſt vt vna res alteri accedat: in aliis cõtingit principaliter.h.d.cũ tribus.ll.ſeq.Bar.

SI *nauem*.] CASVS. Seius habẽs nauem magnã,& ſcaphã.i.paruã nauẽ, quæ ſequebatur dictã magnã: vẽdidit tibi nauẽ cũ inſtrumento. certè non cõtinetur ſcapha ſub inſtrumẽto nauis. & eſt ratio plana in litera. Viuia.
d *Nauis*. h.d.Labeo.
e *Mediocritate*. quod non mutat:vt.C.de ince.nup.l.humilẽ. Acc.
f *Ab ea*. ſcilicet naue.
g *Differt*. ſcilicet ſcapha. Accurſius.
h *Atque ea*. ſcilicet res cuius inſtrumẽtum debet eſſe:quæque ſit,ſcilicet res illa principalis cuius debet eſſe inſtrumẽtum, ſiue fundus,ſiue domꝰ, ſiue taberna, vel aliud: vt.ſ̃.in rubrino. ſed videtur ꝙ homo ſit inſtrumentũ hominis: vt.ſ̃.e.l.quæſitũ.§.ſed ſi fundus.in fin.§.&.l cùm de lanionis.j. quæ ſunt contra. Solu. ſpeciale ibi in homine, argu.ſ̃. de ædili.edict.l. iuſtiſſimè. & eodẽ modo ſolue.ſ̃.eo.l.quęſitũ.§. ſaltuarium.in fi.§.vel ibi de inſtrumento inſtrumenti,hîc de inſtrumento principali. Item facit ſupra de rei vin.l.iij.§.armamenta.& ſupra de euic.l.ſcapham.

DE PECVLIO LEGATO.

*Ergo inſtructi appellatione continentur etiam ſerui. An & peculia eorũ? Sic videtur l.22.§.vlt.ſ̃.titulo prox. Quid autem is qui peculium legat,legato cõplectatur,hic titulus declarat. nam ex mente defunſti plus aut minus contineтur peculij legato,quàm ineſſe docuerit actioni de peculio lib.XV.titulo I. Vterque tamen titulus eſt tam de peculio filij quàm ſerui. Sed interim ne dixeris peculium eſſe acceſſionem ſerui. alioquin legatum ſerui ſequeretur omnimodò. l. librorũ.§.vlt.* De legatis 3. *nec ſane eſt acceſſio,niſi ſeruus legetur cum peculio. Vicarius autem nec ſi ſeruus legetur cum vicario, ſi tamẽ legetur cum peculio, ſub peculij nomine vicarius etiam* accedit, *& quamuis omnis vicarius peculiaris ſit,alio tamen iure eſt peculium,alio ſeruus peculiaris,ſicut alio peculium, alio merx peculiaris in tit.* De trib.act. Cuiacius.

S*Eruo legato*.] CASVS. Legaui Stichũ ſeruũ meũ tibi cũ peculio ſuo,& poſtea alienaui eundem ſeruũ vel manumiſi, vel etiã mortuus fuit idẽ ſeruus:in quorũ quolibet triũ caſuũ eſt extinctũ legatũ ſerui. nunquid eſt etiã extinctũ legatũ peculij? Et dicitur quòd ſic,quia extincto principali.i.legato ſerui,extinguitur acceſſorium.i. legatum peculij. ſecus ſi legaui tibi ancillã cũ natis ſuis: quia tunc etiam mortua ea vel alienata vel manumiſſa pertinebũt nati ad legatarium.& eſt ratio,quia duo legata ſunt ſeparata. idem ſi legaui tibi ſeruũ meũ ordinarium cum vicariis ſuis. nam mortuo ſeruo ordinario, aut alienato, aut manumiſſo,nihilo minus durat legatum vicariorum.& hoc dicũt iſtæ quatuor leges.
i *Manumiſſo*. viuo teſtatore,non etiã ſi poſt:vt.j̃.eo.l. tunc inutile.
k *Extinguitur*.etiam ſi in peculio ſunt vicarij ſerui,ſecundum Io.& facit cum hęc & ſeq.j̃.tit.j.l.ij.&.ſ̃.fami.erciſcun.ex parte.§.duos.& inſtitu.de leg.§.ſi quis.&.ſ̃.titu.j.l.j.&.v. Sed contra in eod.tit.l.fundo.§.fundo. Solu.ibi. Accurſius.

l N*Am quæ acceßionum*. nec per acceſſorium confirmatur principale: vt.ſ̃.de vulg.ſubſtitu.l.ex pupillari.Ro.& facit.j̃.de reg.iur.l.cùm principalis.&.C.de vſuris.l.eos. in prin.&.ſ̃.de rei vin.ſi autem.§. ſi homo.&.ſ̃. de arbi. non diſtinguemus.§.itẽ nõ eſt cogendus.&.ſ̃.l.proxi. Itẽ ſic. ſ̃.ſi quis cau.l.ij.in prin.

I. PAVLVS *libro 4. ad Sabinum.*

SEruo legato cum peculio, & alienato vel manumiſſo [i] vel mortuo, legatum etiam peculij exſtinguitur. [k]

II. GAIVS *libro octauodecimo ad Edictum Prouinciale.*

NAm quæ † acceſſionũ [l] locũ obtinent*, extinguũtur [m] cùm principales res perẽptæ fuerint.

III. PAVLVS *libro quarto ad Sabinum.*

AT * ſi ancilla cum ſuis natis legata ſit, etiam mortua ea vel alienata vel manumiſſa, nati ad legatarium pertinebunt: quia duo [n] legata ſunt ſeparata.

IIII. GAIVS *libro octauodecimo ad Edictum Prouinciale.*

SEd & ſi cum vicariis [o] ſuis legatus ſit ſeruus, durat vicariorum legatum & mortuo eo, [p] aut alienato, aut manumiſſo.

V. PAVLVS *libro quarto ad Sabinum.*

PEculio legato, conſtat heredẽ nomina peculiaria perſequi poſſe, [q] & inſuper ipſum ſi quid debeat [r] ſeruo, reddere legatario debere.

Si nihil debet ſeruus cui legata eſt libertas cum peculio, vindicabit integra corpora peculij. ſi verò eſt debitor, deminuentur corpora peculij pro rata.

VI. VLPIANVS *libro vicenſimoquinto ad Sabinum.*

m *Extinguuntur*.idem ſi principale differatur:vt ſ̃.ſi certum peta.l.lecta. Azo. Itẽ hoc niſi acceſſiões pretioſiores[a] ſint, vel plus reditus habeãt quàm principale. tunc enim non extinguitur: vt.ſ̃.quib.mo.vſusfruc. amit. l. quid tamen. in prin.&.j̃.de auro & argen. leg.l.& ſi non ſint.§.perueniamus.
n E*T ſi ancilla. Quia duo*.& principale eſt vtrũque. nam accipitur cũ pro &, ac ſi ancilla & nati ſint legati:vt.ſ̃.de lega.j.l.ſi quis inquilinos.§.ij. & de vſufr. leg.l.illi.R.& facit.ſ̃.de lega.j.l.ſi ancilla.& inſtitu.de leg.§.ſi quis.
o S*Ed & ſi cum vicariis*. & ſic cũ acceſſione.
p *Eo*.ſcilicet ordinario. R.nec enim vt res peculiares ordinariũ, ita & vicarij prærogatiua humanę naturę ſequũtur, ſecundũ Ioan.vt.ſ̃.de ędili.edict.l.iuſtiſſime. i. propter hominis dignitatẽ. & facit inſtitu. de lega.§.ſi quis.

a] Iſta gloſ. cõmuniter damnatur per ſcribentes in l.cum aurum.j̃.de aur.& arg. leg.vbi eſt caſus de directo in oppo.& Bal.in. l.cùm te.C. de dona.antè nup.Imò. in.l.4.ſ̃. de lega.1.
† Acceſſoria extinguuntur exſtincto principali.cõcor. ca.acceſſorium. cum glo. in prin. & 16.q.12. c.& hoc diximus.
* Et ſi.

P*Eculio*.] CASVS. Sticho ſeruo meo reliqui libertatem& peculium ſuũ,& deceſſi. nũquid heres meus poteſt exigere à debitoribus peculiaribus illud qđ debebant dicto Sticho? & dicitur quòd ſic, & actionẽ tenetur cedere dicto Sticho legatario. Item tenetur dare eidem legatario illud quod ipſe heres tenebatur ſuo nomine dare dicto ſeruo. Viuia.
q *Poſſe*. & cedendo actiones legatario liberatur:vt.ſ̃.de pecu.l.qđ debetur.& adde quòd not.in.l.Sticho.in eodem titulo.
r *Debeat*.heres ſuo nomine.& dic reddere.i.dare.ſic &.ſ̃.de lega.ij. cùm ꝗdã.hoc tamẽ ſecũdũ determinationẽ quæ fit.j̃.l.ꝓxi.§.ſicut.

S*I peculium*.] CASVS. Stichus ſeruus meus habebat in peculio corpora tantùm,puta fundos vel ædes,& nihil ipſe mihi debebat,vel liberis meis vel conſeruis ſuis. prædicto Sticho legaui libertatẽ & peculiũ,vel etiã cuidã liberto legaui peculiũ dicti mei ſerui. quęritur,an legatarius dicti peculij poſſit vindicare ab herede meo integra corpora quę ſunt in dicto peculio? Et dicitur quòd ſic. ſecꝰ autẽ ſi dictus debebat mihi aliquid vel etiã liberis meis vel cõſeruis ſuis: quia pro illo debito peculiari heres meus poterit pro rata deminuere ſingula prędicta peculiaria corpora. [ET SI FVERIT LEGATVM.] Titius dominus Stichi legauit peculiũ eiuſdẽ Stichi Gaio, nõ deducto de dicto peculio,eo quod dictus Stichus eidem domino debebat, & deceſſit dictus Titius dominus relicto herede Seio. modò quæritur,an valeat dictũ legatum peculij? Et videtur ꝙ non,quia illa verba,non deducto ære alieno,&c. quæ fuerũt adiecta in legato, vidẽtur fuiſſe cõtra naturã legati prædicti:ſcilicet peculij. nã natura peculij eſt vt ſemper intelligatur deducto ære alieno dominico. Reſpõdetur tamen quòd dicta verba legato adiecta non vitiãt legatũ prædictũ,& nihil adiiciũt dicto legato. per dictã enim adiectionem verborum prędictorũ non poteſt creſcere lega-

tario vindicatio rerũ peculiarium.nam ſemper poteſt deducere heres æs alienũ dominicum.ſecus autem ſi legatarius nactus ſit poſſeſſionẽ rerum peculiariũ:quia tunc poteſt vti ipſe legatarius exceptione doli aduerſus heredẽ vindicantem partẽ dictarũ rerum peculiariũ pro rata eius quod ſeruꝰ debebat domino.& eſt ratio quare hoc caſu habet legatarius dictam exceptionẽ,cum ipſe habeat voluntatem defuncti non deducẽdi æris alieni dominici in rebus ſolidis peculiaribus,quas(vt dictum eſt) poſſidet ipſe legatarius. voluit enim defunctus in legãdo vt non deduceretur de rebus peculiaribꝰ æs alienum ſuum, dum dixit in legando,nõ deducto ære alieno. Eſt & alius caſus in quo non deducitur æs alienum dominicum de peculio legato,veluti ſi dominus ſignificauerit vel dixerit ſe remittere ſeruo q̄d ſeruꝰ ei debet: vel ſeruũ nihil ſibi domino debere, quia dominꝰ poteſt remittere ſeruo ſuo illud quod debet ei ſeruus,nuda ſua volũtate. [VICARIO.]Dominꝰ meus manumiſit me ſeruũ ſuum ordinariũ in teſtamẽto ſuo, & legauit mihi Pãphilũ vicarium meum. nũquid debeo habere peculiũ dicti mei vicarij?Et videtur ꝙ non:quaſi vicarius meus non habeat peculium,ſed magis debeat dici pars mei peculij.Reſpond.tamẽ hîc ꝙ in dicto legato vicarij cõtinetur eius peculium.& hæc vera ſunt,niſi voluntas teſtatoris deſit, ſiue contraria ſit.[SI SERVVS.] Titius fecit teſtamẽtum, & iuſſit liberũ eſſe ſeruum ſuum Stichũ ordinarium,& Pamphilum vicariũ dicti Stichi:& legauit eis peculia eorum.modò queritur,vtrum vicarius dicti vicarij communicetur inter eos?Et dicitur ꝙ non.nam verba ſunt intelligẽda ſecundum voluntatẽ teſtatoris: quaſi fuerit locutus de duobus peculiis ſeparatis.& hæc vera ſunt,niſi teſtator prędictus voluerit vicariũ vicarij cõmunicari: quia tunc bene cõmunicaretur.[SICVT AVTEM.]Dictum eſt ſupra in principio huiꝰ legis, ꝙ legatum peculij minuitur propter id quod ſeruus debet domino.certè & econtra id quod dominus debet ſeruo,auget peculium ſiue legatum peculij.Sed ad hoc vltimũ opponitur:nonne dicit reſcriptum quorundã imperatorum ꝙ legato ſeruo peculio ſuo,non habeat ſeruus petitionẽ eius pecuniæ quam dicit ſe impẽdiſſe in rationes domini?certè bene dicit:hîc ergo nõ videtur ꝙ id quod dominus debet ſeruo,augeat peculium eiuſdẽ ſerui, ſiue legatum peculij.ſed certè dictum reſcriptum intelligitur quãdo non apparet voluntas teſtatoris volẽtis quòd illud quod ipſe debet ſeruo,augeat legatum peculium.ſi autẽ appareret in hoc volũtas teſtatoris, bene auget peculiũ legatum id quod dominus ſeruo debet,& ita nõ obſtat contrarium dicti reſcripti. Sed quid ſi dictus ſeruus debet domino.x.& impẽdit in rationes domini alia.x.nunquid poterunt cõpenſari adinuicem? Et dicitur ꝙ ſic,etiam ſi non appareat expreſſa voluntas domini vt ſeruus habere debeat quod impendit in rationes domini,dum tamen non cõtradicat.Sed pone ꝙ dominus ſcripſit in teſtamento ſuo ꝙ debebat dicto ſeruo.x. nunquid illa.x.cedent peculio legato?Et dicitur ꝙ nõ,& hoc probat per quandã quæſtionem de facto quæ fuit talis: Genæus Domitius ſolitus erat dare Seiæ filiæ ſuæ omni anno.xxv. ſtetit biennio ꝙ non dedit,ſed ſcripſit in rationibus ſuis ſe debere dictæ ſuæ filiæ quinquaginta,& poſtea in teſtamẽto ſuo legauit filiæ peculiũ quod erat dictæ filiæ.in qua quæſtione iudicatũ fuit per Atilicinũ dicta.l.legato non cedere:quod quidem bene iudicatum fuit:quia cõcordauit cum reſcripto dictorum imperatorum.Nõ ſolùm autẽ deducitur de peculio legato illud quod domino debet ſeruus.ſicut dictum eſt in princ.huius.§. ſed etiam illud quod debet ſeruus heredi domini qui dominus legauit ſeruo peculium.Viuianus.

SI peculium legetur,& ſit [a] in corporibus,[b] puta fundi, vel ædes:[c] ſi quidẽ nihil ſit quod ſeruus domino vel cõſeruis liberís ve [d] domini debeat,integra corpora vindicabũtur.[e] Sin verò ſit quod domino vel ſupraſcriptis perſonis debeatur: deminui ſingula corpora [f] pro rata debebũt. & ita & Iulianus & Celſus putãt.

Peculium nõ poteſt legari non deducto ære alieno. ꝙ ſi ita legatum fuerit, talia verba nihil adiiciunt legato: nec vitiant ipſum legatum.

Et ſi fuerit legatũ peculium nõ deducto ære alieno,[g] verendum ne inutile legatum ſit: quia quod adiicitur,cõtra naturã legati [h] ſit. Sed puto verum,[i] hãc adiectionem non vitiare legatũ, ſed nihil ei adiicere.[k] nec enim poteſt creſcere vindicatio [l] peculij per hãc adiectionem. Planè ſi proponas legatariũ nactum poſſeſſionẽ rerũ:exceptione doli aduerſus heredẽ vindicantem [m] vti poteſt. habet enim in ſolidis rebus voluntatẽ [n] æris alieni nõ deducendi.Sed & ſi dominus remittere ſe ſeruo quod debet, vel nihil ſibi ſeruum debere ſignificauerit,[o] valet hæc adiectio:[p] quia nuda voluntate [q] poteſt dominus ſer-
B uo remittere quod ei debet.

Si dominus meus me ſeruum ſuum ordinarium manumiſit, & mihi legauit ſeruum vicarium meum:videtur mihi etiam peculium vicarij legaſſe.

Vicario [r] autẽ meo mihi legato,an & vicarij mei peculium ad me pertineat, quæritur. Et putamus cõtineri legato vicarij, eius peculiũ:niſi aduerſa ſit voluntas teſtatoris.Si ſeruus [ſ] & vicarius [t]
C eius liberi eſſe iuſſi ſint, eíſque peculia ſua legata ſint:verba ſecundum [u] voluntatem teſtatoris exaudienda, tanquam de duobus

a *Sit.* ſcilicet peculium.

b *In corporibus.* ſcilicet tantum.

c *Ædes.* ſcilicet ſint in peculio,non etiam quantitas.cæterum do-
A tis ex emplum ſequeremur:vt ſupra de iure dot. l.ſi is qui. §. quod dicitur.

d *Liberis ve.* vel his quorum negotia geſſerit dominus, vel etiam heredi:vt.ſ̃.de pecu.l.peculium.§.præterea.&.j̃.eod.l.fi.ſecus ſi debeatur ſeruo vicario:vt infra eod. l. id quod. in princip.

e *Vindicabuntur.* per legatarium, id eſt legatarius vindicabit, & ſic incertam partem: vt.ſ̃. cõmuni diui.l.& ſi non omnes.§.j.

f *Singula corpora.* quæ ſunt in peculio manſura:aliàs non: vt.j̃.eod. ſi Sticho.& hoc ſi nõ ſoluerit heredi quod domino debuit ſeruus: vt infra eo.l. dominus ſeruo. & not. ꝙ pro rata: & ſic non poteſt eligere heres ſibi debitum in vna re.in domino ſecus,qui de peculio cõuenitur:vt.ſ̃.de pecu. ſi noxali.§.idem rectè ait. & facit ad id quod no. C.ad legem Falc.l.ij. itẽ facit ſupra de dona. inter virum & vxo.l.ſi vir §.ſi duo mancipia. Acc.

g *Ære alieno.* dominico,& ſic ſub impoſſibili quaſi modò: quod equidẽ verum eſt quantum ad ſtrictam rationem,ſcilicet inſpecta peculij proprietate.

h *Legati.* ſ.peculij eſt enim eius natura & definitio, vt intelligatur deducto ære alieno,id eſt dominico:vt.ſ̃.de pec.l.depoſiti.§.fi.

i *Sed puto verum.*aliàs puto:aliàs putauerũt,ſcilicet ſapiẽtes.Acc.

k *Adiicere.* vt ſit plenius.Accurſius.

l *Vindicatio.*id eſt petitio per act.ex teſtamento, vel rerum ſingularium,quin deducatur de ſingulis pro rata rerum ſingularium:vt ſupra proxi.reſpon.

m *Vindicantem.* corporum partem pro debiti rata.& ſic no.quòd habet legatarius exceptionem,non act.vt hîc,&.j̃.eo.§. ſicut. ſecũ-
D dum H.ſed.R.etiam actionem.& hîc de rigore dicat. & pro eo ꝙ. j̃.dicit quod poteſt remittere expreſſe vel tacite.Item arg. contra. huic reſpon.j̃.quorum leg.l.j.

n *Voluntatem.* ſcilicet defuncti.

o *Significauerit.* i.ſignificare voluerit ꝙ proculdubio illa adiectione facere voluerit:vt.C.de fal.cauſa adie.le.l.j.&.iiij.

p *Hæc adiectio.* quæ remittat,vel quæ dicat eum non debere.

q *Nuda voluntate.*non expectata ſolutione: vt &.ſ̃. de pecu. leg.l. peculio.in prin.Item & alio modo ſi leget ei res ſingulas quæ ſunt in peculio ſpecialiter exprimendo ſecundum Io.vt.j̃.eo. l. ſi peculium ſeruo.& ſecundum hoc facit ad quæſtionem monaſterij an teneatur ſoluere creditoribus conuerſi:vt ſi bona omnia contulit. ſi aliàs ſingulas,non teneatur.Accurſius.

r *Vicario.* Teſtator mihi ordinario legauit libertatem,& vicarium meum Pamphilum cum ſuo peculio. quærebatur, an valeret peculij legatum?& allegabatur quòd non valeret, quaſi non habeat
E peculium,ſed magis pars peculij ordinarij dici poteſt:vt ex ſequẽtibus colligi poteſt.ſed hæc non eſt bona allegatio, quia & vicarij peculium habent:vt.ſ̃.de pec.l.definitio.Item alia ratione, quia ſeruo legato non videtur eius peculium legari:vt.j̃.eo.l. antepen. ſed nec hęc bona:quia hîc expreſſum eſt cum peculio,ibi non.vt ergo ordinario ſuum poteſt adiungi peculium:ſic vicario ſuum.Vel pone ſecundo caſum quòd mihi ordinario fuit vicarius legatus, nec fuit adiectum,cum peculio. Et quod ſubiicit in fi. niſi aduerſetur &c.id eſt niſi deſit:quod ſemper eſt vt deſit,niſi nominatim peculium quoque legatum ſit:vt.j̃.eo.tit.l.antepe.& ſecundum hoc nõ eſt contra.ſ̃.tit.j.l.quæſitum.§.Celſus.vel ſolue vt ibi.& facit.ſ̃.titu. i.l.fundo.§.j.

ſ *Si ſeruus.* ſcilicet ordinarius,puta Stichus.Accurſius.

t *Vicarius.* puta Pamphilus.

u *Secundum voluntatem.* & non ſecundũ verborũ rigorem:quoniã forſan vnum tantum & ſolius ordinarij peculium ſit dandum.

Non com-

ſeparatíſque peculiis teſtatore locuto. & ſecundum hæc vicarius vicarij non communicabitur, [a] niſi hæc mens fuit teſtantis. Sicut autem æs alienum, hoc eſt quod debetur domino, minuit legatũ peculium: ita per contrarium id quod dominus debet ſeruo, augere debet. Sed huic ſentẽtiæ aduerſatur reſcriptum Imperatoris B noſtri [b] & patris eius, quod ita eſt: Cùm peculium ſeruo legatur, non etiam id conceditur, [c] vt petitionem habeat pecuniæ quam ſe in rationem domini impendiſſe dicit. Quid tamen ſi hęc voluntas [d] † fuit teſtatoris, cur non poſſit cõſequi [e]? Certè compenſari [f] debet hoc quod impendit, cum eo quod domino debetur. [g]

An & quod dominus ſcripſiſſet ſe ſeruo debere, peculio legato cederet? Pegaſus negat. idem Nerua. Et cum Gnęus Domitius filiæ ſuæ peculium quod eius eſſet, legaſſet, & annuum quod ei ſolitus erat dare, biennio non dediſſet, ſed in rationibus ſuis retuliſſet [h] filiæ ſe debere quinquaginta: Atilicinus exiſtimauit legato non cedere. quod verum eſt: quia conſonat reſcripto. [i] Non ſolùm autem quod domino debetur, peculio legato deducitur, [k] ſed & ſi quid heredi [l] debitum fuit.

VII. POMPONIVS *libro ſeptimo ad ſabinum.*

SI quis creditori ſuo adrogandum ſe dederit, & agetur de peculio [m] cum adrogatore: idem puto dicendum, quod de herede dicitur.

VIII. VLPIANVS *libro vicenſimoquinto ad ſabinum.*

DEnique Pegaſus reſpondit, ſi ſtatulibero cui peculium legatum ſit, heres interim crediderit: id ipſo iure deC trahi, & corpora ſingula [n] etiam per hoc æs alienum [o] deminui. Proinde ſi purè libertatem accipiet, & heres vel viuo domino vel antè aditam hereditatem ſeruo crediderit: legatum peculij minuetur ſecundum

a *Non communicabitur.* ſed ſoli Pamphilo vicario debebitur. nam per ſpeciem generi derogatur: vt. & .ſ̃. de triti.leg.l.ij. & .ſ̃. de lega. iij.l.ſeruis vrbanis.§.fina. & .j̃. de auro & argen.leg.l.j. & de manumiſ.teſta.l.ſi peculium.

b *Imperatoris noſtri.* diui Veri & Ant. vt inſt.de le.§.peculium.in fi.

c *Conceditur.* eo ſolo ꝙ ſuum legauit peculiũ: niſi aliud liqueat, vt ſtatim dicet.

d *Voluntas.* manifeſta vel ex verbis, vel ex cõſuetudine: vt infra eod. l.dominus.§. teſtamento.in fin.

e *Cõſequi.* ſcilicet quòd nulla ratione impedit, & certè poterit illud conſequi.

f *Compenſari.* compenſationi equidem non nolle, petitioni verò palam demum velle ſufficit. R. vt & ſupra ea.l. in princ.ij.reſpon. ſic & aliàs admittitur compẽſatio, nec tamen datur petitio: vt.ſ̃.de neg. geſt.l. ait prætor. §. pupillus. & ſupra de compen.ſi cum filio. &. l.etiam quod. Accurſius.

† Voluntas teſtatoris tollit omnẽ ſuſpicionẽ fraudis. l. qui autẽ.j̃. ſi quis omiſ. cau. teſtamen. idem no. per Bart. in auth. matri.C. quando mul.tut. offi.fun. poteſt.

g *Debetur.* veluti debitum naturale: vt & .ſ̃.de compen.l.etiam quod. & de peçu.l.nec ſeruus. & .l.non ſolùm.§.j. & .ij. & facit ſupra de pecu.l. quam Tuberonis.§.ſed & id. Accurſius.

h *Retuliſſet.* etiam nuda ratione & voluntate, id eſt, quòd nec vlla demonſtratio. nec eius filiæ nomine depoſitio, nec fœnori pro ea datio, vt infra eod.l.fi. & ſupra de leg.iij.l.qui filium. R. nec vlla cauſa debiti præceſſit: vt ſupra de pecu.l.non ſolùm. §. fi. ſic in liberis nuda ratio non facit aliquem debitorem. vt.j̃.de don.l.nuda.

i *Reſcripto.* de quo meminit ſupra proxi.§. Accurſius.

k *Deducitur.* vt inſtit.quod cum eo.§.cùm autem.

l *Heredi.* vt quia creditor ſerui heres domino extitit: vt.ſ̃.de pec.l. ſed ſi damnum.§.ſed & ſi creditor. vel quòd heres ſtatulibero mutuauit, cui peculium erat legatum: vt.j̃.eo.l.denique. Accurſius.

SI *quis.*] CASVS. Titius debitor Seij dedit ſe in arrogationẽ eidem Seio: & poſtea ex aliquo cõtractu fuit dictus Titius factus debitor Gaij. nunc Gaius agit contra arrogatorem de peculio arrogati. certè poterit arrogator deducere de peculio illud quod debet ei arrogatus, ſicut heres domini deducit de peculio ſeruo legato illud quod ſeruus debet eidem heredi: vt.ſ̃.l.proxi.in fi. & idem eſt in duobus aliis caſibus. Primus eſt talis: Titius dedit libertatem ſeruo ſuo Sticho ſub conditione, & legauit ei peculium ſuum: heres autem interim pendente conditione libertatis credidit eidem ſeruo decem. certè poteſt idem heres detrahere de peculio dicta.x. & ſingula corpora peculiaria ſeruo danda minuuntur etiam per hoc æs alienum quod credidit heres ſtatulibero pendente conditione libertatis, non ſolum per illud æs alienum quod credidit ei viuente domino, & antè teſtamentum factum, de quo iam dixi. Secundus caſus eſt: Pone quòd dictus Titius dedit libertatem purè dicto ſeruo: & legauit ei peculium. poſtea heres dicti Titij credidit eidem ſeruo decem viuo dicto Titio domino, vel mortuo antè aditam hereditatem. nunquid minuetur peculium pro illis decem? Et dicitur quòd ſic, licèt heres nunquam fuerit dominus ſerui. nam non eſt dominus heres niſi adita hereditate, ea autem adita ſtatim ſeruus liber efficitur. & .h.d. vſque ad primum.§.l.ſeq. Viuianus.

m *De peculio.* ex contractibus poſt arrogationem factis, non antè: vt ſupra de pecu.l.in arrogatorem. Sed nonne per arrogationẽ fuit actio extincta? Videtur quòd ſic: vt ſupra de capi.deminu.l.ij.§.penul. Sed dic quòd obligatio naturalis non eſt extincta: vt ſupra.l. proxi.in fi. & infra l.proxi.

D*Enique.*] CASVS. in princ. recitatus fuit in.l.præceden. [QVI STICHVM.] Titius in teſtamento ſuo manumiſit Stichum & Pamphilum ſeruos ſuos, & legauit vnicuique eorum ſuum peA culium. certè ſi vnus dictorum ſeruorum debet alteri, debitum decedit de peculio debitoris, & accedit peculio creditoris. [ITEM QVÆRITVR.] Sticho ſeruo meo reliqui libertatem ſi decem daret heredi meo, & legaui eidem ſeruo peculium ſuum. nũquid decedent de peculio decem prædicta quæ debuit dare heredi? Et dicitur quòd ſic. Sed ꝗd ſi dictus ſtatuliber vendidit heredi ſeruũ quẽ in peculio habebat? certè perinde definit ſeruus venditus eſſe in peculio ſtatuliberi, ſicut ſi fuiſſet venditus extraneo. Item quid ſi feci pactum dicto ſeruo de danda ei libertate pro.x. & ipſe ſoluit mihi. v. de illis. x. & antequam daret mihi alia. v. ego feci teſtamentũ, & iuſſi eum eſſe liberum, & legaui ei peculium, & deceſſi: nũquid illa quinque quæ mihi dedit, ſunt imputanda in peculio, & ſic manumiſſo dãda? Dicitur quòd nõ, imò debent decedere, & apud heredem remanere. ſi autem non dederat aliquam partem dictorum decem, ſi fuit tota dicta pecunia apud eum ſeruũ pro depoſito donec traderet eam mihi, bene erit tũc in peculio, & ſic pręſtabitur manumiſſo cũ reliquis rebus peculiaribus. Item quid ſi legaui dicto ſeruo peculium, & vetui heredem meũ petere à debitore peculiari dicti ſerui? certè hoc debitum remiſſum non eſt amodò in peculio computandum, imò de peculio detrahendum. [INTERDVM.] Quamuis generaliter peculium non debeatur ſeruo cui relicta eſt libertas, niſi ei ſit legatum: tamen quandoque etiam ſi non ſit legatum ei peculium, accipitur ac ſi eſſet ei legatum, ſicut euenit D in tali caſu: Titius dedit libertatem ſeruo ſuo ſi rationes redderet, & ſi heredibus teſtatoris inferret tãtùm.c. & poſtea deceſſit dictus Titius, & poſtea ſeruus paruit prædictis conditionibus reddendo rationes, & dando heredibus. c. certè in hoc caſu interpretatur iuriſconſul. voluiſſe teſtatorem quòd ſeruus retineret, ſcilicet peculium. & hoc ideò, quia teſtator iuſſit dictum ſeruum inferre centum heredibus de peculio. nam cùm ſeruum vetuit idem teſtator centum retinere de peculio, eo quòd iuſſit ea centum inferre heredibus, videtur ei permittere vt reliquum peculium ſibi retineat. quod enim in vno vetatur, in aliis videtur permitti. Sed pone quòd dictus Titius ſpecialiter legauit dicto ſeruo peculium. qualiter accipere debemus dictum peculium? vtrum quod fuit tempore mortis teſtatoris? an applicamus peculio illud quod poſtea acceſſit, vel detrahim⁹ quod poſtea deceſſit? Et dicitur quòd id tempus ſpectandum eſt quo cedit dies legati ſeruo peculij, id eſt, tempus E aditæ hereditatis. nam cùm ipſi ſeruo ſuum peculium legatur, ſicut fuit in hoc caſu, veriſimile eſt dominum voluiſſe pertinere ad ſeruum totum augmentum, cùm ſeruo manumiſſo peculium eſt futurum patrimonium. ſecus autem ſi legaſſet peculium extraneo: quia tunc eſt ſpectandum tempus mortis teſtatoris: vt ſi quid accedat peculio poſt mortem teſtatoris ex operis ſerui, vel ex alia extrinſeca cauſa, non pertineat ad eum extraneum: niſi teſtator hoc voluiſſet: incrementa tamen naturalia prouenientia pro rebus peculiaribus poſt mortem teſtatoris vſque ad aditam hereditatem, bene pertinent ad dictum extraneum peculij legatarium, vt partus ancillarum, vel fœtus pecorum. & hoc vult dicere hîc. §. Viuianus.

n *Et corpora ſingula.* ſtatulibero danda. Rog. vt infra eodem.l.ſi Sticho. Accurſius.

o *Alienum.* ſi non fuerit perſolutum: vt.j̃.eod.l.dominus.§.ſeruus. & facit.ſ̃.eo.l.ſi peculium.ij.reſpon.

a *Nunquam fuerit.* nam non eſt dominus heres niſi adita hereditate, & ea adita ſtatim eſt liber: vt Co. de cadu. tol. l. vnica. §. in nouiſſimo. & ſic nullo momento eſt dominus: vt ſupra de pecu. l. ſed ſi damnum. §. ſed ſi creditor. A

b *Accedere.* vt ſupra de pecu. l. quam Tuberonis. §. fina. & l. ſed ſi damnum. ij. reſpon. & j. eod. l. id quod. §. j.

c *Dediſſet.* id eſt, dare debuiſſet.

d *Hoc minus.* quia de eo permiſſum eſt ſtatulibero dare cauſa implédæ conditionis: vt. ſ. de condict. cau. da. l. iij. §. penult.

e *Seruum.* quem in peculio habebat.

f *His conſequenter.* quia ſupra quãdo domini facto minuitur peculiũ, hîc quando ſerui facto minuitur.

g *Pecuniæ.* paratæ pro libertate.

h *Cum peculio.* & ſic libertate gratis danda.

i *Imputãdum.* & ſic manumiſſo dandum.

k *Decedere.* & ſic apud heredem remanere.

l *Eſſe placuit.* & ſic pręſtandum cum reliquis reb⁹ peculiaribus. Rog. Sed nonne hoc domino debetur? ergo debet deminuere peculiũ legatum: vt ſupra eodem l. ſi peculium. ij. reſpon. & §. ſicut? Reſpon. aliud eſt fortè cùm debetur ob libertatem: vt infra de manu. l. vj. quia tũc fortè alio modo ſuccurri poteſt domino, ſcilicet per actionem in factum contra liberũ factum: vt Cod. an ſeruus ex ſuo facto. l. promiſſæ. & aliud quando ex alia cauſa naturaliter tantùm, quod non poteſt peti, & ideò deducit. ad quod ſupra de pecul. l. ſi noxali. §. idem & in filio. vel bene dicit, id in peculio eſſe placuit: quia ſola deſtinatione, non re ipſa erat detractum, & ideò remanet in peculio adhuc, & dominus vel eius heres poterit deducere. ad quod ſupra de pecu. l. ſi noxali. §. eſt autem quæſtionis. &c. §. ſequenti. vel hîc non præſtitit libertatem ex conuentione, ſed gratis poſtmodum in teſtamento. & ſic iam non eſt debitum quod debebatur ob libertatem, & ideò non detrahitur de peculio. ſecus in iam detracto vel ſoluto: quia illud iam deſierat eſſe in peculio, & ideò non eſt amplius petendum.

†Quid operetur traditio, vide Barto. in. l. 1. ſ. de acti. emp. & ven.

m *Hoc minus eſſe.* ſcilicet debitum remiſſum.

n *Debitori.* ſ. peculiati remittendo: ad quod. j. eo. §. Sticho.

o *Non ſit legatum.* ſcilicet ex ordine: vt. j. eo. l. antepenul.

p *Interpretamur.* ſcilicet in hoc caſu. & eſt argu. ad hoc ſupra de iud. l. cum prætor. in prin. & ſupra de fun. inſtru. l. quæſitum. §. idem reſpon. domo. Item facit ſupra eodem. l. ſi peculium. §. j. Item not. de tacito legato peculij. Accurſius.

q *Vtrum.* ſeruo libertatem & peculium lego.

r *Si ipſi.* ſcilicet quia largius.

Iuliani ſentẽtiam, licèt dominus ſerui nunquam fuerit. [a]

Duos ſeruos ſuos teſtator manumittendo, eiſdem peculia eorum legauit. Quod alter ſeruus debet alteri, deducetur de peculio ſerui creditoris, & accedet peculio ſerui creditoris.

Qui Stichum & Pamphilum ſeruos habebat, teſtamento eos manumiſit, & vnicuiq; peculium ſuum legauit. Placet, quod alteri debet, de peculio eius decedere, & alterius accedere [b] legato. Itẽ quæritur, ſi ſeruo libertas data ſit ſi decem dediſſet [c] heredi, peculiúmque ei legatum ſit: an decem quæ dediſſet heredi, debeant de peculio decedere. Et eſt verum, quod Sabino placuit, hoc min⁹ [d] eſſe in peculio legato. Plus ait Sabinus, ſi ſtatuliber ſeruum [e] heredi vendiderit, perinde deſinere eũ in peculio eſſe, atque ſi extraneo vendidiſſet. His conſequenter [f] quæritur, ſi ſeruus cum domino de libertate pactus fuerit, & partem pecuniæ [g] dederit, & antequam reſiduũ dederit, dominus deceſſerit, liberúmq; eſſe teſtamento iuſſerit cum peculio [h] legato: an quod domino dederit, in peculio ſit imputandum. [i] Et ait Labeo de peculio decedere. [k] Planè ſi nondũ dederat, †ſed donec totum traderet, pro depoſito apud eum fuerit, id in peculio eſſe placuit. [l] B C D

Item ſi ſeruo peculium ſit legatum, & à debitore eius peculiari heres vetitus ſit petere: verũ eſt, hoc minus eſſe [m] in legato peculio: hoc eſt, detrahẽdum id quod debitori [n] legatum eſt.

Quæ inducuntur ad deminutionem, operantur augmentum quando aliàs diſpoſitio non poſſet habere effectum. E

ſ *Si alij.* quia ſtrictius: vt ſtatim patet.

t *Spectandum.* ſcilicet Iulianus ait.

u *Legati cedit.* intra tempus aditæ hereditatis quo cedit dies legati relicti ſeruo manumiſſo: vt Co. de cadu. tollen. l. vnica. §. in nouiſſimo. in fin. §. Accurſius.

Interdum & ſi non ſit legatũ [o] peculium, velut legatum ſic accipitur. id eſt in huiuſmodi ſpecie: Quidam ſeruo libertatem, ſi rationes reddidiſſet, dederat, & ſi heredibus centum intuliſſet. Imperator igitur noſter cum patre reſcripſit, peculium quidem non niſi legatũ deberi: verùm, inquit, ſi conditionibus præſcriptis paruit ſeruus, teſtatorem voluiſſe eũ retinere peculium interpretamur, [p] videlicet ex eo quòd ex peculio eum iuſſerat centum inferre. Vtrum [q] autem id demum peculium accipimus, quod mortis tempore fuit: an verò & quod poſtea acceſſit, applicamus: vel quod deceſſit, detrahimus? Et Iulianus aliàs accipiẽdum legatum peculij ait, ſi ipſi [r] ſeruo legetur: aliàs, ſi alij. [ſ] nam ſi ipſi: id tempus in legato ſpectandum, [t] quo dies legati cedit. [u] ſi verò extraneo, mortis tempus: ſic tamen, vt incrementa [x] ex rebus peculiaribus ad eum perueniant: vtputa partus ancillarum, vel fœtus pecorum. quod autẽ ex operis ſuis, vel ex alia re accedit, id, ſi alij quã ipſi [y] legetur peculium, non debebitur. Hoc vtrumque Iulianus ſecundum voluntatem teſtatoris ſcribit. Cùm enim ipſi ſuum peculium legatur, veriſimile eſt eũ omne augmentum ad ipſum [z] pertinere voluiſſe, [a] cui patrimonium manumiſſo futurum eſt. [b] cùm alij, non ſic. tamen vt ſi in alterius [c] perſona hoc eum [d] ſenſiſſe appareat, idem dicas. [e]

Non minuitur peculium ſerui ordinarij cui relicta eſt libertas, propter delictũ quo tenetur ſeruo vicario.

IX. PAVLVS *libro quarto ad Sabinum.*

ID quod ſeruo [f] qui in ipſius peculio eſt debetur, nõ dedu-

x *Incrementa.* ſcilicet naturalia. & not. quòd aliter dicitur intrinſecus & extrinſec⁹ quàm hîc. ſ. de petitione hereditatis. l. item veniunt. §. ſed ea. Accurſius.

y *Ipſi.* ſ. ſeruo.

z *Ad ipſum.* etiam extraneum poſtquam ceſſit dies.

a *Voluiſſe.* dominum.

b *Futurum eſt.* ideóque apud eum ſemper mãſurum totum teſtatoris voluntate & deſtinatione. R. ſicut enim dominus perpetuo vult eſſe peculium apud manumiſſum, ſic & eius augmenta. at extraneo illud legans poſt mortem ſuam, deſtinat à ſeruo peculium ſeparare: & eadem ratione augeri non vult per eum: & hoc ſubiicit, cum alijs, &c. Accurſius.

c *Alterius.* ſ. extranei.

d *Hoc eum.* ſcilicet ꝙ omne emolumentum detur legatario. Accurſ.

e *Idem dicas.* quod diceres ſi ſeruo legaretur ſuum peculium. Roge. & facit inſtitu. de lega. §. ſi peculium. & ſupra de pecu. l. penul. & arg. ſupra de vſuris. l. equis. in fine. & de lega. j. l. peculium. & ſupra titu. j. l. penult. Sed contra. j. e. l. cùm dominus. §. fina. Solu. ibi. Item ad hoc infra de ſtatulib. l. ſi hereditas. §. j. Hug.

ID *quod ſeruo.* CASVS. Sticho ſeruo meo ordinario reliqui libertatem, & ſuum peculium. certè non deducitur de legato prædicto peculio illud qđ ipſe ordinarius debet Pamphilo qui eſt ſuus vicarius, & qui eſt in ſuo peculio: quia etiam ſi deduceretur, remaneret adhuc in peculio ordinarij prædicti. Sed quid ſi conſeruum ſuum vulnerauerit dictus ſeruus, & fecit eum viliorem? nunquid deducitur de dicto peculio illud quod domini intereſt ſeruum non fuiſſe vulneratum? Et dicitur quòd ſic. nam nihil intereſt vulneret ſeruus conſeruum, an ſcindat aliquid, vel frangat, vel ſurripiat: quibus caſibus ſine dubio minuitur peculium ſeruo legatum, quamuis non vltra ſimplum ſed ſi vulnerauerit vel occiderit ſe ſeruus cui legatũ eſt peculium, nihil hoc nomine deducendum eſt de peculio. alioquin dicemus & ſi fugerit dictus ſeruus, deducendum de peculio id quanto vilior factus eſt propter fugam. quod quidem non eſt verum. Viuianus.

f *Id quod ſeruo.* ſcilicet vicario. nam ſi Sticho ordinario reliqui libertatem & ſuum peculium, non deducitur quod debet vicario: quia deductũ adhuc in peculio ordinarij remanet: vt & ſupra de pecu. l. ſi ſeruus. §. illud verò. & inſtitu. quod cum eo. §. aliquando. ſecus

do.ſecus ſi vtrique libertatem & ſuum peculium : quia tunc quaſi duo peculia ſunt:vt.ſ.eo.l.ſi peculium.§.ſi ſeruus.& fit deceſſio : vt A ſ.eo.l.denique.§.j.

a *Minuitur*. vt &.ſ.de pecu.l.iiij.§.ſed ſæpe.&.l. ſed ſi damnum. §. ſed ſi ex eodem delicto.&.§.& ſi ipſe.Accurſius.

S I *peculium.*] CASVS. Quamuis generaliter debeat deduci de peculio legato illud quod domino deberetur : vt ſupra eod. l. ſi peculiũ. in principio. &. §. j. tamen bene poteſt facere dominus legans ſeruo peculium, ne deducatur ſibi debitum:puta ſi leget ſeruo ſpecialiter & ſingulariter res quæ ſunt in peculio. Et ſcias quòd etiam ei qui non habet peculium , poteſt legari peculium. non enim tantùm præſens peculium poteſt legari ſeruo, ſed etiam futurum . Fit tamen quandoque inutile legatum peculij : puta cũ ſeruus cui legatum eſt peculium, decedit viuo teſtatore : ſecus ſi tempore mortis teſtatoris ſeruus inuenitur viuus: quia tũc bene cedit peculium legato.Secus autem ſi ſeruus veſtitus legatus foret: quia tunc veſtimenta legato non cedent , etiam ſi ſeruus vixerit tempore mortis teſtatoris . & hoc dicit cum tribus. ll. ſequent. Viuianus.

b *Specialiter*. vt nulla ambiguitas nulláq; ſub alicuius rigoris velamine ſit dubietas poteſt & alio modo fieri : vt ſupra eod. l. ſi peculium. §.j.& facit.ſ.de vſufru.l.quoties.§.fi.&.ſ.quibus mod. vſusfr. amit. l.quid tamen.§.quadrigæ.& inſtit.de fideicommiſſ.heres.§. ſi quis vna.Accurſius.

citur ex legato peculio, quamuis conſeruus eius ſit. Si conſeruum ſuum vulnerauerit ſeruus , & viliorem fecerit? Marcellus,non eſſe dubitandum deduci ex peculio , quod domino intereſſet. * Nam quid intereſt, conſeruum vulneret, an ſcindat aliquid vel frangat, an ſubripiat? B quo caſu ſine dubio minuitur [a] peculium , ſed non vltra ſimplum.Sed ſi ſe vulnerauit, vel etiam occidit, nihil eſt deducendum hoc nomine . alioquin dicemus & ſi fugerit,deducendum id quãto vilior ſit factus propter fugam.

* domini interſit.

x. POMPONIVS *libro ſeptimo ad Sabinum.*

SI peculium ſeruo vel filio prælegare velis:ne deducatur id quod tibi debebitur, ſpecialiter [b] ea quæ in peculio erunt, leganda ſunt.

xi. VLPIANVS *libro vicenſimonono ad Edictum.*

EI quoque qui nihil in peculio habet, poteſt [c] peculium legari. Non enim tantùm præſens, ſed etiam futurum peculiũ legari poteſt.

xii. IVLIANVS *libro trigenſimoſeptimo Digeſtorum.*

TVnc inutile legatum peculij fit,cum ſeruus viuo teſtatore decedit.[d] Cæterum ſi mortis [e] tempore ſeruus vixerit, [f] peculium legato cedet:

xiii. CELSVS *libro nonodecimo Digeſtorum.*

ALiter atque ſi ſeruus veſtitus [g] legatus foret.

Tranſpoſitio verborum legatum non vitiat.Bartolus.

xiiii. ALFENVS Varus *libro quinto Digeſtorum.*

QVidam in teſtamẽto ita ſcripſerat:*Pamphilus ſeruus meus peculium ſuum,cùm moriar,ſibi habeto,libérq; eſto*.cõſulebatur, rectè [h] ne Pãphilo peculium legatũ videretur:quòd [i] prius quàm liber eſſet,peculium ſibi habere iuſſus eſſet. Reſpõdit, in coniunctionibus [k] ordinẽ nullũ eſſe,neq; quicquã intereſſe vtrum eorũ primũ diceretur, aut ſcriberetur : quare C rectè peculium legatum videri, ac ſi prius liber eſſe, deinde peculium ſibi habere iuſſus eſt.

Generi per ſpeciem in aliam tranſlatam derogatur.Barto.

xv. IDEM *libro ſecundo Digeſtorum à Paulo Epitomatorum.*

SEruo manumiſſo peculiũ legatũ erat.alio capite omnes ancillas ſuas vxori legauerat. in peculio ſerui ancilla fuit. Serui eam [l] eſſe reſpondit:neq; referre, vtri prius [m] legatum eſſet.

c E I *quoque.Poteſt*.ſic.ſ.de lega.iij.l.etiam.& de pecu.lega.l. quæſitum.in prin.&.ſ.de leg.ij.l.peculio.in princ.Accur.

d T *Vnc inutile. Decedit*. ſcilicet antequam teſtamentum relictáve confirmentur.Rog.ad quod ſupra eod.l.j.&.infra titu.j. l.ij.Accurſius.

e *Mortis tempore*. ſcilicet teſtatoris.

f *Vixerit*. & ſic legatum ſit iam re aut ſpe debitum.Accur.

g A *Liter.Veſtitus*. tunc enim veſtimẽta legato nõ cederent : licèt ſeruus vixerit tempore mortis.hæc enim, id eſt veſtimẽta, adhærentiæ occaſione, & ferè quaſi continuæ acceſſionis, imò ſequelæ nomine,& non ſuo iure petuntur.& velut appendicia quędam nunquam per ſe debita æſtimantur:ſic in armaria,loculos,lectos,& libros, auéſque legatas, clauſtra , fulcra, claues & armaria continentur:vt.ſ.de lega.iij.l.librorum.§.fin.&.l. auibus.&.l. heres §.penul.ſecundum Rog.& H.

Q *Vidam.*] CASVS. Titius ita ſcripſit in teſtamento ſuo:Pamphilus ſeruus meus peculium ſuum cum moriar ſibi habeto,liberque eſto:& ita legauit ei peculium prius quàm libertatem: & deceſſit dictus teſtator.nunquid videtur rectè Pamphilo peculium legatum?Et videtur quòd non : quia prius quàm liber eſſet, iuſſus erat ſibi habere peculium. Dicitur tamẽ quòd rectè videtur legatũ.non enim eſt ſpectandus ordo in coniunctionibus dictionum vel orationum . perinde enim eſt ac ſi primo data eſſet ei libertas,& poſtea peculium. Viuianus.

h *Rectè*. adiunge.ſ.q.d.dubitabilis erat quæſtio,id eſt an rectè ſit legatum?Et videtur quòd non.Accurſius.

i *Quòd*. id eſt quia &c.

k *Coniunctionibus*. ſcilicet dictionum, vel orationum,vel locutionum:& ſic no.quòd verba tranſpoſita idem ſignificant. [a] ſic.C.de A teſta.l. præpoſteri.&.ſ.de leg.iij.l.cũ pater.§.fidei tuæ. &.j. de ſol. l.nec enim.& inſtit.de lega.§.antè heredis.&.j.de dam.infe.l. ſi finita.§.ſi plures.Arg.contra.ſ.de vſufru.l.quoties.reſpon.[b] cum ſuis concordan.&.ſ.de vulg.ſubſti.l.ij.§.quiſquis.Accur.

a] Concor tex.in.c.cũ clamor.& ibi gloſ. extra de teſt.

b] Dic ſecũdum Barto. quòd ibi loquitur in voluntare dubia, vbi reſpicitur ordo:hîc in voluntate certa.

S *Eruo.*] CASVS. Ego habẽs Stichum ſeruum qui habebat in peculio ancillam Arethuſam, dedi libertatem in teſtamento meo eidem Sticho,& peculium ſuũ ei legaui. poſtea in alio capite ſiue capitulo teſtamenti legaui vxori meæ omnes ancillas meas:& poſtea deceſſi. nunc quæritur, cuius eſſe debeat dicta Arethuſa : vtrum dicti Stichi, an vxoris meæ? Et dicitur ꝙ Stichi debet eſſe.& idẽ eſſet ſi prius legaſſem vxori meæ omnes ancillas meas , & poſtea Sticho prædicto legaſſem peculiũ ſuum in quo peculio erat dicta Arethuſa. nata ſemper erit Stichi dicta Arethuſa:nec obſtat.l. Titia teſtamẽto.de lega.j.quę eſt contra.nam hîc pars derogat toti,vel ſpecies generi.Viuianus.

l *Serui eam*. imò videtur neutrius: vt.ſ.de lega.j.l. Titiæ textores. in prin.quæ eſt cõtra. Sol. hîc ſpecies derogat generi,vel pars toti : vt & ſ.de tritic.l.ij. cum concor.at ibi vtrunque genus, ſcilicet textores & vernæ : vel quia hîc dicendo ſuas, vicarias nõ cõprehendit: vt.ſ.de le. iij.l.ſeruos.§.fi. ſecundũ lecturam vnam. Accur.

D

m *Vtri prius*. ſic.ſ.l.proxima.

S *Tichus habet.*] CASVS Titius habens Stichum ſeruum ordinarium, qui Stichus habebat in peculio Pamphilum vicarium valentem viginti, fuit conuentus noxali actione pro dicto Pamphilo, & fuit condemnatus hoc modo : Condemno Titium dominum Pamphili in. xxx.aureis:& permitto ei quòd det Pamphilum pro noxia ſi non vult ſoluere dictos. xxx. aureos . taliter enim ſolet fieri condemnatio in noxali actione: vt inſtit. de offic. iudi.in prin.dictus autem dominus ſoluit litis æſtimationem , id eſt dictos triginta aureos.& poſtea fecit idem dominus teſtamentum,& in eo manumiſit dictum Stichum ordinarium,eíque legauit ſuum peculium,& poſtea deceſſit dictus dominus. nunc quæritur, an heres domini cùm ſoluit peculium Sticho ex cauſa legati, in quo quidem peculio eſt Pamphilus cum ſuo peculio,poſſit deducere de peculio Pamphili vel Stichi illud quod nomine E Pamphili præſtitit dominus condemnatus noxaliter, id eſt dictos triginta aureos? Et dicitur quòd ſic. deducitur enim de peculio Pamphili quantacumque fuit illa ſumma quam dedit dominus pro litis æſtimatione , etiam ſi expediebat Sticho ordinario vt Pamphilus fuiſſet datus pro noxia.nam quicquid dedit dominus pro capite ſerui Pamphili, in eo eſt conſtitutus eius debitor idem Pamphilus. ſi autem peculium Pamphili non ſufficit ad ſatisfaciendum domino pro dicta litis æſtimatione, tunc deduci debet ſuperfluum ex peculio Stichi ordinarij, non tamen vltra pretium Pamphili. non enim expediebat Sticho ordinario dari pro æſtimatione litis vltra pretium Pamphili. ſecus autem eſſet ſi ex alia cauſa, puta ex promiſſione Pamphili debebat pecuniam domino : quia tunc non deducetur aliquid de dicta pecunia ex peculio Stichi : imò tantum de peculio Pamphili . Nec eſt hoc contrarium ei quod dictum eſt ſupra in verſic.quòd ſi Pamphili &c quia ibi propterea pretium vicarij deducendum eſt de peculio

ordinarij, quia eo nomine ipſe Stichus fuit conſtitutus debitor domino ob defenſionem vicarij ſui quam dominus fecit in noxali iudicio: de quo dictum eſt in princi. l. ſed in caſu propoſito in verſicu. quæſitum &c. vt ſi debitor eſt Pamphilus domini ex promiſſione, nihil eſt deducendum de peculio Stichi: quia hoc caſu Stichus nihil debet domino. nec enim in hoc caſu geſſit dominus negotium Stichi peculiariter: ſed eſt deducendum hoc caſu dumtaxat ex Pamphili peculio. nunquid ergo in dicto peculio Pamphili computabitur ipſe Pāphilus, id eſt illud quod valet Pamphilus, vt ſic maius eius peculium intelligatur, & melius ſatisfiat heredi domini de eo quòd Pamphilus promiſit domino? Et reſpon. quòd non, quia ipſe Pamphilus non poteſt intelligi eſſe in ſuo peculio. Viuianus.

a *Stichus*. ſeruus alicuius ordinarius.

b *Pamphilum*. vicariū.

c *Hunc*. Pamphilum. Accurſius.

d *Dominus*. vtriuſque, ſcilicet ordinarij Stichi, & Pamphili vicarij.

e *Litis æſtimationem*. in qua ſola fuit damnat[9], licèt datio noxæ ſit in ſolutione: vt inſtitu. de offic. iudi. in principio. Accurſius.

f *Reſpondit*. Iulianus magiſter meus. Accurſius.

g *Quantacumque*. etiam ſi plus quàm valeat ſeruus. nec enim poteſt dicere Pāphilus plus pro ſe datum, quàm valeat ipſemet. nā corpus reb[9] ſuis eſt præferendum, argu. C. de ſacroſan. eccle. l. antepenult.

Quod dominus ſoluit pro vicario quē in cauſa noxali defendit, de ipſius vicarij peculio totū deducit, & de peculio ordinarij vſque ad æſtimationem vicarij. quod verò alius pro vicario ſoluit, de ipſius vicarij peculio tantùm deducit: de peculio ordinarij nullo modo. Item nemo eſt in peculio ſuiipſius. Bartolus.

XVI. AFRICANVS *libro quinto Quæſtionum.*

STichus [a] habet in peculio Pāphilum: [b] hunc [c] dominus [d] noxali iudicio defendit: & damnatus litis æſtimationem [e] ſoluit. deinde Stichum teſtamento manumiſit, eíque peculium legauit. Quæſitum eſt, an quod Pamphili nomine præſtitum ſit, ex peculio vel ipſius Pamphili vel Stichi deducendum ſit. Reſpondit, [f] Pamphili quidem de peculio vtique deducendum, quātacumque [g] ea ſumma eſſet, id eſt, etiam ſi eum noxæ dedere expediſſet. [h] quidquid enim pro capite ſerui præſtitum ſit, in eo debitorem eum domini conſtitui. Quòd ſi Pamphili peculiū non ſufficiat: tunc ex peculio Stichi non vltra [i] pretium Pamphili deduci debere. Quæſitum eſt, ſi ex alia [k] qua cauſa Pamphilus pecuniā domino debuiſſet, nec ea ex peculio eius ſeruari poſſet: an vſque ad pretium eius ex peculio Stichi poſſit deducere. Negauit. [l] neque enim ſimile id ſuperiori eſſe. ibi enim propterea pretium vicarij deducendum, quòd eo nomine ipſe Stichus ob defenſionem [m] vicarij ſui domino debitor [n] conſtituatur. at in B propoſito, [o] quia Stichus nihil debeat, [p] ex eius peculio nihil eſſe deducendum, ſed ex Pamphili duntaxat: qui certè [q] ipſe in ſuo peculio eſſe intellegi non poteſt.

h *Expediſſet*. ipſi ordinario, aut etiam domino: at Pamphilo nunquam illud expedire poſſet. Item contra. ſ. de peti. here. l. vtiles. vbi debet fieri quod eſt vtilius, vel datio noxæ, vel litis æſtimatio. ſed ibi alius non dominus: hîc dominus. & facit ſupra de peculio. l. ſi noxali. in prin. Accurſius.

i *Non vltra*. quia vltra hoc dari non expediebat Sticho: eſt ergo ideò, quia in tantum negotium Stichi geſſit vtiliter in re ſua peculiari: vt ſupra proxi. §. dicitur. ad inſtar enim liberorum & ſeruorum obligationes ſunt admiſſæ: vt ſupra de pecu. l. non ſolùm. §. j. &. §. an debitor.

k *Ex alia*. i. ex alia cauſa quàm prædicta: vt in promiſſione.

l *Negauit*. ſcilicet Iulianus magiſter meus.

m *Ob defenſionem*. à domino factam.

n *Debitor*. & ſic eatenus deminutum eſſet peculium Stichi. omiſiſſet enim Pamphilum Stichus libertus, ſi eius æſtimationem dominus non ſoluiſſet.

o *In propoſito*. vbi ex promiſſione debuit Pamphilus. Accur.

p *Nihil debeat*. nec enim eſt eius negotiū peculiare vtiliter geſtū.

q *Qui certè*. reſpond. tacitæ obiectioni, ſi deducitur ex peculio Pamphili debitum ex promiſſione, igitur æſtimetur & ipſe Pamphilus. ſed certè ipſe &c. vt hîc, & ſupra de pecu. l. depoſiti. §. Stichus. qui. §. ſignatur contrarius huic l. ad alium caſum. ſed iuriſconſul. reddit rationem diuerſitatis. Item ad idem ſupra de neg. geſtis. l. qui ſeruum.

QVi peculium.] CASVS. Titius habens Stichum ſeruum, qui Stichus ſeruus habebat multos creditores peculiares, in teſtamento ſuo legauit eidem Sticho peculium ſuum: & antequam decederet idem Titius, creditores Stichi peculiares cōuenerunt eundem de peculio: & pendente iudicio deceſſit idem Titius. certè heres eiuſdem Titij non aliter tenetur præſtare peculium Sticho, quam ſi ipſe Stichus cauerit heredi defenſum eum iri in dicto iudicio accepto. Sed & ſi dictus Titius manumiſit dictum Stichum in teſtamento per fideicommiſſum, & ei peculium legauit, non competent actiones creditoribus peculiaribus contra eum manumittendum, ſed contra heredem domini, ſed heres prædictus non tenetur aliter præſtare peculiū dicto ſeruo manumittēdo, niſi ipſe manumiſſus caueat in defenſum eum iri aduerſus creditores peculiares, qui intra annū poſſunt conuenire heredē, vt dictum eſt. hoc dicit cum. l. ſeq. Viuianus.

XVII. IAVOLENVS *libro ſecundo ex Caſſio.*

QVi peculium ſerui [r] legauerat, iudicium eo nomine acceperat, deinde deceſſerat. Placuit non aliter peculiū ex cauſa legati præſtari, quàm ſi C de accepto iudicio heredi caueretur.

XVIII. MARCIANVS *libro ſexto Inſtitutionum.*

SI ſeruo manumiſſo [s] peculiū legatum fuerit, in eum ſine dubio creditoribus peculiariis actiones non competunt: [t] ſed non aliàs heres [u] peculium præſtare debet, niſi ei caueatur defenſu iri aduerſus creditores peculiarios.

r *Qui peculiū ſerui*. aliàs ſeruo. & facit. ſ. j. l. proxi. &. C. de hereditate vēdi. l. ſecunda. &. ſ. quando act. de pacu. eſt an. l. j. §. an autem. & ſupra de tributor. l. quod in heredem. §. finali. &. ſ. de pecu. l. ſed ſi damnū. §. fina.

s *SI ſeruo manumiſſo*. id eſt manumittendo per fideicōmiſſum.

t *Non competunt*. imò contra: vt ſupra de dote prælegata. l. ij. §. per cōtrarium. ſed ibi directò fuit manumiſſus: vt no. C. an ſeruus ex ſuo facto. l. ij. Sed an econtra aget contra debitores peculiares? Videtur ꝙ non: vt ſupra de pecul. l. ſi Sticho. Sed ibi inter viuos: in vltima volūtate ſecus: vt. C. de leg. l. ex legato.

u *Heres*. qui intra annum poteſt de peculio conueniri. & facit. ſ. l. proxi. cum concordan. Accurſius.

D CVm dominus.] CASVS. Cùm Titius vellet manumittere inter viuos ſeruum ſuum Stichum, iuſſit eidem ſeruo vt ederet & monſtraret ſibi profeſſionem peculij, id eſt confeſſionem in ſcriptis redactam de rebus peculiaribus. & ſeruus apportauit ei chartam vbi erant ſcriptæ omnes res peculij. dominus autem accepta charta dixit, Ego volo quòd talis & talis res quæ eſt hîc ſcripta, ſit amodo in peculio tuo. & poſtea inter viuos eundem ſeruum manumiſit, & ſic tacitè videtur ei dediſſe peculiū: vt Co. de pecu. eius qui liber. me. l. j. modò quæritur, nunquid contineantur in peculio dictæ res quas ſubtraxit dominus de dicta profeſſione peculij? Et reſpon. quòd non. [TESTAMENTO.] Titius in teſtamento ſuo dedit libertatem Sticho ſeruo ſuo, & legauit ei peculium. poſtea procedente tempore manumiſit eum inter viuos, & ſic ex teſtamento amodo non erit liber. Item & per hoc quòd manumiſit eum inter viuos, videtur tacitè ei concedere peculium, vt dixi in princ. l. & poſtea deceſſit idem Titius. nunc E dictus Stichus libertus vult agere contra debitores ſuos peculiares, quod quidem non poteſt, niſi heres domini cedat ei actiones contra dictos debitores. vnde quæritur, nunquid actione ex teſtamento poſſit libertus conſequi vt dictæ actiones ei præſtentur? Et videtur quibuſdam quòd non: quia ex quo libertatem non conſequitur ex teſtamento, vt dixi: ergo non deberet poſſe conſequi ex teſtamento peculium, ſiue actiones peculiares quæ videntur eſſe acceſſio libertatis. Reſpon. tamen hîc quòd ſic. [FILIVSFAMILIAS.] Titius legauit peculium filij ſui eidem filio, in quo peculio erat Stichus ſeruus, & inſtituit ſibi heredem eundem filium cum quibuſdam aliis. poſtea dictus filius viuo patre manumiſit dictum Stichum ſine voluntate patris, & ita non valuit manumiſſio: vt infra de iure pa. l. filius. & poſtea deceſſit pater. nunc quæritur, cuius debeat eſſe dictus Stichus prædicto modo exemptus de peculio eo quòd filius deſtinauit ei libertatem

libertatem dare, quamuis libertas non valuerit? Et reſpõ. quòd debet eſſe communis omnium heredum patris: quia id demum peculium ad filium legatarium pertinet, quod inuenitur patre moriente in cauſa peculij. Stichus autem dictus non inuenitur in peculio tempore mortis patris, ergo non debetur filio. & idem eſſet ſi primo eſſet inutiliter manumiſſus à filio, & poſtea eidem filio per patrem legatus ſub legato peculij filij: quia ſeruus eſſet communis omnium heredum patris, & non ſolùm illius filij cui pater legauit peculium in quo erat idẽ ſeruus. & hoc dicit cũ. l. ſeq. Viuianus.

XIX. PAPINIANVS *libro ſeptimo Reſponſorum.*

CVm dominus ſeruum vellet manumittere,[a] profeſſionem[b] edi ſibi peculij iuſſit, atque ita ſeruus libertatem accepit. Res peculij profeſſioni ſubtractas[c] non videri[d] manumiſſo tacitè conceſſas, apparuit. Teſtamento data libertate peculium legauerat, eundémque poſtea manumiſerat.[e] Libertus vt & nominum peculij actiones ei præſtarentur, ex teſtamento conſequetur.

**Inutilis diſpoſitio circa ſpeciẽ facta inter viuos, derogat generi. Bartolus.**

Filiusfamiliâs cui pater peculium legauit, ſeruum peculij viuo patre manumiſit.[f] Seruus communis omnium heredum eſt exemptus[g] peculio propter filij deſtinationem: quia id peculium ad legatarium pertinet, quod in ea cauſa moriente patre inueniatur.[h]

a *Manumittere.* ſcilicet inter viuos. R.

b *Profeßionem.* id eſt,[a] confeſſionem in ſcriptis de rebus peculiaribus: ad quod facit infra de ceſ. bo. l. penul.

a] Quid ſit profiteri & profeſſio: pulchrè Bu. ſ. de proba. l. cùm de ætate.

c *Subtractas.* à domino qui dixit, has volo eſſe in peculium: & per hoc tacitè excipit à generali & tacita cõfeſſione peculij. Accurſius.

d *Non videri.* reliquum peculium. ſic & quando inter viuos data eſt libertas: vt Cod. de pecu. eius qui lib. me. l. j. Sed quid ſi in vltima voluntate peculium legauit & excepit: vt hîc fecit? Reſpond. idem quoad exceptas: vt & ſupra de fun. inſtru. l. quæſitum. §. idem reſpon. domo inſtructa. in fin. §. Vel fortè etiam reliqua legare videtur propter exceptionem: arg. dicti. §. idem reſp. & ſupra eo. l. denique. §. interdum. Accurſius.

e *Manumiſerat.* inter viuos, & ſic tacitè videtur ei conceſſiſſe peculium: vt. Cod. de pecu. eius qui liber. me. l. j. bene ergo ſubiicit actiones cedendas: vt & ſupra de pecu. l. ſi Sticho. Sed op. quomodo agitur ex teſtamento, cùm extincto principali & acceſſorium videatur extingui: vt ſupra titu. j. l. j. & . ij. quæ ſunt contra? Solu. hîc vtrumque principale libertas & hereditas. ibi verò fuit legatus alij, & ſic peculium eſt acceſſorium: vt argum. ſupra de here inſtit. l. talem. § j.

f *Manumiſit.* non iure, quia ſine voluntate patris: vt infra de iure patrona l. filius. Accurſius.

g *Exemptus.* id eſt, de peculio exceptus.

h *Inueniatur.* cum ſuis tamen incrementis. nec enim ad ſequentis temporis excluſionem hoc dicitur, ſed præteriti tantùm. aliàs eſſet contra ſupra eodem. l. denique. §. fina. hîc ergo ſonat quaſi diceret. non quod deſiit: vt ſupra tit. j. l. iiij. § j.

i *NIhil intereſt.* imò videtur intereſſe: vt infra de manu. teſta. l. duo filij. quæ eſt contra. Solu. ibi volente patre manumiſerunt filij, hîc non.

*SI ſticho.*] CASVS. Seius in teſtamento ſuo manumiſit Stichũ ſeruum ſuum, & legauit ei peculium ſuum. Item legauit Titio ſeruum qui erat in peculio dicti Stichi, & poſtea deceſſit dictus Seius. nunc inuenitur quòd dictus Stichus debebat domino ſuo. xx. & ſic debet detrahi pro rata de qualibet re quę eſt in peculio legato Sticho prædicto, dictum debitum: vt ſupra eod. l. ſi peculium. in princip. & . l. denique. vnde quęritur, an pro rata debeat detrahi dictum debitũ de dicto ſeruo Titio legato? Et dicitur quòd non, imò habebit eum Titius integrum.

k *Peculiaris.* repete, ſit legatus.

l *Tantum.* nam æs dominicum in ſolidum de peculio legato deducitur vbicumque pro eo legatum ſerui Titio relictum minuitur. & hoc dicit ſecundum R. vel inquantum eſt detractum, id eſt, detrahẽdum: aliàs de ſeruo peculiari, ſic non eſſet ſpecialiter legatus, ſcilicet pro rata debiti: vt ſupra eo. l. ſi peculium. in prin. & . l. denique in prin. hoc tamen non detrahitur modo: ſed Titio accedet, cui peculiaris ſeruus eſt legatus. habet ergo peculium inſtar hereditatis: vt eius creditores & ſuccedentes in vniuerſum non in rem ſingularem conueniant: vt. C. de here. ac. l. fina. & . ſi certum peta. l. j. & facit ſupra de do. præleg. l. ſi Seiæ.

A *DOminus.*] CASVS. Titius habens Stichum ſeruum, qui Stichus debebat eidem domino mille nummos: manumiſit eũ directò in teſtamento ſuo, & ei peculium legauit: & poſtea deceſſit idẽ Titius, & ſic dicitur amodo Orcinus libertus dictus ſeruus: ipſe autem Orcinus ſoluit dictam pecuniam heredi domini. certè integras res peculiares poterit petere ab eodẽ herede. [DOMINVS.] Titius habebat Stichũ ſeruum ordinarium, & Pamphilum vicarium: qui Pamphilus erat cõmunis dicti Titij, & dicti ordinarij, vel quia communiter emerant, vel quia medietatẽ Pãphili dominus eidem ordinario tantùm dederat in peculio. ſic ergo medietas Pamphili erat dominica, & alia medietas erat peculiaris. dictus autem Titius fecit teſtamẽtum, & in eo manumiſit dictum Stichum, & peculium ei legauit: & poſtea dictum vicarium qui cõmunis erat eidem domino & Sticho, legauit nominatim ipſi Sticho & Semproniæ libertæ ſuæ teſtatoris: & poſtea deceſſit idem teſtator. nunc quæritur, quam partem debeat habere in dicto Pamphilo dictus Stichus, & quam dicta liberta? Et reſpon. quòd quarta pars dicti Pamphili debet eſſe dicti Stichi liberti, & dictę duę quartę ſunt de parte dimidia quam habebat dominus in dicto Pamphilo, vt dixi. erat enim dictus Pamphilus communis pro dimidia dicti domini & dicti Stichi, vt dixi. nam cùm legauit dominus Sticho libertatem & peculium, videtur ei legaſſe medietatem Pamphili, quæ medietas erat Stichi, id eſt, in eius peculio, vt dixi. Itẽ & cùm poſtea legauit eũdem Pamphilum eidem Sticho & libertæ videtur eis legaſſe aliam dimidiam Pamphili, quæ erat dominica: & ita ex hoc ſecundo legato Stichus habet quartam Pamphili, quę eſt medietas dimidiæ dominicæ: & liberta habet aliam quartam. vnde cùm ex primo legato peculij Stichus habeat medietatem Pamphili peculiarem, inuenitur nunc habere in Pamphilo tres partes: & liberta quartam. & ita eſt planus hîc caſus. Viuianus.

XX. MARCIANVS *libro ſeptimo inſtitutionum.*

NIhilque intereſt,[i] antè legatus deinde inutiliter manumiſſus ſit, an contra.

XXI. SCÆVOLA *libro octauo Quæſtionum.*

B SI Sticho manumiſſo peculiũ legatum ſit, & Titio ſeruus peculiaris:[k] quantum peculio detractum erit ob id quod domino debetur, tãtùm[l] ei accedere cui vicarius legatus eſt, Iulianus ait.

XXII. LABEO *libro ſecundo Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum.*

DOminus ſeruum teſtamento manumiſerat, & ei peculium legauerat. is ſeruus mille nummos domino debuerat, &
C eos heredi ſoluit. Reſpondi, omnes eas res[m] deberi orcino, ſi pecuniam orcinus quam debuerat, ſoluiſſet. Dominus[n] ſeruum qui cum eo vicarium commu-

m *Omnes eas res.* id eſt, integras, & nõ detractas pro rata: quod fieret aliàs: vt ſupra eodẽ. l. ſi peculium. in princip. & . l. denique. & dic orcinus, id eſt, directo manumiſſus: vt inſtitu. de ſin. re. per fideicõmiſſ. re. §. libertas.

n *Dominus.* Titius habebat Stichum ordinarium, & Pamphilum vicarium: qui Pamphilus erat cõmunis Titij & ordinarij, vel quia communiter emerant, vel quia medietatem Pamphili dominus ei tantùm dederat in peculio. ſic ergo medietas Pamphili erat dominica, & alia medietas peculiaris. cum ergo Sticho libertatem & peculium legat: medietatem peculiarem videtur ei legare. cum verò
E tantùm eundem Pamphilum legat eidem Sticho, & alij dominicam legat: & ita ex hoc ſecundo legato quilibet partem quartam habet Pamphili: verùm ex primo legato peculij Stichus habet medietatem peculiarem, & ſic habet tres partes. Sed contra Cod. de lega. l. cùm quæſtio. §. fina. vbi dicitur quòd non ideò maiorem partem habet legatarius in re, quòd pluries fuerit nominatus.[b] Solu. hîc non fuit pluries nominatus circa idem, ſed circa diuerſa. nam primò ſuper peculiari parte, ſecundò ſuper dominica: at ibi ſuper eodem. Sed nonne & hîc ſecundò dixit vicarium, & ſic totum: & ſic videtur repetere circa idem? ſed certè licèt dicat vicarium, & ſic totum tamen pro parte accipitur totum, & tota quæ fuit teſtatoris, id eſt dominica: vt ſupra de lega. j. l. v. §. j. & . ij. & . l. vj. & de lega. iij. l. qui concubinam. §. ſi Stichus. Alij dicunt quòd illa hanc corrigit. Tertij diſtinguunt, an ſecundo leget appellatiuo nomine expreſſo, an proprio: vt ſi appellatiuo, tunc ſit communis & æqualiter: ſecus ſi proprio, argu. infra

Caſum ponit.

b] Adde etiã quòd nominatio tituli non tribuit ius nominato, niſi aliud interueniret. vide in Cle. ſi c. r. de ſenten. excom. & ibi Cardi. poſt glo.

nem habebat, teſtamento manumiſerat, & peculium ei legauerat:[a] deinde ipſum vicariū[b] qui cōmunis erat, nominatim & ipſi & libertæ ſuæ legauerat. Reſpōdi, partem quartam libertæ, reliquam partem[c] quartā liberti futuram. quod & Trebatius.

Primò ſeruus geſſit negotia liberti. Secundò libertus deceſſit, & inſtituit patronū pro dimidia. Tertiò deceſſit patronus, & dedit libertatem ſub conditione ſi rationē reddiderit de his quæ geſſit in bonis liberti. Quartò deceſſit Stichus redditis rationibus, & reliquis ſolutis, & ad libertatem perductus. Quæſtio eſt, an patroni teneantur cedere actiones heredibus agentibus cōtra debitores pro quibus ſoluit: & dicit ꝙ tenentur: & ita ponit caſum Dynus, & bene. Bartolus.

XXIII. SCÆVOLA *libro quintodecimo Digeſtorum.*

DOminus Sticho ſeruo ſuo qui bona liberti eius[d] geſſit, cui[e] pro patre dimidia teſtamēto heres extiterat,[f] in quib⁹ negotiis geſtis & Kalēdaria fuerūt, teſtamēto ſuo libertatem dederat, ſi rationem reddidiſſet: eiq; peculiū ſuum per fideicōmiſſum dedit. Stichus ſummas quibus reliquatus erat[g] tam ex Kalendario, quàm ex variis cauſis,[h] reddidit, manētibus debitorib⁹, pro quibus[i] ipſe pecuniā heredibus patroni refuderat: libertatémq; adeptus deceſſit. Quæſitū eſt, an heredibus Stichi aduerſus nomina debitorū, pro quibus[k] Stichus pecuniam heredibus patroni intulit, heredes patroni ex cauſa fideicōmiſſi compellendi ſint actiones præſtare: cùm nihil aliud à Sticho patrono debitum fuerit. Reſpondit, præſtandum.

Quod dominus debet ſeruo, computatur in peculio: ſi talis erat domini conſuetudo. Barto.

B Teſtamēto codicilliſve ſeruos manumiſit, & peculia legauit, & de Sticho ita cauit: *Stichum ſeruū meum liberum eſſe volo, eíque volo dari decem aureos, & quidquid ex ratione loculorum*[l] *meorum habet. rationes autem heredibus meis dari*[m] *volo. his omnibus quos hoc teſtamento manumiſi, peculia ſua concedi volo.*[n] Quæſitum eſt, an quod amplius rationi loculorum in diem mortis erogauit Stichus ex peculio ſuo, ab heredibus recipere debeat: cùm ex conſuetudine[o] C domus eſſet, vt quidquid amplius ex ſuo in ratione loculorum erogaſſet, dominica ratio ei deberet atq; ex ſolueret. Reſpondit, ſecūdùm ea quæ propter cōſuetudinem proponerentur, id quoque peculio legato contineri, quod & dominica ratio deberet, & ſolita erat reddere.

Seruis quos teſtator iubet non debere ſcrutari, & ſine inquiſitione eſſe: eis non videtur legare peculium nec reliqua. Bartolus.

D Seruis libertates legataq; dederat, & conditionē ita ſcripſerat:[p] † ὅσους κατέλιπον ἐλευθέροις, καὶ τὰ λήγατα αὐτοῖς, τούτοις βούλομαι εἶναι ἀνεξετάστους. * [id eſt, Quotquot reliqui libertos, atq; eis legata, eos ipſos inexcuſſos eſſe volo.] Quæſitū, eſt an peculia quo-

de ſtipul. ſeruo. le. ſi communis. Quarti dicunt quòd hîc vicarius erat communis cum extraneo: & ſecundū hoc dicunt quòd eſt legata tantùm pars peculiaris tam primo quàm ſecundo legatario, & non extranei pars: & cōmuniter eam habeant. & ſic mutat caſum. & concordat dicta. l. cùm quæſtio. quod non placet: quia hîc dicit, cum eo, ſcilicet ordinario: non dicit, cū extraneo. prima ergo verior. Item facit infra de ſtipul. ſeruo. l. iiij.

a *Legauerat.* & ſic dimidiam peculiarem.

b *Ipſum vicarium.* qui cùm non eſſet niſi pro dimidia ſuus, id eſt dominicus, eam tantū partem videtur legare.

c *Reliquam partē.* ſi habes, reliquam quartam: plana eſt. ſi verò, reliquam partem ſimpliciter, & nō quartā: tunc, id eſt tres partes: vt tamen duæ ex primo legato, tertia ex ſecundo debeantur.

D*Ominus.*] CASVS. Titius habebat Stichum ſeruum, & habebat vnum libertum qui vocabatur Pamphilus: qui Stichus geſſit bona liberi eiuſdem domini ſui, id eſt bona dicti Pāphili. poſtea deceſſit dictus Pāphilus libertus, & pro dimidia extitit ei heres dictus Titius dominus, & pro alia dimidia Gaius pone: in dictis autem bonis Pamphili liberti quæ adminiſtrauerat Stichus, erāt kalendaria, id eſt fœneraticię cautiones. dictus autem Titius dominus fecit teſtamentum, & in eo dedit libertatē prædicto Sticho ſub cōditione ſi redderet rationem de dicta adminiſtratione bonorū liberti heredibus eiuſdem Titij domini. Item per fideicōmiſſum dedit eidē Sticho peculium dicti Stichi, & poſtea deceſſit idem Titius dominus. poſtea dict⁹ Stichus volens adimplere dictam cōditionem libertatis ſuæ, fuit ſimul cum heredibus domini, & reddidit eis rationem dictæ adminiſtrationis pro ea parte, ſcilicet dimidia quæ contingebat dictum dominum ex hereditate dicti liberti, & reddidit eiſdem heredibus domini ſummas quæ remanſerunt apud eum ex dicto kalendario, & ex aliis ſimilibus cauſis, id eſt quæ remanere debuerant, ſi exegiſſet à debitoribus kalendarij. ſed ipſe Stichus nō exegit ab eis, quia non erant ſoluendo: ſed de ſuo proprio ſoluit propter dictos debitores. vnde dicti debitores remanſerunt adhuc debitores: & ſic dictus Stichus adeptus eſt libertatem conditione impleta. & poſtea deceſſit idem Stichus, & habuit duos heredes, puta primum & ſecundum. nunc veniunt dicti heredes dicti Stichi, & petunt ab heredibus dicti domini eiuſdémque patroni, vt ipſi heredes domini præſtent eiſdem heredibus Stichi actiones aduerſus omnes debitores propter quos dictus Stichus intulit pecuniam heredibus domini. nunquid debent ei cedi? Et dicitur quòd ſic.

[TESTAMENTO.] Titius habens tres ſeruos, ſcilicet Pamphilum, & Damam, & Stichum: in teſtamento vel in codicillis ſuis manumiſit dictum Pamphilum & Damam, & legauit eis peculia eorum: & de prædicto Sticho ita cauit in dicto teſtamento vel codicillis: Stichum ſeruum meum volo eſſe liberum: & volo ei dari decem aureos, & etiam quidquid habeat ex ratio-A ne loculorum meorum. aliàs autem meas rationes volo reddi heredibus meis per eundem Stichum. Item volo concedi peculia ſua omnibus iis quos hoc teſtamento manumiſi. & poſtea deceſſit dictus Titius. nunc quæritur, an illud quod amplius in rationes dictorum loculorū in diē mortis teſtatoris erogauit Stichus ex peculio ſuo, ab heredibus domini recipere debeat, cùm ex cōſuetudine domus domini eſſet, vt quidquid amplius de ſuo erogaſſet Stichus in rationē loculorum, ratio dominica, ſiue domin⁹ eidē Sticho deberet atque exolueret? Et reſpōd. quòd ſic. [SERVIS LIBERTATES.] Titius in teſtamento ſuo libertatē Sticho & Pamphilo ſeruis ſuis dedit, & poſtea cuilibet eorū legatū reliquit, & poſtea ſcripſit in dicto teſtamento talem conditionem: Quotquot ſeruos reliqui libertos, quibus etiā legata reliqui: hos volo non eſſe ſcrutatos, & volo eos eſſe ſine inquiſitione. nū quid propter hoc vidētur eis legata peculia eorum? Et dicitur quòd non. Item non videntur eis legata reliqua rationum dominicarum quas ipſi ſerui adminiſtrauerā, nec res dominicæ quas apud ſe hubuerunt, nec penſiones prædiorum quorū prædiorum fuerunt coloni dicti ſerui vel aliqui eorum. Viuianus.

d *Eius.* ſ. domini. Acc.

e *Cui.* liberto.

f *Extiterat.* dominus.

g *Reliquatus erat.* id eſt in quibus debitor erat. Accurſius.

h *Ex variis cauſis.* aliàs ex vicarij cauſis: aliàs ex variis. i. ex aliis negotiis viciſſim ab eo geſtis.

i *Pro quibus.* melius dixiſſet, propter quos. nō enim illorum gratia ſoluit, nec eorū nomine vt eos liberaret, ſed ideò vt libertatis ſibi relictæ impleret cōditionem. R. alioquin cedi nō poſſent ei actiones, cùm ſublatæ & extinctæ eſſent per ſolutionem: vt. ȷ̃. de ſol. Modeſtinus. & l. Stichū. §. ſi mādato. & ȷ̃. de fideiuſ. l. cū his. & s̃. de leg. j. l. res. in fi. l. & s̃. mand. l. Papinianus. & C. de contra. iudi. tut. l. ij.

E k *Pro quibus Stichus.* id eſt propter quos: vt modò notaui. Accur.

l *Loculorum.* id eſt burſarum domini. nam fortè tenebat burſam domini: vnde dicitur locuples, id eſt loculos habens plenos.

m *Dari.* id eſt reddi. & dic de aliis dominicis negotiis, & non loculorum, cùm id ſeruo legauerit. Accurſius.

n *Concedi volo.* hîc oritur dubitatio ex cōſuetudine quæ ſequitur.

o *Conſuetudine.* teſtatoris viuētis, ex qua ſæpiſſimè voluntas etiam vltima exprimitur: vt & s̃. de fun. inſtru. & inſtru. legato. l. cum de lanionis. §. ij. & s̃. de triti. lega. l. j. & l. ſi quis vinū. & l. ex vſu. & s̃. de leg. iij. nummis. & l. cùm quæreretur. §. j. & de lega. j. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. & s̃. de an. leg. l. ſi cui. & ȷ̃. de ſupel. lega. l. Labeo. & ȷ̃. de ali. leg. cùm alimenta. in prin. Sed arg. cōtra. s̃. de triti. lega. cum certum. Item nota quòd ſecus eſſet, ſi hæc cōſuetudo non eſſet: vt s̃. eo. l. ſi peculium. §. ſicut. & inſtitu. de lega. §. peculium. & s̃. de lega. iij. qui concubinam. §. qui fundum. Accurſius.

p *Ita ſcripſerat.* Græcum quod Py. exponit. quotquot reliqui liberos

† Vide Alcia. lib. diſpunct. 4. ca. 13.

* id eſt, Quibuſcūque libertatē reliqui, & legata, hoſce volo excutiendis rationibus ſolutos eſſe.

bertos,&c.aliàs hîc non eſt,ſed exponitur,vt rationes non reddat.
a *Rationum.* dominicarum.
b *Penſiones.* ſcilicet apud ſe habeat.Accurſius.
c *ſupra reſponſum.* eſſe ſcilicet. i.neque reliqua,neq; dominicas res, neque poſſeſſiones videri legatas:vt.j̃.de lib.leg.non ſolùm.§.pen. &.l.ſi quis rationes. &. l.Aurelio.§.j.&.l. procurator.&.l.Aurelius.&.l. creditor.R. &.s̃.de leg. j.ſi ſeruus vetitus. Item ad hoc.s̃.de adminiſtra. tu.l. quidã decedens.& ſupra eod. l. denique.§. interdum.

que legata eis videbũtur. Reſpõdit, ſecundum ea quæ proponerẽtur,non videri legata. Itẽ quæſitum eſt, an ex iſdem verbis reliqua rationum [a] quaſi legata retinere poſſint, aut ſi res dominicas apud ſe habuerint,aut ſiqui eorũ coloni prædiorum fuerunt, penſiones. [b] Reſpondit,ſupra reſpõſum. [c]

XXIIII. VLPIANVS *libro quadrageſimotertio ad ſabinum.*

SI legatus fuerit ſeruus,peculiũ excipere non eſt neceſſe: quia non ſequitur [d] niſi legetur.

XXV. CELSVS *libro nonodecimo Digeſtorum.*

SI ſeruus liber eſſe iuſſus ſit, eíque peculium legatum ſit: vicariorũ eius vicarij [e] legato continentur.

Quod pater pro filio ſtipulatur in profectitio peculio:in dubio ei concedere videtur. Bartolus.

XXVI. SCÆVOLA *libro tertio Reſponſorum.*

T*Iti filiè medio præcipito,ſumito, tibíque habeto domum illam, itẽ aureos centum*. alio deinde capite

SI legatus.] CASVS. Legaui Titio Stichũ ſeruum meum.nũquid videor ei legare peculium dicti ſerui?Et dicitur quòd non,niſi legẽ expreſſè:& ideo non eſt neceſſe quòd excipiam peculium cum lego ſeruum. Viuianus.

d *Non ſequitur.* ſcilicet nec domũ, nec fundũ, ſuppellex, inſtrumentúmve ſequitur:vt.s̃.de fun.inſtru.l.ij. §. j. &. j̃. de ſup. leg.l.fin.R. &.s̃. tit.j.l.quęſitum.§.ſupellex.hoc tamen fallit.s̃.e. denique.§.interdũ. Sed certè ibi videtur legatũ. & facit. s̃. de cõtrahen. emp. quoties. &. C. de pe.eius qui liber.me.l.j. Item contra.s̃.eo.l.ſi peculiũ.§. vicario.Sol.ibi.

SI ſeruus.] CASVS. In teſtamento meo dedi libertatem ſeruo meo & legaui ei peculium ſuũ. nunquid vicariorũ dicti ſerui mei cõtinebũtur in dicto legato peculij?Et dicitur quòd non,ſi ego teſtator nolui cõtineri.ſed quidam non habẽt in fi.huius.l.non,& tũc eſt plana:vt &.s̃.eo.ſi peculiũ.§.vicario. Vi.

e *vicarij.* hi enim vicarij legato peculio continentur:vt.s̃.de pecu. ſi ſeruus meus.§.j.R.&.s̃.eo.ſi peculium.§.vicario.

TIti fili.] CASVS Seius inſtituit ſibi heredes tres ſuos filios,puta Titium & Sempronium & Gaium,& poſtea ita locutus eſt dicto filio Titio:Titi fili è medio præcipito,ſumito,tibíque habeto domum illam,puta Seianam,item aureos cẽtum.poſtea in alio capite teſtamenti prælegauit ſuum peculium cuilibet dictorum filiorum.poſtea dictos centum aureos quos prælegauerat dicto ſuo filio Titio, dedit fœnori: & ſicut faciunt alij creditores, complexus fuit idem teſtator ſortem & vſuras dictorum cẽtum aureorum in ære alieno in quaternello ſuo breuiariarũ rationum.habebat enim idem teſtator inſtrumenta ſua in ſcrinio,& extra ſcrinium habebat vnum quaternellum in quo breuiter ſcribebat:talis debet mihi tãtum nomine ſortis,& tantum nomine vſurarum:& talis debet tãtum,& talis tantum.nunc quæritur,an peculium filio Titio prælegatum,& centum aurei eidem prælegati,& vſuræ eorundem centum aureorum debeantur eidem Titio?Et reſpondet Scęuola cautè, dicens quòd ſi dictum fœnus dictorum cẽtum aureorum exercuit pater nomine dicti filij Titij, & vſuras eorundem centum aureorum eidem filio adſcripſit in dicto quaternello : id quoque fœnus,nedum ſortem deberi eidem filio ſub legato peculij.Viuianus.

f *Peculia.* ita quòd cuilibet ſuum. Accurſius.
g *Centum aurei.* dati poſtea fœnori à teſtatore.R.
h *Debentur.* Titio filio. Accurſius.
i *Inter cæteros.* melius diceret,debitores. ſed dic, id eſt, ſicut creditores cæteri facere videntur.
k *Complexus.* ſcilicet pater. & non aperit nomine filij, vel ſuo, ſed Scæuola cautè reſpondet.Accurſius.
l *Nomine filij.*ſcilicet Titij.
m *Exercuiſſet.*volens & tibi & ei legatum augere peculium.
n *Adſcripſiſſet.* vnde deſtinatione fœnus hoc iam factum peculiũ peculiarium foret:vt ſupra de leg.iij.l.item in legato.§.j.&.l. qui filium.in fi.R.
o *Deberi.*contra.s̃.de leg.ij.cum pater.§.filia.&.l.Licinius.j.reſpon. Sol.ibi voluntas ſola & nuda,ideóque minus valida, hîc autem ad

A factum proceſſit,& ſic efficacior erat.R. magis enim ex ſecundo facto,quàm ex primo legato centum aurei debentur.& facit ad le s̃. de le.ij.l.Lucius.ij.in princ.&.s̃.de leg.iij.l.fideicommiſſa.§.ſi rem.

DE PENV LEGATA.

*Quid ſit penus,dic* vt.j̃.l.j. *in princ.* Accurſius.

peculia [f] filiis prælegauit.Quæſitum eſt,an peculio prẽlegato,& centum aurei, [g] & vſuræ eorum debẽtur, [h] quum rationibus breuiariis [*] in ære alieno & ſortem & vſuras inter cæteros [i] creditores complexus [k] ſit.Reſpondit,ſi id fœnus nomine filij [l] exercuiſ-

B ſet, [m] & vſuras,ita vt proponeretur, filio adſcripſiſſet: [n] id quoq; peculio legato deberi. [o]

## DE PENV LEGATA. TITVLVS IX.

Si legatũ pœnale incipit à præcedenti diſpoſitione,ipſum legatum eſt in præſtatione,non in petitione quoad executionis effectum,& mora poteſt purgari vſq; ad litis conteſtationem, vel diem à teſtatore ſtatutũ, ſiue legatũ ſit vnũ,ſiue in annos ſingulos.Bart.

C I. VLPIANVS *libro viceſimoquarto ad Sabinum.*[†]

VXori [p] ſuę in annos ſingulos penoris aliquid [q] heres dare iuſſus eſt. ſi non dediſſet, nũmos [r] dare damnatus eſt. Quæritur, an penus

*Inſtructi alia pars eſt penus,quã rectè veteres gloſſæ ita definiunt, ὅσα εἰς πόσιν καὶ βρῶσιν συναθροίζεται.ídque hoc titulo diligentius explicatur ſimul ac penus quæ acceſſiones ſint.* Cuiac.

VXori ſuæ.] CASVS. Titius faciens teſtamẽtum,iuſſit heredi ſuo vt vxori ſuæ teſtatoris daret in annos ſingulos aliquid penoris,puta decem corbes vini vel frumenti : & ſi non daret, damnauit eũdem heredem vt daret eidẽ vxori nummos, puta decẽ: & poſtea deceſſit idem Titi[9] Teſtator.nũc quęritur an vxor teſtatoris poſſit petere dictum vinum vel frumẽtum, an verò ſolummodo ſit in præſtatione: & ſi non pręſtaretur ei per heredem , tunc poſſit vxor petere ab herede dicta decem quolibet anno? Et reſpon. iuriſconſultus, altius exordiẽdo & incipiẽdo ab alio capitulo quàm ſit quæſitũ, & dicendo quòd ſi ſemel penus ſit legata vxori vel alij,& nõ per ſingulos annos, erit penus in præſtatione. i. quòd heres poterit præſtare eam legatario ſi voluerit,& aliàs non conſtringetur.quantitas autem prędicta.i.dicti decem nummi,erit in petitione,vt ſcilicet legatarius poſſit eam petere tantùm.in hoc caſu habet heres oblationem penoris tandiu quandiu conteſtetur cum eo lis de dicta pecunia,niſi forrè teſtator præſtituerit aliud tempus in præſtatione penus,quàm tempus litis

D cõteſtatæ ſit:pręſtituit dico,vel in mente ſua,vel in verbis:quia tũc haberet heres oblationem penoris tandiu quãdiu veniret dictum tempus præſtitutum à teſtatore:& poſt illud tempus non haberet oblationem penoris, imò poſſet ab eo peti pecunia, id eſt,dicti decem nummi. & idem eſt in noſtro caſu , vbi in ſingulos annos penus legata fuit vxori,vel etiam alij : & ſi heres non præſtaret, damnatus fuit vt daret legatario decem nummos.nam per ſingulos annos erit penus in præſtatione. & ſi heres non præſtet,poterit legatarius ab eo petere per ſingulos annos.x.nummos. Sed quid ſi penus ſit legata in ſingulos annos,vt dictum eſt:& ſi penus non præſtaretur per heredẽ ſingulis annis, damnatus ſit heres dare legatario vnam ſummam nummorum,puta centum non ſingulis annis, ſed ſemel tantùm:& primo anno penus non ſit præſtita legatario: nunquid legatarius poterit petere totam ſummam centum nummorum,quaſi totũ penoris legatum ſit transfuſum in petitione dictæ ſummæ? an verò poterit petere tantùm ſolummodò de dicta

E ſumma centum nummorum quam capit quãtitas æſtimationis dictæ ſummæ centum nummorum,quantum ad primum annũ quo penus non eſt præſtita per heredẽ legatario,quaſi toto penoris legato transfuſo in dictam ſummam?Et reſpon.quòd legatarius penoris,ſiue ſit vxor teſtatoris,ſiue alius,poteſt petere totam ſummã cẽtum nummorũ.nam in hoc eſt coërcenda heredis indeuotio.Vi.

p *vxori.* cui talia frequenter legantur. Accurſius.
q *Aliquid.* puta decem corbes vini.
r *Nummos.* puta decẽ aureos.ſunt ergo duo legata,primũ penoris, & purũ:ſequẽs cõditionale,&forſan pœnale.j̃.quãdo dies leg.ced. l.ſi penũ.in princ.nec obſt.in eo.tit.l.cùm ſine præfinitione.in prin. quia vnũ eſt quoad vnã exactionẽ. ſi autẽ dicã, ſi penum nõ dederis.x.dato,tunc vnũ eſt legatũ : vt.d.l.ſi penum.in fi.&.j̃. de verbo. obliga.l.ita ſtipulatus.&.j̃.de actio. & oblig.l.obligationum ferè.in fi.Sed arg.contra infra ad leg.Falc.l.j.§.item. in fi.§. vbi dicit,idem videtur vtrobique.ſed dic ad hoc vt vna fiat exactio.

[*] Rationes breuiarias hic putem dici quas quis in breuiariis perſcripſerit. dicitur autem breuiarium compẽdiũ: hoc eſt,liber in quo vel res geſtę,vel aliud quippiam, puta rationes,accepta impenſáque breuiter cõprehenduntur.vide ſi libet Bud. s̃. de offic. quæſto.

[†] Puto leg. tertio.ar.§. vl.j̃ eo. vbi citatur li.3 j̃. de vino & ol.quæ eſt ex li.23.ad Sabin.

a *Petatur.* ex ſequenti legato. nã in primo ſola penus erat legata.

b *Non per ſingulos.* ſed certè & tunc idem: vt infra dicit. & ſic facti eſt varietas, non iuris diuerſitas. Accurſius.

c *Dumtaxat.* id eſt non in petitione. eſt tamen in naturali & ciuili obligatione donec in mora non eſt heres: vt infra quando di. lega. ced. le. ſi penum. ſed ideò non petitur, quia teſtator qui pœnam appoſuit, penum peti noluit. Item ei quod hîc dicitur, nõ obſtat infra ad leg. Fal. l. j. §. item vt ibi plenè no.

d *Conteſtetur.* ſic. j̃. de verbo. oblig. l. ita ſtipulatus. & l. ſi inſulam.

e *Mente.* vt quia voluit dari de fructibus futuri anni: vnde tantùm voluit differri: vt infra de verbo. obliga. interdum vel expreſsè dixit, in calendis Ianuarij volo penum dari.

f *Quòd ſi in annos.* factũ diuerſum, ſed ius idem.

g *Legata ſit.* id eſt ſi nõ prẹſtetur penus per ſingulos annos decem.

h *Si minus.* id eſt ſi non præſtetur penus.

i *Quid ergo ſi vna.* id eſt vnica ſumma: puta centum aurei, ſi in ſingulis annis non prẹſtetur penus per ſingulos annos relicta. & ita. c. non per ſingulos annos, ſed ſemel tãtùm ſunt legata.

k *Coercenda.* ablatiui abſoluti.

legata peti poſſit: an verò ſolummodo ſit in prẹſtatione: & ſi non præſtetur, tunc quantitas petatur.[a] Et ſi quidem ſemel penus ſit legata, non per ſingulos[b] annos: certo iure vtimur, vt & Marcellus libro trigenſimonono Digeſtorum apud Iulianũ notat, in præſtatione eſſe dumtaxat[c] penum, quantitatem verò & peti poſſe. Habebit igitur heres oblationem tandiu quandiu lis cum eo de pecunia conteſtetur:[d] niſi fortè aliud tempus vel mente[e] vel verbis teſtator præſtituit. Quòd ſi in annos[f] ſingulos penus legata ſit,[g] per ſingulos annos penus adhuc poterit præſtari. ſi minus,[h] ſummæ per ſingulos annos petentur. Quid ergo ſi vna[i] ſumma legata ſit, & primò penus non ſit præſtita? vtrũ tota ſumma debeatur, quaſi toto penoris legato transfuſo: an verò quantitas primi anni æſtimationis ſola ſit tranſlata, dubitari poteſt. Puto tamen ſic voluntatem ſequendã teſtatoris, vt tota ſumma illicò † poſtquam ceſſauerat heres dare penũ, vxori præſtetur: heredis indeuotione coercẽda.[k]

† Cum aliquo tẽporis ſpatio. l. 1. §. 6. j. ad. l. Fal.

II. MARCIANVS *libro tertio Regularum.*

*Penu certa.*] CASVS. Legaui Titio certã penum, puta centũ corbes vini, cũ vaſis in quibus erat dictum vinum. & poſtea dictũ vinum conſumpſi. nunquid heres meus debet legatario dicta vaſa? Et dicitur quòd nõ, ſicut non debetur peculiũ legatario cui legaui ſeruũ cum peculio, cũ poſtea alienaui vel manumiſi dictum ſeruum, vel mortuus fuit dictus ſeruus: vt. s̃. titu. j. l. j. ij. iij. & iiij. Viuianus.

l *Et conſumpta.* viuo teſtatore ſcilicet: vt. s̃. tit. j. l. j. & . ij. & . l. tunc inutile. item facit. j̃. e. nã quod. in prin. & inſt. de leg. §. ſi quis ancillas. & . s̃. fa. erciſ. l. ex parte. §. duos. & . s̃. tit. ij. l. j. in fi. & . l. ſi cui.

*Qvi penum.*] CASVS. Titius legauit Seio penũ. quæritur, quid contineatur in legato? Et reſpon. quòd ea continentur quæ ſunt parata ad eſum & potum. & hoc dixit Quintus Mucius, & bene. & idem ſcripſit Sabinus in libris quos miſit ad quẽdam nomine Vitellium, determinans dictus Sabinus, & exponens dictum Quintum Mucium, & dicens in penu legata contineri omnia quæ parata ſunt cauſa harum rerum, id eſt ad eſum potúmque dicti Titij patrisfam. & vxoris ſuæ & liberorum eius: vel quæ parata ſunt ad eſum potúmque familiæ quæ ſolet eſſe circa eos, id eſt circa dictum patremfam. & vxorem ſuam, & liberos. Item ea quæ parata ſunt ad eſum potúmque iumentorum, quæ iumenta parata ſunt cauſa vſus dominici, id eſt dicti patrisfa. Ariſto etiam notando dicit quòd in prædicto legato continentur quædam quæ non ſunt parata eſui potuíque: vtputa ea in quibus, id eſt cum quibus eſſe, id eſt comedere ſolemus, vtputa oleũ, & garum, & muria, quæ ſunt genera ſalſamenti, & mel, & cætera his ſimilia. planè inquit dictus Ariſto Labeonem ſcripſiſſe nihil prædictorum cedere legato, ſi penus eſculenta legetur: quia prædicta non ſolemus per ſe eſſe, id eſt comedere: ſed per ea ſolemus eſſe, id eſt comedere. dicti tamen Ariſto & Labeo iuſtè reprehenduntur per Trebatium & Proculum. dicit enim Trebatius quòd mel ad minus bene continetur in legato penus eſculentæ: quia mel etiam per ſe ſolemus eſſe, id eſt comedere. Proculus autem generaliter loquitur dicens quòd omnia prædicta continentur in legato penus eſculentæ, niſi appareat mens teſtatoris contraria. & hoc idem dicit Vlpianus conditor huius. le. adiiciens quòd etiam lacertæ, id eſt briſcæ mellis continentur in dicto legato. [POCVLENTA PENV.] A Titius legauit Seio penum poculentam. certè continentur in legato ea quæ vini loco paterfam. id eſt dictus Titius habuit. non autem continebuntur ſupraſcripta, id eſt ea quæ ſolemus eſſe per ſe, vel per quæ ſolemus eſſe, id eſt comedere, quæ ſunt numerata. s̃. ea. l. ſed Ariſto. Item & acetum cõtinetur in dicto legato, niſi erat paratum cauſa ignis extinguendi: quia tunc non pertinet dictum acetũ ad eſum & ad potum. [SED QVOD DIXIMVS.] Dictum eſt s̃. ea. l. ij. reſpon. quòd in legato penus contineτur illud quod paratum eſt cauſa vſus ſui legantis penũ. certè illud ita accipiendum erit, vt cedat dicto legato illud quod paratum eſt cauſa amicorũ eiuſdem legãtis & clientum quos circa ſe habet legans, & vniuerſorum aliorũ quos circa ſe habeat. non autem ſic accipiendũ erit, vt legato penoris contineãtur cibaria eius familiæ quam neq; circa ſe habeat legãs, nec circa ſuos: puta ſi qui de familia ſunt in villis deputati, vt ibi faciant aliquod opus. ſi autem nõ faciant ibi opus, ſed ſtabant circa patremfami. qui multoties ad villas ibat, bene continentur cibaria eorum, vt dixit Mucius. ſed & textorũ & textricum cibaria cõtinentur, & iumentorũ quæ vſibus legantis & amicorũ ſuorum ſeruiebant. non autem continentur cibaria eorum iumentorũ quæ in agris deſeruiebant, vel D locabantur. [SIVE AVTEM.] Quæritur, nunquid penore legato contineatur frumẽtum, ſiue legumen & hordeum? Et dicitur quòd ſic. Sed nunquid cõtinentur ligna & carbones propter quæ penus conficitur, & thus & cera parata ad domeſticum vſum patrisfami? Et dicitur quòd ſic, reprobata ſentẽtia Quinti Mucij & Ofilij. Item cõtinentur in dicto legato vnguentum & chartæ epiſtolares & odores, & chartæ paratæ ad ratiunculas, & logariũ, id eſt rationarium, & vaſa penuaria ſine quibus penus non rectè poteſt ſtare. illa autem ſine quibus non poteſt ſtare, non continẽtur, ſicut ſunt dolia & arcæ, vel arculẹ frumẽti, vel leguminum. nec alia vaſa quæ in litera continẽtur, ſine quibus bene poteſt eſſe penus: ſed, vt dixi, ea ſola vaſa continẽtur ſine quibus haberi penus rectè nõ poteſt. & eſt ratio quãtum ad hoc, quia illud quod eſt liquidæ materiæ, rapit ſecum in acceſſionis locum id ſine quo eſſe nõ poteſt: & hoc ideò, quia per ſe nõ poteſt eſſe. dicta autem vaſa ſine quibus eſſe poteſt, ſunt acceſſio penus legatæ, & nõ ſunt lega- E ta. vnde penu poſt legatum à teſtatore cõſumpta, dicta vaſa legatario non debẽtur. & idem eſt etiam ſi penus cum vaſis ſpecialiter ſit legata. & . h. d. cum. l. ſeq. vſque ad. §. ſi cui. Viuianus.

Penu certa cum vaſis certis legata, & conſumpta,[l] ne vaſa quidem cedunt legato, exemplo peculij.

Eſculenta & poculẽta ad vſum patrisfamiliâs & amicorũ ipſius indefinitè legato penorum continentur. ſpeciale verò legatũ ad B ipſius vſum reſtringitur. & ſi arida penus legetur, nulla vaſa comprehendit: liquida verò vilia tãtùm vaſa comprehendit. & ſi legatum penorũ extinguitur, & legatum vaſorum. Bartolus.

III. VLPIANVS *libro vicenſimo ſecundo ad Sabinum.*

Qvi penum legat, † quid legato cõplectatur, videamus. Et Quintus Mucius[m] ſcribit libro ſecundo iuris ciuilis, penu legata contineri quæ eſui potuíque ſunt.[n] Idem Sabinus libris C ad Vitellium ſcribit:[o] Quæ harum[p] † (inquit) patrisfamiliæ, vxoris, liberorúmve eius, vel familiæ quæ circa eos eſſe ſolet: item iumentorum quẹ dominici vſus cauſa parata ſunt. Sed Ariſto notat[q] etiam quæ eſui potuíque non ſunt, contineri legato: vtputa ea in quibus[r] eſſe[ſ] ſolemus, oleum fortè, garum,[t] muriam,* mel, cæteraq; his ſimilia.

† Gel. li. 4. c. 1. hæc ferè Quinti Mucij verba citat eadem.

† Aliàs, horum.

* Flo. muria

m *Mucius ſcripſit.* rectè & ſufficienter. R.

n *Potuíque ſunt.* ſcilicet parata, non autem cauſa vendendi: vt. j̃. eo. nam quod. §. ſi cui. & . s̃. de lega. iij. cum quæreretur. §. lana. nec cauſa medendi: vt. j̃. eo. l. non omne. Accurſius.

o *Scribit.* ſcilicet Quintus Mucius determinans & exponens cum dicit, contineri omnem rem.

p *Harum.* ſcilicet rerum quæ ſunt paratæ eſui vel potui ipſius patrisfamiliâs, & eſui & potui vxoris, & ſic ſequentia. & pro hoc inſti. de vſu & habi. §. ſi cui, & . j̃. ea. l. §. ſed quod diximus.

q *Sed Ariſto notat.* non tamen per omnia bene.

r *In quibus.* id eſt cum quibus.

ſ *Eſſe.* id eſt comedere. Accurſius.

t *Garum.* genera ſalſamenti. facit ergo differentiam Ariſto inter

quod

quod,& cum quo:in quo etiam infra reprehenditur.Accur

a *Non hæc eſſe*. id eſt comedere,ſed per ea &c.quia cum eis melius appetimus.

b *Contra ſcribit*. & bene.

c *Sed Proculus*. reprobata ſententia Ariſtonis & Labeonis.

d *Contineri*.in penu legata.

e *Eſculenta*.briſca mellis &c.

f *Eſſe*.id eſt comedere. Accurſius.

g *Legauerit*. ſub.quæritur,& reſpon.& ea &c. ſcilicet per quæ ſolem⁹ eſſe.Accurſius.

h *Et ea*. Mucius reſpõdet.

i *Penni*.vt dixit Treb.

k *Lacertas* .briſcas mellis.* Accur.

l *Contineri*.ſcilicet eſculenta penu legata.

m *Supraſcripta verò*.ſcilicet quæ ſolemus eſſe, vel per quæ eſſe ſolem⁹ quæ connumerata ſunt ſuperiori.§.H.

n *Non fuit*. ſed inſtrumẽtum domus eſt:vt.ſ. de fun. inſt. quæſitum. §. ſi domus.

o *Sed quod diximus* .ſ. eo.circa princi.

p *Circa ſe habet*.vt inſti. de vſu & habi. §. ſi cui.

q *Vt eorum*.id eſt etiam in villis poſitorum.

r *Contineri*. in penu legata.

ſ *Non facerent*. in villis vel agris.

t *Præbuit*.Quintus Mucius.

u *Diceret*. Seruius.

x *Contineri*. ſcilicet penu legata.

y *Significare*.cum dixit, qui opus in villis non facerent.

z *Sunt*.quo numero cõtinentur& qui in villis, non tamen operis cauſa ſunt:vt.ſ. de lega.iij.l. ſeruis vrbanis.R.

*Imò piſces quidã ſunt ad ſalſamẽta cõficiẽda idonei: de quibus Martialis: Quũ Saxetani fer tur tibi cauda lacerti.

† Vide quæ not. pro iudicibus qui indifferẽter ea à partib⁹ accipiũt,in l. plebiſcito. ſ. de offic. præſi. & in authẽ. iuſiu. quod præſt. coll. 2. & de mand. prin. coll.3.§. hoc igitur.quãuis in regno Franciæ ita obſeruetur

*In reprehenſis fortè Scæuolæ capitibus, de quibus Gel, ibi.lib.4.c.1.

plane (inquit) ſi penus eſculenta legetur, Labeo lib. ix. poſteriorũ ſcribit, nihil eorum cedere: quia nõ hæc eſſe, [a] ſed per ea ſolemus. Trebatius in melle contra ſcribit, [b] meritò:quia mel eſſe ſolemus. Sed Proculus [c] omnia hæc contineri [d] rectè ſcribit, niſi contraria mens teſtatoris appareat. B Eſculenta [e] † vtrum ea quæ eſſe, an & ea per quæ eſſe [f] ſolemus, legauerit? [g] Et ea [h] quoque legato contineri credendum, niſi cõtraria mens patrisfamilias doceatur. Mella certè ſemper eſculentæ penui [i] cedere, lacertas [k] quoque cum muria ſua contineri, [l] nec Labeo negauit. Poculenta penu, ea quæ vini loco paterfamilias habuit, continebuntur: ſupraſcripta verò [m] non continebuntur. Penori acetum quoque cedere nemo dubitat: niſi C extinguendi ignis cauſa fuit paratum. tunc enim eſui potuíque non fuit. [n] & ita Ofilius libro ſextodecimo actionum ſcribit. Sed quod diximus [o] *Vſus ſui gratia paratum*, accipiendum erit, & amicorum eius, & clientium, & vniuerſorum quos circa ſe habet, [p] non etiam eius familię quã neque circa ſe, neque circa ſuos habet: puta ſi qui ſunt in villis deputati:quos Quintus Mucius ſic definiebat, vt eorum [q] cibaria contineri [r] putet, qui opus non D facerent. [ſ] Sed materiam præbuit [t] Seruio * notandi, vt textorum & textricum cibaria adiiceret [u] contineri. [x] Sed Mucius eos voluit ſignificare, [y] qui circa patremfamilias ſunt. [z] Simili modo & iumentorum cibaria penui continentur, ſed eorum iumentorum, quæ vſibus ipſius & amicorum deſeruiunt. Cæterum ſiqua iumenta agris deſeruiebant, vel locabantur, legato non cedere cibaria eorum. Siue autem E frumentum, ſiue quid leguminis in cella penuaria habuit, penori legato cõtinebitur. [a] Sed & hordeum ſiue familiæ ſiue iumentorum gratia:& Ofilius ſcribit libro ſextodecimo actionum. Lina & carbones, cæteráque per quæ penus [b] conficeretur, an penori legato contineantur, quæritur. & Quintus Mucius & Ofi- B lius negauerunt, nõ magis quàm molę, inquiunt, continentur. Idẽ & tus & ceras contineri negauerunt. Sed Rutilius & ligna & carbones quæ nõ vendendi cauſa parata ſunt, contineri ait. Sextus autem Cæcilius etiam tus & cereos in domeſticum vſum paratos contineri legato ſcribit. Seruius apud Melam & vnguentum [c] & chartas epiſtulares penoris eſſe ſcribit. & eſt verius, hæc omnia, odores quoque con- C tineri. Sed & chartas ad ratiunculam, vel ad logarium [d] paratas contineri. Vaſa quoque penuaria [e] quin contineantur, nulla dubitatio eſt. Ariſto autem ſcribit dolia non contineri, & eſt verum ſecundum illam dictinctionem quam ſupra in vino [f] fecimus. Nec frumenti, nec leguminum thecæ, arculæ fortè, vel ſportæ, vel ſi qua alia ſunt quæ horrei penuarij vel cellæ penuariæ inſtruendæ [g] gratia habentur, non continebuntur: ſed ea ſola con- D tinentur, ſine quibus penus haberi non rectè poteſt:

IIII. PAVLVS *libro quarto ad Sabinum.*

NAm quod liquidæ materiæ ſit, quia per ſe eſſe non poteſt, rapit [h] ſecum in acceſſionis locum id ſine quo eſſe non poteſt. Vaſa autem, acceſſio legatæ penus, non legata ſunt. Denique penu conſumpta, vaſa non debentur. [i] Sed & ſi penum cum vaſis ſpecialiter ſit legatum, vaſa E non debebuntur vel conſumpta penu vel adempta. [k] Si cui quæ

a *Continebitur*.nã & hoc per mediũ eſui potuíq; comparatur.

b *Per quæ penus*.ſcilicet ſeruanda.ſed melius dixiſſet, propter quæ, aut pro quibus.

c *Vnguentũ*.vulgare eſt nomen medicinæ, nec cauſa vtendi parata: vt infra.l.proxi.§. ſi cui. & j.l.non omne.

d *Ad logarium*. i. ratiocinariũ.[a] à logos, quod eſt ſermo, vel ratio:vt.ſ.de admi.tut.l.quidam decedens.Accur.

e *Vaſa penuaria*.ſine quibus penus non poteſt ſtare: vt in fi. huius legis.& infra proxi.

f *Supra in vino fecimus*. vbi parua & vilia vaſa diximus cõtineri vino legato, ſcilicet amphoræ & cadi:vt.ſ.de vi.le.l.iij.§.j.&.l.vinum. &.l.vino.& idem hîc in penu liquida. ſed in arida etiam vilia non debentur, vt ſubiicit.

g *Inſtruendæ*. in his enim vaſis ſeruantur fructus. ad quod ſupra de fun.inſtruct.l.inſtrumenta.

a] De logario pulchrè Pius Anto. Barto.in annot ad.ll c. 40.& Alciat. li.2. parerg. ca.25.

NAm quod.] CASVS. in princ.continuatur caſui præceden. SI CVI.] Titius legauit Seio ea quæ in promptuario ſunt, id eſt in vſu cotidiano pro bibendo & comedendo. certè nulla pe-



nus videtur legata niſi illa.ſed pone quòd dictus Titius ſolitus fru- A ctus ſuos vendere, legauit dicto Seio penum. certè ea ſola videtur legaſſe, quæ ſeparabat ſibi pro penu.ſi autem non ſeparabat, ſed promiſcuè vtebatur, tunc cedet dicto legato tantum quantum ad annum vſum eidem leganti ſufficeret, & familiæ eius, & cæterorũ qui circa eum ſunt. quod quidẽ euenit in perſonis mercatorũ, q̃ cũ eſt neceſſe, comedũt de reb⁹ quas habẽt venales, & etiã quoties cella vini & olei quæ vẽdi ſolebãt, eſt relicta in hereditate. nã heres bene ſolet vti promiſcuè iis quæ in dicta cella ſunt. ſcias etiã ꝙ in penu cõtinẽtur res omnis generis, dũ tamẽ ꝑtineãt ad eſum vel potũ.[SI ITA LEGETVR.] Legaui Titio penum meã quę eſt Romæ. quæritur, vtrũ ea penus legata videtur quæ eſt intra cõtinẽtia ædificia vrbis Romę:an verò ea ſola quæ eſt intra murũ Romæ: & ſubaudi, etiã ea penus videtur legata quę eſt intra cõtinentia ædificia, nedũ ea quę eſt ĩtra muros. Itẽ ſubaudi, ſi eſt ſimul legata pen⁹ quę eſt in vrbe, ea ſola vidẽtur legata quę eſt intra muros. & eſt ratio in vtroque, q̃a vrbẽ ferè oẽs ſapiẽtes dicũt finiri muro tenus, Romã autẽ cõtinẽtibus eodem modo ædificiis finiri dicũt oẽs ferè ſapiẽtes. & vltra prędicta dico tibi plus.ſ. vrbẽ Romanã cõtinẽtib⁹ eodẽ modo ædificiis finiri.ſi autẽ legaui eidẽ Titio penũ vrbanã, tũc cõtinetur plus in legato, q̃ ſi legaſſem penũ quæ eſt in vrbe.nã omne ſub penore cõtentũ qđ vbiq; eſt, videtur legatũ, etiam ſi ſit in villa deſtinata vrbico vſui:ſicut vrbana miniſteria dicimus quę extra vrbẽ exiſtẽtia miniſtrare cõſueuerũt in vrbe. Si autẽ extra vrbẽ ſit penus i.extra muros vrbis, ſit tamẽ Romæ eadẽ pen⁹, puta in cõtinẽtibus ædificiis vrbis: idem erit dicendum quod eſt.j.ſ.ꝙ cõtineatur dicta penus in legato prædicto vrbanæ penus. Sed & ſi penus ſit in hortis iunctis vrbi, qui quidẽ horti ſunt vltra dicta cõtinentia ædificia, idem erit dicendum, ſcilicet vt dicta penus in hortis exiſtens contineatur in prædicto legato vrbanæ penus. & hoc vult dicere hîc.§.[SI CVI PENVS.] Legaui Titio penum meam præter vinum.certè excepto vino omnis penus legata videtur.Sed quid ſi ita legaui:omnem penum meam lego Titio præter vinum meum quod eſt Romæ?certè ſola penus mea quę Rome eſt, videtur legata præter vinum quod habebam Romæ: quia poſteriora verba reſtringunt priora.Viuianus.

h *Rapit*.ſic infra de aqua plu.ar.l.ſed interdum.

i *Non debentur*. vt ſupra eo.l.ij.cum concor.

k *Vel adempta*. ſic vt ſupra eod.l.ij. & de fun. inſtru. l. ſi cui. &



UNED

in promptuario [a] ſint, legata fuerint, non omnis penus legata eſt.

Penoris legatum venalia non comprehendit: & ſi promiſcuè vtebatur, tunc ad vſum annuum venalia continet. Bartolus.

Item ſi quis ſolitus fructus ſuos vendere, penum legauerit: non omnia quæ & promercij cauſa habuit, legaſſe videtur: ſed ea ſola quæ in penū ſibi ſeparabat, [b] B Quòd ſi promiſcuè vti ſolebat, tunc quantum ad annuum vſum ei ſufficeret, familiæq́; eius, cæterorúmque qui circa eum ſunt, legato cedet. quod ferè (inquit Sabinus) euenit in perſonis mercatorum: aut quotiens cella eſt olei & vini, quæ venire ſolebant in hereditate relicta. Nomen autē *penus*, mihi traditum eſt omnibus generibus [c] dictum.

Vrbis ſeu ciuitatis appellatio muris finitur. Roma & Peruſiū. & ſimilia continētibus ædificiis. & hæc adiectio, vrbana, magis qualitatem quàm locum ſignificat. Bartolus.

Si ita legetur, *Penum quæ Romæ ſit:* vtrum quæ eſt intra continentia, legata videtur: an verò ea ſola quæ eſt intra murum? Et quidem vrbes ferè omnes muro tenus finiri, Romam continentibus, [d] & vrbem † Romam æquè continentibus. Quòd ſi vrbana penus ſit legata: omnē quæ vbique [e] eſt, legatam videri Labeo ait, etiam ſi in villa ſit vrbico vſui deſtinata: ſicuti vrbica miniſteria dicimus & quæ extra vrbem nobis miniſtrare conſueuerunt. Si autem extra vrbem, Romæ tamen ſit, ſed & ſi in hortis ſit vrbi iunctis: idem erit dicendum. Si cui penus legata ſit præter vinū, omnis penus legata videtur excepto vino. Sed ſi ita ſcriptum ſit, *Omnem penum præter vinū quod Romæ erit:* ſola penus [f] quæ Romæ eſt, legata videtur. & ita & Pomponius libro ſexto ad Sabinum ſcribit.

V. Idem *libro quarto ad Sabinum.*

Non omne quod bibetur, in penu habetur: alioqui neceſſe eſt vt omnia medicamēta quæ biberentur, contineantur. itaque ea demum penoris eſſe, quæ alēdi cauſa biberentur: quo in numero antidotum [g] non eſt. & ſanè verè Caſſius ſenſit. Sed, quod C quidam negauerunt, piper, & liguſticum, † & careum, & laſer, & cætera huiuſmodi in penu non eſſe, improbatum eſt. [h]

VI. Idem *libro decimo ad Sabinum.*

Inſtrumentum piſtrini, item vniuerſa vaſa cocitatoria, [i] * penu non continentur.

VII. Scævola *libro tertio Reſponſorum*

*Penum meam omnem ad matrem liberóſque meos qui cum matre ſunt, pertinere volo.* Quæro, ſi tutores pupilli [k] D eam ſolummodo penum deberi quæ in cœnaculo eſſet, dicant: ſint autem & in horreis amphoræ: [l] an hæ quoque deberentur. Reſpōdit, quidquid penoris vſus cauſa vbicumque habuiſſet, [m]

DE SVPELlectile legata.

*Inſtructi pars alia eſt ſupellex id eſt inſtrumentum patriſfamilias, græcè ἐνδομενία καὶ οἰκοσκευή. & enumerantur hoc titulo res quæ ſub eam appellationem cadunt.* Cuiac.

† De liguſtico vide Dioſcoridē. li. 3. c. 53. ſic autē legitur Flor. & in manuſ. Alci. omnia ferè antea deprauata.

* cocinatoria: vt & j. de auro & arg. leg. l. cum aurum. §. ſi cui. quaſi dicas, coquinatoria: nam & cocus & coquus pro eodem ſcribitur. niſi malis coquinaria legere: quod Haloādro placuit.

---

ſupra titu. j. l. j. & ij.

[a] *Quæ in promptuario.* id eſt in promptu, vt cotidiè vtatur, & ſic A alia non videntur legata. vel dic, in promptu, id eſt cellario. & ſic illa quæ eſt extra cellarium, non videtur legata. Vnde Pſal. Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud. Accurſius.

Pſal. 143.

[b] *Separabat.* facit ſupra de legat. iij. l. cùm quæreretur. §. lana. & de vſufru. lega. l. generali. §. vxori.

[c] *Omnibus generibus.* nā hic penus, & hæc penus, & hoc penus, hui9 penoris. teſte Priſci. vel dic omnis generis res continentur in penu, ſi modò aptæ ſint eſui & potui.

[d] *Continentibus.* ædificiis: vt infra de verbo. ſignific. l. ij. & facit infra titu. j. l. quemadmodū. & ſupra de lega. j. l. huiuſmodi. & ſupra de lega. iij. l. ſeruis vrbanis. & l. cuique. & l. quæro. & ſupra de fun. inſtr. l. cum quidā. & l. quæſitum. §. ſi quis. & l. cū de lanionis. §. Sabinus. & l. Seiæ. §. Pamphilæ. & l. prædia. in princ.

Idem ferè Gell. d. li. 4. c. 1. ex Sabino refert.

[e] *Quod vbique.* idē ergo dico & ſi legaui eam quæ Romæ ſit, ſcilicet vt videatur legare omnem. ADDITIO. Iſta gloſſa videtur contra iſtum text. quia ſi lego ea quæ ſunt Romæ, ſignificatur locus, vt ea tantùm quæ ſunt Romæ veniant. ſed ſi lego penum vrbanā, videor ſignificare qualitatem, vt omnis quæ vbicunque eſt, veniat, ſi tamen ſit vrbico vſui deſtinata: vt hîc, & infra titu. j. l. antepe. Bart.

† Vide in hunc locum Petrum Crinitum lib. de honeſta diſciplina. li. 4. cap. 9. & j. de verbo. ſignifi. l. 2.

[f] *Sola penus.* in ambiguis enim quod minus eſt, videtur legari: vt infra de regu. iur. l. ſemper in obſcuris. argu. contra in eo. titu. l. in teſtamentis. nā relatiuum, quod, poteſt referri ad vinū, & ad penum, cum ſit neutri generis: vt ſupra. §. nomen. Item not. præcedentia reſtringi per ſequētia: vt. ſ. de leg. iij. l. quæſitum. §. j. & ij. ibi, eadem eſt &c. & eſt ſic contra. ſ. de triti. leg. l. fi. §. fi. & de leg. iij. l. heres. §. j. & facit. j. de auro & argen. le. l. Plautius. ADDITIO. Dic quòd dictio, penus, eſt omnis generis: vt ſupra. l. proxi. §. nomen. & ideò debet habere in tex. omne penum, vt ſit generis neutri. ſed ſi habes, omnem penum, dicas quòd dictio, penum, aſſumatur diuerſis modis. vno modo quod ſit generis maſculini, & referatur ad dictionem, omnem. Alio modo quòd ſit generis neutri, & referatur ad relatiuum, quod, ſecundum Bart. hîc.

Non omne.] CASVS. Quamuis ea quæ ſunt parata ad eſum & potum, contineantur in legato penoris: vt. ſ. eo. qui penum. in princi. tamen non omne quod bibitur, in penu habetur: puta medicamenta quæ non bibuntur principaliter cauſa alendi bibētem. Sed & piper, & alia quæ in litera continentur, in penu continentur: quia prædicta & per prædicta comedimus: non autē continetur inſtrumentum piſtrini, nec vaſa deputata ad coquendum. & h. d. cum. l. ſeq. Viuianus.

[g] *Antidotum.* quoddam medicamentū eſt: vt ſupra de contrahen. empt. quod ſæpe. §. veneni. Accurſius.

[h] *Improbatum.* quia hoc & per hoc edimus. igitur in penu contineri videtur: vt. ſ. eo. l. iij. circa prin.

[i] *Inſtrumentum. Coquinaria.* id eſt deputata ad coquendum: vt infra de aur. & argen. lega. l. & ſi non ſunt. §. ſi cui. & de aliis vaſis dic vt ſupra eo. l. iij. §. vaſa.

Penum.] CASVS. Ita dixit teſtator, Penum omnem meam ad matrem meam pertinere volo, & ad liberos meos qui ſunt cū dicta mea matre. & inſtituit ſibi heredē filiū ſuum impuberē, & dedit ei tutorem Seium, & deceſſit. & reperitur nunc quòd teſtator habebat penum in cœnaculo, & etiam in horreis. dicebat tutor ꝙ nolebat legatariis dari niſi penum quæ erat in cœnaculo. reſpond. tamen quòd quicquid penoris vſus cauſa habuiſſet teſtator in quocunque loco, debet legatariis. Viuianus.

[k] *Pupilli.* filij teſtatoris.

[l] *Amphoræ.* id eſt vaſa: de quibus dic vt. ſ. eo. l. iij. §. vaſa. Accur.

[m] *Habuiſſet.* ſcilicet teſtator.

Supellex.] CASVS. In hac. l. dicit quid eſt ſupellex. & certe ſupellex eſt domeſticum inſtrumentum patrisfamil. quod ipſe paterfamil. non annumerat argento vel auro facto, vel veſti, id eſt res mobiles paratæ ad cotidianum vſum patrisfamil. ſunt ſupellex. non autē ſunt in ſupellectili animalia. ſupellectili ergo legata continentur mēſæ in legato, & trapæ, id eſt magna trapeta: & omnia illa vaſa quę cōtinentur vſque ad verſic. præterea &c. capſæ autem & armaria non continentur. & eſt plana ratio in litera. Sed nunquid ſunt in ſupellectili vaſa vitrea eſcaria & potoria? Et dicitur quòd ſic: ſicut continentur vaſa fictilia, id eſt de terra. nec ſolùm continentur in ſupellectili vaſa vitrea & fictilia quæ ſunt vulgaria, id eſt parui pretij, ſed etiam illa quæ ſunt in magno pretio. & eſt ratio, quia pellues & aquiminaria, & menſæ, & lecti argentei vel argentati E ſunt in ſupellectili, ſi paterfamilias habebat ea in ſupellectili. Sed an vaſa muricis & cryſtalli continentur? Et videtur quòd non: quia ſunt maximi pretij, & pertinent ad vſum maximorum hominum. Reſpon. tamen quòd bene continentur. nam non intereſt cuius materiæ ſunt res quas paterfa. habet in ſupellectili: quia omnes cōtinentur. Antequam autem homines ſeculi vterentur ſupellectili argentea, vel alterius magni pretij, ſicut iam fit, non continebātur in ſupellectili vaſa prædicta pretioſa. ſed cum hodie homines ſeculi quantum ad hoc imperiti vtantur ſupellectili argentea, & aliter pretioſa: ſi candelabrum vel aliud vas argenteum ſit à patrefa. relatum in argēto quod erat in ſua ſupellectili, videtur dictum vas eſſe argenti. ſcilicet quod erat in ſupellectili, & ita in ſupellectili. & ſic tunc error, id eſt ſtultitia prædictorū hominū imperitorū facit ius quātum ad hoc. Itē ſignificatione inſtrumēti domeſtici patrisfa. de quo dicitur in. l. j. & ſic ſignificatione ſupellectilis ſolēt annumerari rhedæ, id eſt rotæ plauſtri, & etiam ſedularia. Quæri autem ſolet

de tapetis

## DE SVPPELLEctile legata.

## TITVLVS X.

I. POMPONIVS *libro ſexto ad Sabinum.*

SVpellex† eſt domeſticum patrisfamiliæ [a] inſtrumẽtum, quod neque argento aurove [b] facto, vel veſti adnumeretur: [c]

II. FLORENTINVS *libro vndecimo Inſtitutionum.*

ID eſt, res mouentes, non animales.

III. PAVLVS *libro quarto ad Sabinum.*

SVpellectili legata hæc continentur, menſæ, trapezophora,† delphicæ, ſubſellia, ſcamna, lecti etiam inargentati, culcitræ, toralia, imperia, * vaſa aquaria, pelues, aquiminaria, * candelabra, lucernæ, trullæ: item vaſa ænea vulgaria, id eſt quæ nõ propriè eſſent loco attributa, præterea capſæ, armaria. Sed ſunt qui rectè putant capſas & armaria, ſi librorum, aut veſtium, aut armamentorum * gratia parata ſint, non eſſe in ſupellectili: quia ne hæ quidem ipſæ res quibus adtributæ eſſent, ſupellectilis inſtrumento cederent. Vitrea [d] eſcaria & potoria in ſupellectili ſunt, ſicut fictilia: nec ſolum vulgaria, ſed etiam quæ in pretio magno ſunt. Nam & pelues argenteas, & aquiminaria argentea, & menſas, & lectos inargentatos vel inauratos atque gemmatos in ſupellectili eſſe non dubitatur, vſque adeo, vt idem iuris ſit & ſi tota argentea vel aurea ſint. De murrinis & cryſtallinis dubitari poteſt an debeant adnumerari ſupellectili, propter eximium [e] vſum & pretium. [f]

Sed & de his idem dicendum eſt. Nec intereſt, cuius materiæ ſunt res quæ ſunt in ſuppellectili. Sed craterem argenteum non eſſe in ſupellectili, [g] nec vllum vas argenteum, ſecundum ſeculi ſeueritatem, [h] nondum admittentis ſupellectilem argenteam. Hodie propter vſum imperatorum [i] * ſi in argento relatum ſit candelabrum argenteum, argenti eſſe videtur, & error ius facit.

IIII. IDEM *libro ſingulari de inſtrumenti ſignificatione.*

RHedæ[k] & ſedularia ſupellectili adnumerari ſolent.

V. IDEM *libro quarto. ad Sabinum.*

DE tapetis quæri poteſt, [l] ſubſellia cathedraria quib[9] inſterni ſolent, vtrum in veſte ſint, ſicut ſtragula: an in ſupellectili, ſicut toralia, quæ propria ſtragulorum nõ ſunt. Et hoc magis placuit, ea ſupellectili contineri. De tapetis autem vel linteis quibus inſternuntur vehicula, [m] dubitari poteſt an ſint in ſupellectili. Sed dicẽdum eſt, potius inſtrumẽti viatorij ea eſſe, ſicut pelles [n] quibus inuoluuntur veſtimenta, lora quoque quibus hæ pelles conſtringi ſolent.

VI. ALFENVS *libro tertio Digeſtorum à Paulo Epitomatorum.*

SVpellectilis [o] eas eſſe res puto, quæ ad vſum [p] communẽ patrisfamiliàs paratæ eſſent, quæ nomen ſui generis [q] ſeparatim non haberent. quare quæ ad artificij genus aliquod pertinerent. neque ad communem vſum patrisfamilias accõmodatæ eſſent, ſupellectilis non eſſe. Sed nec pugillares [r] & codices in ſupellectili ſunt.

A de tapetis quibus inſterni ſolent ſubſellia cathedralia patrisfamil. vtrum ſint in veſt, & ſic non in ſupellectili: vt in.l.j. ſicut eſt in veſte ſtragula, id eſt veſtimentum quod ſternitur, vt ibi ſuperius quis iaceat. an ſint dicta tapeta in ſupellectili ſicut toralia, id eſt cortinæ quæ ponuntur ſupra torum ſiue lectum patrisfamil. Et reſpon. ꝙ dicta tapeta ſunt in ſupellectili. tapeta autem quibus paterfamil. non vtebatur in domo, ſed in via, nõ ſunt in ſupellectili, ſeu continentur appellatione inſtrumẽti viatorij: ſicut nõ ſunt in ſupellectili pelles quibus inuoluuntur veſtimenta patrisfa. cũ equitat extra domũ: & ſicut non ſunt in ſupellectili lora.i. funes quibus dictæ pelles ſolẽt cõſtringi. pater enim familiàs equitare volens inuoluebat veſtimenta ſua in pellibus, & poſtea cum funibus ligabat & ſtringebat pelles. Et vt generaliter tibi dicam, hæ res ſunt ſupellectilis quæ ad vſum cõmunẽ ſiue cotidianũ vſum patrisfam. paratæ ſunt, & quæ non habent ſeparatim nomen ſui generis. vnde ea quæ pertinent aliquod genus artificij, & non ſunt accõmodata ad communẽ vſum cotidianũ patrisfamiliàs, non ſunt ſupellectilis. ſed & pugillares & codices rationum teſtatoris non ſunt in ſupellectili. & hoc dicit cum quatuor legibus ſeq. Viuianus.

Vide Var. li. 7. de ling. Lat.

†Vide Alex. ab Alex. Genial. dier. li. 1. cap. 19.

†De trapezophoro vide Cælium Rhodig. lib. lect. antiq. 7. cap. 12. De delphica mẽſa Valer. Max. lib. 4. tit. 1. & apud Plin. lib. 34. c. 3.

* toralia, mappæ villoſæ, vaſa. De mappa autem villoſa vide Nebriſ. in lexico iuris ciui. in dictione, mappa. Vide & Alcià. lib. prætermiſſo. 1. in dictione, baucalium.

* Aquinimalia.

* Armorũ.

a *Patrisfamilias.* nõ fundi: vt ſupra de fund. inſtru.l. quæſitum. §. ſupellex. &. §. ſed ſi fundus. Accurſius.

b *Auróve.* auri numero continetur quod paterfamilias habet & reponit inter aurea, velut theſaurum: & ſic de aliis: non ergo quod in cincturis vel zonis eſt, auri numero continetur: vt infra de auro & argento lega. & ſi non ſint. in princ. &. §. j. & .l. ſcribit. &. j̃. eo. l. iij. §. vitrea. Accurſius.

c *Adnumeretur.* à patrefami. & ſub. quod nec penui, vel ornamentis, vel inſtrumentis, nec alij etiam vſui vel ſpeciei alteri: vt. ſ. eo. l. Labeo. ſed tunc eſt cõtra. huic. l. C. de adminiſtr. tutorum. l. lex quæ. §. antè omnia. ſed ibi impropriè dicit, cætera ſupellectilia. vel ibi non erant in theſauro, ſed vſu. & continua. l. ſeq. cum iſta. Accurſius.

d SVpellectili. Vitrea. vaſa. facit infra de auro & argen. lega. l. cum aurum. §. fina. & .l. & ſi non ſint.

e *Eximium.* quia magnates tantum vtuntur.

f *Et pretium.* ſcilicet magnum.

g *Non eſſe in ſupellectili.* contra ſupra ea. l. §. vitrea. Solu. diſtingue tempora, & concordabis ſcripturas: quia hîc de tempore antè hâc. l. ibi de futuro: vt & infra. l. proxi.

h *Seueritatem.* id eſt vſum qui eſt ſeuerus & rigidus, & contra fauorem legatorum: quia legata ſupellectili non cederent argentea. Accurſius.

i *Vſum imperatorum.* vtebantur imperatores: vt ſi vas argenteum

ff. Inſort.

relatum, id eſt annumeratum ſit argento, tunc numero argenti nõ ſupellectilis continetur: vt ſupra eod. l. j. & hîc ergo ſi numero non eſt argenti, continetur appellatione ſupellectilis: & ſic error principis facit ius, vt ſupellectilis appellatione contineatur argentum: quod tamen eſt verum ſecundum quod dicitur infra eo. l. Labeo. vt ſic legata ſupellectili candelabrum argenteũ cedat. Sed quomodo ſolius principis error facit ius? Reſpon. quia & alij debent ſequi quod ipſe facit. argu. C. de epiſco. au. l. iij. & ſi communis error hîc facit ius: ſic & ſupra de offic. prę to. l. Barbarius. Itẽ quomodo princeps errat in iure, cùm omnia ſint in eius pectore: vt. C. de teſta. l. omnium. & ab eo naſcuntur: vt. C. vnde vi. l. meminerint? Reſpon. non eſt veriſimile eum errare: poteſt tamẽ & facit infra ad Trebel. ſeruo inuito. §. cum prętor. Sed argu. contra ſupra de legi. & ſenatuſconſul. l. quod non ratione. & infra de vſucap. l. vbi lex. & ſupra de iuriſdic. om iudic. ſi per errorẽ. & infra de auro & arg. lega. l. ornamentorum.

* imperitorum.

k RHedæ. id eſt rotę plauſtri fortè: vt inſtitu. de rerum diui. §. fina.

l DE *tapetis quæri poteſt.* hîc accipe, quibus ſcilicet tapetis ſubſellia &c. Et ſic not. tapeta eſſe in ſupellectili quibus in domo vtimur, nõ in via: vt ſubiicit, de tapetis &c.

m *Vehicula.* quibus vehitur paterfamilias.

n *Sicut pelles.* ſcilicet nõ ſunt in ſupellectili. & facit infra de auro & argen. lega. l. argento. in princi.

o SVpellectilis. huc vſque & infra. l. proxi. §. j. dicitur de quotidianis.

p *Ad vſum.* ſcilicet cotidianum. Accurſius.

q *Sui generis.* hîc dic vt j̃. l. proxi. §. j. Accur.

r *Pugillares.* de cera in quibus ſcribebãtur nomina debitorum: vt ſupra commo. l. in commodato. §. igitur. Accurſius.

LAbeo ait.] CASVS. In hac lege multi iuriſconſulti loquuntur ſuper ſupellectili. & quidem Labeo primò loquitur ſuper origine ſupellectilis, dicens ideò fuiſſe originem ſupellectilis, quia olim iis qui in legationem ciuitatum ſuarum proficiſcerentur, ſolebant alij locare ea quæ forent vſui ſub pellibus. Tubero autem dicit ſecundo quid eſt ſupellex, dicens quòd ſupellex eſt quoddã inſtrumentum patrisfam. rerum ad cotidianum vſum paratarum, quod inſtrumentum non caderet in aliam ſpeciem: id eſt non computaretur ab ipſo patrefamil. cadunt autem in aliam ſpeciem ea quæ ſunt in penu, & in argento, & in veſte, & in ornamento, & in inſtrumento agri aut domus: & ideò prædicta nõ continentur in ſupellectili. Diceret aliquis, quomodo dicis tu quòd argentum non eſt in ſupellectili? nonne contrarium dicitur ſupra eodem l. iij. in fin. ſcilicet quòd continetur? Certè ſic. Dicit Tubero,

illud non obſtat,quia dicta lex.iij.in fin.loquitur ſecundum iura & conſuetudinem nouam : hæc autem loquitur ſecundum veterem, moribus enim ciuitatis & vſu rerum appellatio ſupellectilis eſt mutata. nam antiqui vtebantur ſupellectili fictili, & lignea, & vitrea, & ærea:nunc autem,id eſt ſecundum nouam conſuetudinem hominum vtimur ſupellectili ex ebore atque teſtudine, & ex argento & auro & gemmis.quare ſecũdum dictam nouam conſuetudinem oportet intueri potius ſpeciem rerum quæ dicuntur eſſe in ſupellectili, quàm materiam ex qua ſunt ſpecificatæ dictæ res.ex quacunque enim materia nunc ſunt, continentur appellatione ſupellectilis, dum tamen paterfamili. numeret eas in ſua ſupellectili. Hoc tamẽ vltimum dictum Tuberonis Seruius diſtinguit hoc modo, ſcilicet vt aſpici debeat ſententia patrisfamil. qui legauerat ſupellectilem, in qua ratione ea ſolitus ſit referre de quibus poteſt dubitari an ſint potius ſupellectilis, an argenti, an veſtis:ſcilicet vt ſi ſit ſolitus referre in ſupellectili, ſint ſupellectilis. ſi autem in aliam rationem ſit ſolitus ea referre,non ſint in ſupellectili. Si autem paterfami. ſolitus ſit adſcribere ſupellectili ea de quibus non dubitaretur quin eſſent in alio genere quàm in ſupellectili,puta argẽtum eſcarium, aut penulas, id eſt viles veſtes, aut togas, id eſt longas & pretioſas veſtes,non idcirco oportere exiſtimare ea etiam contineri in legato ſupellectilis. non enim fatetur dictus Seruius nomina rerum exaudiri debere ex opinionibus ſingulorum,ſed ex communi vſu.Tubero autem ait ſibi non liquere,nec placere id quod placuit dicto Seruio, imò dicit quòd etiam ea continentur in legato ſupellectilis de quibus non dubitaretur quin eſſent in alio genere quàm ſupellectilis, ſi paterfa.erat ſolitus adſcribere ſupellectili, & reddit Tubero talem rationem : quia nomina rerum non ſunt,niſi vt monſtrent voluntatem dicentis. pater autem famil.dicebat eſſe in ſua ſupellectili eſcarium argentum, & penulas, & togas de quibus non dubitatur quin ſint in alio genere:ergo voluntas ſua videtur eſſe vt in ſupellectili ſint.ſi eſt ſua voluntas,ergo continentur in ſupellectili. & certè dicit idem Tubero, non arbitror quemquam patremfami.dicere quod non ſentit,cùm dicit aliquas ſuas res eſſe in ſupellectili, & ſpecialiter quando eſt vſus eo nomine quo ſolet appellari id de quo quæritur vtrum contineatur appellatione ſupellectilis. vtimur enim miniſterio vocis, dicit dictus Tubero. nemo autem exiſtimandus eſt dixiſſe quod non agitauerit in mente, dicit idem Tubero.& ſubaudi ſecundum eundem Tuberonem,ergo dictus paterfami.qui nominauit in ſupellectili etiam ea de quibus non dubitabatur quin eſſent in alio genere quàm ſupellectili, videtur in mente agitaſſe vt prædicta ſint in ſupellectili. ſi videtur voluiſſe vt prædicta ſint in ſupellectili:ergo ſecundum eũdem Tuberonem ſunt in ſupellectili.Celſus autem conditor huius legis reprobata ſententia Tuberonis reuertitur ad ſententiam Seruij ſupradicti curialiter Tuberonem reprehendens, & dicens, quamuis multum me moueat ratio & auctoritas Tuberonis,non tamen diſſentio à Seruio dicente non videri quenquam dixiſſe id cuius non ſuo nomine vſus ſit.quod quidem dixit Seruius in verſiculo, verũ ſi ea,&c.nam quãuis prior & potentior ſit mens patrisfamiliâs qui legauit ſupellectilem,quàm vox ipſius patrisfamiliâs dicentis.ſicut & Tubero dicebat:tamen nemo exiſtimatur dixiſſe ſine voce.ergo non ſolùm in mente dicentis eſt vis,ſed etiam in voce eiuſdem.ergo ſi in voce ſua annumeret in ſupellectili ea de quibus non dubitatur quin ſint in alio genere quàm ſupellectilis, non continentur in ſupellectili, quamuis gerat hoc ipſe in mẽte, vt & dixit Seruius. quamuis autem dixerim ego Celſus cõditor huius legis neminem ſine voce dicere,tamen exiſtimo dicere eos qui loqui non poſſunt, & hoc per conatum & ſonum quendam. Viuianus.

†vide hic Alcia.lib.diſpun.1.ca.5.

Inſtrumenta domeſtica ad vſum patrisfamiliâs deputata ſupellectilis legatum comprehendit ex propria ſignificatione vocabuli : & ea quæ poſſunt ex diuerſis generibus contineri,ex vſu teſtantis complectuntur legato : ſed in iis quæ conſtat aliam ſpeciem continere, teſtãtis vſus non inſpicitur. Bartolus.

VII. CELSVS *libro nonodecimo Digeſtorum.*

LAbeo ait originem fuiſſe ſupellectilis, quòd olim his qui in legationem proficiſcerentur, locari ſolerent quę ſub pellibus † vſui forent. Tubero hoc modo demonſtrare ſupellectilem tentat,inſtrumentum quoddam patrisfamiliæ rerum ad cottidianũ vſum paratatũ, quod in aliã ſpeciem non caderet: vt verbi gratia penum, [a] argentum, veſtem, ornamenta , inſtrumenta agri aut domus. Nec mirum [b] eſt,moribus ciuitatis,& vſu rerum,appellationem eius mutatam [c] eſſe. Nam fictili aut lignea aut vitrea aut ærea denique ſupellectili vtebantur: nunc [d] ex ebore atque teſtudine, & argento, iam ex auro etiam atque gemmis ſupellectili vtuntur. [e] Quare ſpeciem potius rerũ quàm materiam intueri oportet. B [Sed * de his quidẽ de quibus dubitari [f] poteſt,] ſupellectilis potius,an argenti, [g] an veſtis ſint: Seruius fatetur ſententiam eius qui legauerit, aſpici oportere, in quam rationem ea ſolitus ſit referre. Verùm ſi ea de quibus non ambigeretur quin in alieno genere eſſent,vtputa eſcarium [h] argentum, aut penulas [i] & togas, ſupellectili quis adſcribere ſolitus ſit : non idcircò exiſtimari oportere ſupellectili legata ea quoque [k] contineri. C Non enim ex opinionibus [l] ſingulorum , ſed ex communi vſu [m]

A a *Verbi gratia penum.* quaſi diceret,penus & quę ſequuntur,cadunt in ſpeciem certam,& ſic non ſunt in ſupellectili,licèt ſint in vſu cotidiano.cùm ergo omnia eſculenta & poculenta ſint in penu:vt ſupra tit.j.l.iij.in princ.ſimiliter & ea quæ continentur nomine eorũ quæ hic ſequuntur : vt & ſupra e.l.j.&.s̃.l.proxi. Accurſius.

b *Nec mirum.* tacitę obiectioni reſpondet.

c *Mutatam.* ſcilicet ab eo quod ab initio fuit. vnde verſus, Multa renaſcentur quæ iam cecidere,cadéntque Quę nũc ſunt in honore vocabula , ſi volet vſus, Quem penes arbitriũ eſt & vis & norma loquẽdi. & facit ſupra de legi.& ſenatuſcon.l. de quibus.in fi. Horatius.

*inclusa deſunt Flo.

d *Nunc.* ex ſequenti tempore.

e *Vtuntur.* vt &. s̃.eo.l. iij.§.vitrea.&.§.fin.

f *Dubitari.* tali dubitatione non ex generis qualitate tantũ de quo quæritur,ſed ex eius vſu pendente.R. puta de eſcario : vt.j̃.de auro & argen.lega. l. & ſi non. §.ſi cui eſcarium. R.

g *An argenti.* quæ argenti numero ſint, dic vt infra de auro & argen.leg. l. cùm aurum. &.l.Quintus.§.pen.&.§.fi.&.l.& ſi non ſint.in prin.&.§.j.&.ij.

h *Vtputa eſcarium.* de hoc dubitari poteſt an argẽti numero ſit,vel non : vt infra de auro & argen.lega.l.& ſi non ſint.§.lectum.&.§.ſi cui eſcarium. ſupellectilis ergo numero conſtat non contineri : vt ſupra eodẽ.l.j. Azo.niſi probetur teſtatorem contrà ſenſiſſet:vt infra.l.proxi.

i *Penulas.* vilis veſtis,ſed toga longa & pretioſa.

k *Ea quoque.* ſcilicet omnia,ſed argentum eſcarium contineri poterit,ſi id teſtatorem ſenſiſſe conſtiterit:vt infra.l.proxi. & ſupra dixit. H,

l *Opinionibus.* Not.ſic.s̃.de adquir.here.l.cùm quidam.§. quod di- D citur.in medio.l.H.

m *Ex communi vſu.* ſcilicet proprio,aut figurato. nam & figuratiuá ſignificatio communis eſt,& ſic vſitata poteſt appellari.Item nota hîc quod ſi per appellatiuum nomen teſtator aliud ſignificare voluit : ſi quidem deminuere voluit ſignificationem verbi teſtator,vt ſi plura ſignificabat, & pauciora voluit ſignificari : ſtabitur, teſtatoris voluntati : vt.s̃.de fun.inſtruct.& inſtru.leg.l. cùm de lanionis.§.aſinam.&.§.quidam.& infra de auro & arg.lega.l. Quintus.§.item argento.&.j̃.eo.l.legata.ſecundum Rog. quandoque tamen ſecus reperio, vt ſupra de vſufruc.leg.l.ſi alij.licèt.R.aliter ibi dixerit : vt ibi no.ſi verò voluerit augere ſignificationem,ſentio cũ Seruio, reprobata ſententia Tuberonis:vt ſi quidem voluit augere per ea de quibus dubitari poteſt an ſint in alio genere,vel quæ eiſdem verbis prima facie contineri videntur,tunc ſtabitur eius volũtati.ſi verò certum eſt ea in alio genere eſſe,non ideò augebitur legatum : vt hîc,& ſuperiori reſpon.& infra de auro & arg.leg.l.pe- E diculis.§.ij.ſed quãdo non deminuere vel augere(ſicut dictum eſt) ſignificationem teſtator voluit, ſed appellatiuum nomen incongruens ei de quo ſenſit expreſſit,ſed congruens alij: ſi quidem omninò eſt extranea & remota ſignificatio appoſita ab eo quod voluit,vt ſi ſenſit de auro,dixit de lapide, nihil omninò debetur:vt ſupra de lega.j.l.iiij. in fi.j.reſpon.ſi verò ſententia poteſt aptari quoquo modo, quod ſæpe per conſuetudinem apparet, vel per vnicam eſſentiam & materiam, ſecus eſt.quod dic vt ſupra de lega.iij. non aliter. ſic ergo ad ea quæ ſuper hac. l. dicuntur, facit infra de auro & argẽ.lega.l.pediculis.§.j.&.ij.&.l. Quintus Mucius.per totum.& ſupra de legi.& ſenatuſconſul.de quibus.§.inueterata.& ſupra de lega.iij.nummis.&.l.ille.§.j.&.j̃. de reg.iur.l.in ſtipulationibus.Sed arg.contra.s̃.de lega.j.l.iiij. Item contra.s̃.de tri.vi.& oleo lega.l.ſi quis.in princip. Item contra.j̃.tit.ij.l.inter veſtem.Solu.vt ibi. Accurſius.

a *Id.* vſque huc Seruius. Nunc Tubero incipit: & dic, Tubero ait, non ſibi liquere, id eſt manifeſtum eſſe, & ſic nec placere, id ſcilicet quod Seruio. nam quorſum, id eſt quare ſunt nomina inuenta? & ſunt verba Tuberonis per Celſum hîc relata.

b *Vt maximè.* idem ergo ſi nomine non congruo, ſecundum Tuberonem.

nomina exaudiri † debere. Id [a] Tubero parũ ſibi liquere ait. Nã quorſum nomina, inquit, niſi vt demõſtrarent voluntatẽ dicẽtis? Equidẽ nõ arbitror quenquã dicere quod non ſentiret, vt maximè [b] nomine vſus ſit quo id appellari ſolet. nã vocis miniſterio vtimur. cæterùm nemo exiſtimãdus eſt dixiſſe quod nõ mẽte agitauerit. [c] Sed & ſi magnopere me [d] Tuberonis & ratio & auctoritas mouet, non tamen à Seruio diſſentio, nõ videri quenquã dixiſſe, cuius nõ ſuo nomine [e] vſus ſit. Nam & ſi prior atq; potentior eſt, quàm vox, mens dicẽtis, [f] tamen nemo ſine voce dixiſſe exiſtimatur: niſi fortè & eos qui loqui non poſſunt, conatu ipſo, & ſono quodam, ϰ̀ τῇ ἀνάρθρῳ φωνῇ † dicere exiſtimamus. [g]

Argentum eſcarium & potoriũ appellatione ſupellectilis non continetur niſi ex vſu patriſſamilias aliud ſignificetur. Bart.

VIII. MODESTINVS *libro nono Reſponſorum.*

CVm quidam vxori ſuæ legauerat domũ cum iure ſuo [h] omni, & inſtrumento, & ſupellectili: quærebatur an videretur & argentũ eſcale [i] & potorium legato cõtineri. Reſpõdit, ſi quid in ſuppellectili argẽtum [k] eſt, debe-

c *Agitauerit.* ex omnibus, licèt perperam inferre valebat Tubero quem quolibet verbo dicere quidquid vellet.

† Hæc verba ponũtur in glo. 2. in c nonnulli. extra de reſcrip. Ant. Aug. li. 4. cap. 17.

d *Me.* Celſum authorem huius legis.

e *Suo nomine.* proprio, vel quod vice proprij nominis fungitur: vt. ſ. ſi cer. pet. l. certum. & facit. j. de reb. dub. l. iij. & de manu. teſta. l. qui habebat. & l. Stichus. & ſupra de hered. inſtit. l. quoties.

f *Dicentis.* ſic. ſ. de lega. iij. l. non aliter. & l. xj. §. eum. & l. quiſquis mihi. arg. contra. ſ. de vſufru. lega. l. ſi alij.

g *Exiſtimamus.* facit. C. de fideicom. lib. l. & in epiſtola. & ſ. de leg. ij. l. cum proponeretur. & ſ. de leg. iij. l. nutu.

† Hoc eſt, & inarticulata voce, ac cõfuſa. Vide Alcia. lib. prætermiſſo. 2. hoc ipſo tit.

CVm quidam.] CASVS. Titius legauit vxori ſuæ domum Titianũ cum omni ſuo iure, & cum inſtrumento & ſupellectile, & deceſſit. modo quæritur, an contineatur in dicto legato argentum eſcarium & potorium? & dicitur quòd non, niſi vxor legataria doceat hoc ſenſiſſe teſtatorem. aliud autem argentum quod teſtator annumerabat ſupellectili, ſine dubio cõtinetur. Viu.

h *Iure ſuo.* id eſt ſeruitute ei & ab ea debita. idem tamen ſi hoc non dixiſſet: vt ſupra de ſer. ruſti. præd. l. via. §. quæcumque.

i *Eſcale.* quod dicatur eſcarium argentum, dicitur infra de aur. & argen. leg. l. & ſi non ſint. §. ſi cui. & l. pediculis. §. argento.

k *Argentum.* ſine omni dubio. R.

l *Eſcale.* de quo poteſt dubitari, an alio genere contineatur: vt. j. de auro & argen. leg. l. pediculis. §. j. ſed in ſupellectili conſtat non contineri, vt hîc, & ſ. eo. l. Labeo. §. verùm ſi ea. niſi hoc teſtator ſenſerit: vt. j. ſtatim ſubiicit. Accur.

m *Non deberi.* quia prius generali nomine poſito, ſcilicet inſtrumẽto, deinde ſuppoſuit ſpeciale nomẽ, ſcilicet ſupellectile. & ideò reſtringit præcedentia omnia: vt. ſ. de leg. iij. l. heres. §. vxori. Sed ar. contra infra tit. j. à filio. §. fin.

LEgata.] CASVS. Titius legauit mihi ſupellectilẽ ſuam, in qua quidem multæ ſpecies continentur quæ ſunt enumeratæ ſupra eo. l. iij. in prin. & poſtea per imperitiam enumerauit quaſdam de dictis ſpeciebus ſolis, & non enumerauit alias, & deceſſit. nunquid debentur mihi omnes ſpecies quæ ſunt in ſupellectili enumeratæ ſpecialiter, & aliæ? Et dicitur quòd ſic. nam dicto generali legata ſupellectili, non derogatur per dictam enumerationem quarundam ſpecierum. ſi autem ex certa ſcientia ita dixit teſtator, Lego Viuiano ſupellectilem meam, ſcilicet menſas, trapezophora, & delphicas, intelligitur tunc datus modus legato generis, id eſt ſupellectilis, in dictis ſpeciebus ex certa ſcientia numeratis, ſcilicet vt illæ ſolæ debeantur, & non aliæ quæ ſolent in ſupellectili contineri, ſcilicet ſubſellia & ſcamna, & aliæ ſpecies enumeratæ in dicta. l. iij. in prin. & quod dictum eſt in ſupellectile legata, habet locum in prædio inſtructo legato, ſi poſtea teſtator numerauit ex certa ſcientia quaſdam ſpecies quæ ſolent contineri in inſtrumento fundi, & non alias: ſcilicet vt in ſpeciebus enumeratis intelligatur da-

A tus modus generi. [SVPELLECTILIS.] Titius legauit mihi ſupellectilem ſuam. certè continentur menſæ cuiuſcunque materiæ, etiam ſi ſint argenteæ, vel argento incluſæ, & lecti argentei, & cãdelabra argentea. & hoc ſecundum poſteriorem ætatem, ſecundũ quam homines vtuntur ſupellectile argẽtea etiam: cum per priorẽ ætatẽ nõ eſſet in vſu argentea ſupellex, ſed tãtùm fictilis & vitrea & lignea & ærea: vt ſupra eo. l. iij. in fi. & l. Labeo. §. nec mirum. & cum Vlyſſes qui fuit de dicta poſteriori ætate, haberet vxorem nomine Penelopen, hic Vlyſſes abſentauit ſe diu, & redargutus poſtea à dicta ſua vxore per Homerũ ſiue Ouidium, quem ei tanquam nuntium deſtinauit, fecit lectum de truncis ligni, quod nec comburi nec putrefieri poterat: & ornauit dictum lectum argento & auro, & miſit dictæ ſuæ vxori vt eſſet ſignũ quod ipſe Vlyſſes viuebat. [SVPELLECTILI.] Titius mutuauit Seio centum, & accepit argentum in pignore. poſtea idem Titius fecit teſtamentum, & legauit Gaio omnem ſuã ſupellectilem. nunquid dictum aurum continebitur in legato? Et dicitur quòd non: quia vt dictum eſt, legauit ſupellectilem ſuam. appellatione autem ſui, continetur res teſtatori obligata propter fidem contractus, & propter vinculum rei obligatæ reſtituendę debitori ſoluto debito: vt in fine huius. l. & hęc vera ſunt ſi dictum argentum nõ fuit in vſu creditoris voluntate debitoris, ſed fuit tantum apud eũ repoſitum cauſa pignoris: quia ſi prædicto modo fuiſſet in vſu creditoris eiuſdem teſtatoris, bene contineretur in legato prædicto, à contrario ſenſu huius literæ. Viuianus.

† Et ſic ſuperflua non vitiant: neceſſaria verò prætermiſſa deminuunt contractum. facit gloſ. ſuper verbo, ſanior. poſt med. in cap. quia propter. extra de elect. vbi hæc verba ponuntur per hanc l.

ri. eſcale [l] autẽ vel potorium argentum non deberi, [m] niſi hoc quoque teſtatorem ſenſiſſe legatarius doceat.

IX. PAPINIANVS *libro ſeptimo Reſponſorum.*

LEgata ſupellectili, cum ſpecies ex abundanti per imperitiã enumerentur, [n] generali le-B gato nõ derogatur. † Si tamẽ ſpecies certi numeri demonſtratæ fuerint, [o] modus generi datus in his ſpeciebus intelligitur. Idem ſeruabitur inſtructo prędio legato, ſi quædã ſpecies numerũ certum acceperint. Supellectilis mẽſas eſſe cuiuſcumq; materię, ſcilicet vel argenteas, vel argento incluſas, placet. Nam & argenteos lectos, item argentea candelabra ſupellectili cedere poſterior ætas [p] recepit: cùm & Vlyſſem [q] ex C auro & argẽto lectum viuẽtis arboris truncis ædificatum ornaſſe, quem Penelopa recognoſcẽdi viri ſignum accepit, vt voluit Homerus. Supellectili ſua omni legata, acceptũ argentum pignori non cõtinebitur, quia ſupellectilem ſuã legauit: vtiq; ſi non in vſu creditoris id argentũ voluntate [r] debitoris fuit, ſed propoſitum * propter contractus fidem, ac reſtituendæ rei vinculum.

* repoſitũ.

X. IAVOLENVS *libro tertio ex Poſterioribus Labeonis.*

D

n *Enumerentur.* à teſtatore. Accurſius.

o *Fuerint.* ex certa ſcientia, non per imperitiam. & dic vt not. ſupra de fun. inſtru. l. quæſitum. §. pe. & §. fina. & facit in eo. titu. l. cũ de lanionis. §. quidam cum. & l. Seiæ. in prin. & infra titu. j. l. verba. & l. alimenta. §. Baſilicæ. & l. Stichus. in prin. & arg. ſ. de iudi. l. cùm prætor.

p *Ætas.* ſic ſupra eo. l. Labeo. circa prin. & l. iij. §. fin.

q *Cum Vlyſſem.* Hic Vlyſſes cùm diu fuiſſet abſens, & per literas ab vxore ſua ſcilicet Penelope redargueretur, fecit lectum de truncis ligni quod nec comburi nec putrefieri poterat, & ornauit auro & argento, & miſit vxori vt eſſet ſignum viri E viuentis. facit ſupra de contrahend. empt. l. cùm ab eo. §. menſam.

r *Voluntate.* quia præſumebatur nolle lucrum: vt ſupra de lega. iij. l. antepenul. in principio. Item not. quod ex vſu teſtatoris voluntas colligitur. ſic ſupra de vi. triti. & oleo lega. ex vſu. & infra titu. j. l. cùm alimenta. in princip. Sed arg. contra infra. l. proxi. Accurſius.

Voluntas teſtatoris ex vſu colligitur.

QVi veſtem.] CASVS. Titius ſolitus erat ponere & annumerare in ſupellectile ſua omnem veſtem ſuam, & alias res plurium generum. idem Titius fecit teſtamentum, & vxori ſuæ legauit ſupellectilem. nunquid in legato continetur dicta veſtis? Et Labeo & Ofilius & Caſcellius rectè negabant veſtem ceſſuram dicto legato: quia veſtis non poteſt videri contineri appellatione ſupellectilis. veſtis enim cadit in aliam ſpeciem. Viuianus.

a Expenſo. id eſt cùm expenderet ſupellectilem, nominabat hæc omnia, & vtebatur in ſupellectili.
b Contineri. quia certum genus habet veſtis: vt.ſ.l.j.&.l. Labeo.§. verum ſi ea. & dic vt ibi plenè notaui.

Qui veſtem omnẽ,& res plurium generũ ſupellectilis * expenſo [a] ferre ſolitus erat, is vxori ſupellectilem legauerat. Rectè negabant veſtẽ legato ceſſurã Labeo, Ofilius, Caſcelli⁹: quia nõ poſſet videri veſtis appellatione ſupellectilis contineri. [b]

B XI. IDEM *libro decimo ex Poſterioribus Labeonis.*

Vaſa ænea ſalientis aquæ poſita, item ſiquid aliud magis deliciarum quàm vſus [c] cauſa paratum eſſet, nõ eſſe ſupellectilis, Labeo, Trebatius putant. Murrhea † autem vaſa & vitrea quæ ad vſum edendi & bibendi cauſa parata eſſent, in ſupellectili dicuntur eſſe.

XII. LABEO *libro quarto Pithanon à Paulo Epitomatorum.*

C Quemadmodũ vrbanus ſeruus & ruſticus diſtinguitur non loco, [d] ſed genere vſus: ita vrbana pen⁹ & ſupellex ad vſum vrbanum, non ad locum vrbanũ aut peregrinum dirigenda eſt: multumq; intereſt, penus & ſupellex ea quæ in vrbe [e] ſit, an vrbana, legetur vel promittatur.

XIII. MODESTINVS *libro nono Reſponſorum reſpondit.*

Nvnquam ex eo quòd ſupellectilem legauit maritus teſtamento, habitationem in qua ſupellex fuit, legaſſe videtur: quare contra defuncti voluntatem habitationem ſibi mulierem vindicare procul dubio eſt.

XIIII. CALLISTRATVS *libro tertio de Cognitionibus.*

Vaſa ænea.] CASVS. Titius legauit mihi ſupellectilem ſuam. quæritur, an in legato contineantur vaſa ænea poſita in domo cauſa aquæ ſaliẽtis & fluentis in domo, quæ quidẽ vaſa ſunt ad voluptatẽ, & nõ ad neceſſitatem? Et dicitur quòd nõ. & idẽ eſt ĩ qualibet alia re poſita ad voluptatem. murrhea autẽ vaſa & vitrea quæ parata ſunt ad vſũ edẽdi & bibendi, bene cõtinentur in dicto legato: & dicũtur murrhea vaſa illa quæ ſunt picta vel ornata murice, id eſt ſanguine muricis, de quo ſolet tingi purpura: vt.C.de diuerſis reſcrip. l.penul. Viuianus.
c Vſus. neceſſarij.& facit.ſ. de ſer.l.vt pomũ.

Quemadmodũ.] CASVS. Titius Romanus pone, legauit mihi ſupellectilem ſuã vrbanam. habebat autem quædã ſupellectilia in rure, quæ erãt ad vſum vrbanum deſtinata. nũquid illa ſupellectilia poſita in rure cõtinentur in legato? Et dicitur ꝙ ſic, & eſt ratio, quia quẽadmodum vrbanus ſeruus & ruſticus nõ loco, ſed genere vſus diſtinguitur, ita vrbana penus & ſupellex eſt dirigẽda ad vſum vrbanum, non ad locum vrbanum aut peregrinũ. ſecus autẽ ſi legaſſet mihi ſupellectilẽ quæ eſt in vrbe, quia non cõtinetur tunc niſi ea quæ eſt intra muros vrbis. Viuianus.
d Non loco. vt ſupra de lega.iij.l. ſeruis vrbanis. in princ.&.l. cùm quæreretur.in princ.&.j. de verborũ ſigni.l.vrbana.&.C.de prędiis mino.l.ſi prędium. Accur.
e In vrbe. ſic.ſ. tit.j.l.nam & ſi.§. ſi ita.Accurſius.

* Perperam addebat Hal. verbũ, nomine.

† Murrhea vaſa eadem ſunt, quæ & myrrhinæ: de quibus paſſim apud authores.

Nvnquam.] CASVS. Titius legauit vxori ſuæ ſupellectilem ſuã quam habebat in domo ſua Titiana. nunquid vxor poterit vindicare ſupellectilem & domum, id eſt habitationem domus? E dicitur quod ſolam ſupellectilem vindicare poteſt.

Fvndo.] CASVS. Legauit Titio fundum. certè non continetur in legato inſtrumẽtum fundi, niſi ſpecialiter hoc expreſſerim. nam & ſi legaſſem ei domum, nõ cedit legato inſtrumentum domus, nec ſupellex quæ erat in domo, niſi ſpecialiter hoc dixi.
f Fuerit. ſed nec legato ſeruo peculium: vt.ſ.tit.iij.l.antepenul.nec vendito: vt.ſ. de contrahen. emp.le. quoties. Item facit.ſ.de act. empt.l. Iulianus.§.fi.&.l.ſeq. &.l. fundi. &.ſ.de lega.iij.l. Lucius.§. collegio.&.ſ. de fun.inſtru.l. cùm fundus. Sed cõtra.ſ.de vſufru.l. ſed & ſi quid.§. proprietatis. Solu.aliud ſi vſufructus legetur, quia tunc inſtrumentum fundi vel domus continetur, vt ibi. aliud ſi fundus, vt hîc & eſt ratio vt ibi nof.

DE ALIMENTIS VEL CIBARIIS LEGATIS.

HIC *titulus quid alimentorum vel cibariorum legato contineatur, explicat. & plenius quidem eſt alimentorum legatum. qua de cauſa cibaria & veſtiaria, inuenias nominatim legari ſæpè, alimentis veſtiaria iungi ſuperuacuò, non item. Sed & præcipua quædam in his eſſe hic titulus declarat, veluti vt deportatis vel ſeruis pœna vel etiam ſeruis propriis ſine libertate, alimenta aut cibaria relinquantur rectè, vt ſi relicta ſint vſque ad pubertatem, extendantur vſque ad plenam pubertatem, vt non minuantur propter prædia eo nomine poſtea obligata vt ex reditu eorum percipiantur, ſed minuuntur tamen per legem Falcidiam.l. Diuus.j.ad leg.Fal.* Cuiacius.

A

Fvndo legato, inſtrumentum eius non aliter legato cedit, niſi ſpecialiter id expreſſum ſit. Nam & domo legata, neq; inſtrumentũ eius, neq; ſupellex aliter legato cedit, quàm ſi idipſum nominatim expreſſum à teſtatore fuerit. [f]

B

# Digeſtorum

## ſeu Pandectarum Liber trigenſimuſquartus.

## DE ALIMENTIS vel cibariis legatis.

## TITVLVS I.

Legato alimentorum cedit aqua quæ eſt venalis. Bartolus.

I. VLPIANVS *libro quinto de omnibus Tribunalibus.*

C Si alimenta fuerint legata, dici poteſt etiam aquam legato ineſſe, ſi in ea [g] regione fuerint legata, vbi venũdari aqua † ſolet.

Appellatione libertorum ſuorum continentur ſerui legati vt manumittantur. Item bona trãſeunt ad quemlibet cum onere alimentorum. Bartolus.

II. MARCIANVS *libro octauo Inſtitutionum.*

Si quis libertis [h] alimenta reliquerit: etſi [i] legati fuerint ſerui, [k] & rogati legatarij manumittere, ad fideicõmiſſum [l] admit-
D tuntur, [m] vt & diui quoq; Seuerus & Antoninus reſcripſerũt: & licet ad fiſcũ bona fuerint deuoluta, ex quibus [n] alimenta debeãtur, præſtanda ſunt, [o] ſicuti ſi ad quẽlibet ſucceſſorẽ tranſiſſent. [p]

Si alimẽta.] CASVS. Titius legauit mihi alimenta. certè etiã aqua in legato continetur ſi legata fuerunt alimẽta in ea regione in qua ſolet vendi aqua, vt in Africa, & in Ægypto, & Venetiis. Viuianus.
g Si in ea. vt in Africa, vel Ægypro: vt.j.eod.l. Mela.§.quidam.

Si quis.] CASVS. Titius legauit mihi Stichum & Pamphilum ſeruos ſuos: & rogauit me vt eos manumitterem. & poſtea ĩ eodem teſtamento legauit alimenta libertis ſuis, & poſtea deceſſit, & poſtea ego manumiſi dictũ Stichum & Pamphilũ, ſicut ipſe Titius teſtator me rogauerat. nũc quęritur, an dictus Stichus & Pamphilus admittãtur ad fideicommiſ. alimentorum cum aliis libertis teſtatoris? Et dicitur quòd ſic. quamuis enim teſtator eos non manumiſerit, imò ego cui legauit ipſe teſtator, & ſic nõ ſint liberti teſtatoris: tamen per medium ipſum teſtatorem ſunt liberti: quia me rogauit vt manumitterẽ. Viuianus.
h ſi quis libertis. ſcilicet ſuis.
i Etſi. id eſt quamuis.
k Serui. iſtius teſtatoris.
l Ad fideicommiſſum. alimentorum.
m Admittuntur. iſti liberti, quaſi per mediũ iſtius teſtatoris fuerint liberti, cùm defunctus rogauerit eos manumitti, vt dicit litera. aliàs ſecus fortè: vt.ſ.de leg. iij.l. pater. §. duobus. & infra de verborum ſignifi. l. Modeſtinus. &.j.eo.l. alimenta.§.j. & no.ſ. de lega.ij.l. cùm pater.§. fidei heredum. Accurſius. ADDITIO. Dic ad.§.duobus.hoc verum ſecundum Bart.in iis qui ſunt poſtea manumiſſi ex voluntate teſtatoris: aliàs ſecus: vt dicitur hîc: licet bona ſint ad fiſcum delata, tamen debentur alimenta.
E n Ex quibus &c. bona dico ex quibus &c.
o Præſtanda ſunt. licet ipſe priuilegiatus ſiue ſucceſſor vltimus fuit: vt Cod.de cadu.tollen.l.vnica.§.fin.tamen in hac parte vtitur iure priuati, vt & alias. C.ſi aduer.fiſc.l.j. &.ij. Item non obſt.ſ.de contrahen.empt.l.fin,§. fin. quia hîc loquitur de vniuerſali ſucceſſore: ibi de ſingulari: licet & aliter dici poſſet: vt nota.ſ. de vſufru.l.hactenus.&.j.eo.l. Lucius. Accurſius.
p Tranſiſſent. bona ex quibus alimenta debebantur. Item facit ad le.iſtam infra de condi.& demon.l.illis.& infra eod.l.alimenta. in princ. Accurſius.

† Vt in Africa & Aegypto.l.14.§.1. infra.

Solent iudices.] CASVS. Titius inſtituit ſibi tres heredes, & libertis ſuis alimenta reliquit, & deceſſit nunc heredes volunt ſoluere libertis alimenta hoc modo: quia quilibet heredum vult dare cuilibet ex libertis tantum quantum tangit eum, vt alimenta ita ad nihilum deducantur. liberti autẽ ſunt coram iudice, & petũt ſe libertos diuidi inter heredes quantum ad alimenta eis libertis

præſtanda,

præſtanda. ſ. vt vnus heres præſtaret vni liberto, & alter alteri. & ſic de ſingulis. & dicunt etiam iudici, Si hoc facere non placet vobis, eligatis vnum de heredibus per quem nobis alimenta præſtentur, & ipſe heres concordet ſuper hoc cum coheredibus ſuis. nunquid debet iudex hoc facere quod liberti petunt? Et dicitur quod iudices ſolent & debēt hoc facere: & ſi faciūt, perinde valet ac ſi teſtator hoc feciſſet. & hæc quæſtio fuit de facto in heredibus cuiuſdam qui vocabatur Fauilla, qui libertis ſuis alimenta reliquerat, qui liberti petierūt ab imperatore vt faceret eos ali per vnum de heredibus data pecunia ei à coheredibus vt ex vſuris eius pecuniæ aleret eos. quod quidem Imperator eis conceſſit, & ſupplicationem eorum cū reſpōſione ſua mittit quibuſdā iudicibus vt hoc fieri faciāt: vt tamen heres cui pecunia datur, caueat coheredibus de reddenda pecunia cùm fuerit reddenda, id eſt, poſtquā quiſquam ex libertis deceſſerit ciuiliter vel naturaliter, vel aliquo alio modo deſierit eſſe in ciuitate reddere autē debet coheredibus tātum ex ſorte prædicta, quātum ab eis accepit, & quantum efficit computatio pro portione ſcilicet eius liberti qui naturaliter vel ciuiliter deceſſit, vt dictum eſt, & ſic de ſingulis libertis. & iſtud eſt vnum reſcriptum quod loquitur circa hoc. diuus etiam Pius fecit aliud reſcriptum ſuper hoc, & reſcripſit in hæc verba cuidam nomine Rubrio Teleſphoro qui erat vnus de libertis quibus patronus reliquerat alimenta præſtanda per heredes ſuos: qui quidem Rubrius Teleſphorus ſupplicauerat eidem Imperatori pro ſe & pro collibertis ſuis. dicta autem verba Imperatoris ſunt iſta: Conſules, vocatis his heredibus patroni veſtri à quibus alimenta vobis deberi ex cauſa fideicommiſſi conſtiterit per teſtamētum quod oſtendetis, decernent dicti conſules vt vel omnes vos liberti ab vno ſcilicet herede percipiatis alimenta, ſcilicet eo modo qui dictus eſt ſupra proxi.§. vel decernent quis veſtrum percipiat alimēta, & à quo vel quibus heredibus, & hoc facta diſtributione libertorum inter heredes pro rata. & idem ſeruabunt conſules etiam ſi fiſcus habet bona patroni veſtri qui reliquit vobis alimēta vel partem bonorum. ſciatis etiam ab hodie in antea, dicit idem Imperator, partes eorum heredum qui deſierunt eſſe ſoluendo, non pertinere ad onus reliquorum heredum, ſiue prædicta aſſignatio libertorum fuit facta, ſiue non. Viuianus.

Si pluribus à pluribus alimenta debentur, fiet diuiſio præſtationis: vel vnus qui præſtet, eligitur. Item executor datiuus cogitur ſatiſdare. Bartolus.

III. VLPIANVS *libro ſecundo de officio Conſulis.*

SOlent iudices ex cauſa alimētorum libertos diuidere, [a] B quotiens plures ſunt heredes: ne à ſingulis heredibus minutatim alimēta petentes diſtringātur. [b] † quam diuiſionem perinde tueri oportet, atq; ſi paterfamiliâs ipſe libertos diuiſiſſet. [c] Solent [d] & vnum eligere per quem alimenta præſtentur, aut ex voluntate defuncti, aut arbitrio ſuo, vt reſcripta ſubiecta oſtendunt: Exemplum [e] libelli dati mihi à libertis Silij, † miſi vobis, ſciens ad exemplum iſtam rem pertinere: quia multi teſtamentis ſuis præſtari libertis iubent neceſſaria: quę quia minimi ęris ſunt, ad nihilum perducūtur, cùm plures heredes cœperunt per ſucceſſiones exiſtere. qua de cauſa puto vos rectè facturos, ſi conuocatis Fauillæ heredibus, procuratoribúſve eorū, cōſtitueritis cui [f] à cæteris [g] dari debeat pecunia ex cuius vſuris alimenta præſtentur. [h] Debebit autem is qui accipiet, [i] cauere eis [k] qui dabunt, [l] redditurum ſe vt quiſque ex libertis deceſſerit, [m] alióve quo modo in ciuitate eſſe deſierit, [n] tantum ex ſorte, quantum efficiet pro portione computatio. Diuus [o] Pius Rubrio cuidam Teleſphoro reſcripſit: Cōſules, vocatis his à quibus vobis alimenta deberi ex cauſa fideicommiſſi conſtiterit, vel omnes ab vno, vel facta pro rata diſtributione, quis & à quibus percipiatis, decernent. [p] Fiſcus enim, ſi eo nomine quid ab eo vobis deberetur, exemplū [q] ſequeretur. Iam nunc [r] ſciatis, partes eorum qui ſoluēdo eſſe deſierint, C non pertinere [ſ] ad onus reliquorum heredum.

† diſtribuātur.

† Faſalij: aliàs Fauillæ.

Cauſa quæ reſpicit fauorem legatarij, non arctat legatum. Bartolus.

IIII. MODESTINVS *libro decimo Reſponſorum.*

a *Diuidere.* non tamen libertorum iura ſeparando, ſed tantùm alimentorum pręſtationes diuidendo ipſis communibus remanentibus: vt.j. de iure patro.l.fin. & .ſ. fami.erciſ.l. quædam. Accurſius.

b *Diſtringantur.* ad quod.ſ. famil.erciſc.l. planè. & de trāſact.l. cùm hi.§ in cauſa. & ſupra de exerci.l.ij. & .j. iudi.ſolui.l. iam tamen.§. penul. Accurſius.

c *Diuiſiſſet.* æquiparantur iudex & teſtator. ſic habetur.C. de diuiden.tut.l.ij.

d *Solent.* ſcilicet iudices. Accurſius.

e *Exemplum.* petierunt liberti quibus alimenta erant relicta, vt ab vno ex heredibus alerentur data pecunia ei à coheredibus vt ex vſuris eius alat eos: quod Imperator conceſſit, & ſupplicationem & reſponſionem mittit quibuſdam iudicibus vt hæc fieri faciant: vt tamen heres cui pecunia datur, caueat coheredibus de reddendo cùm erit reddenda. Accurſius.

f *Cui.* heredi.

g *A cæteris.* coheredibus. Accurſius.

h *Præſtentur.* libertis.

i *Accipiet.* à coheredibus.

A k *Eis.* coheredibus.

l *Qui dabunt.* hanc pecuniam.

m *Deceſſerit.* naturaliter vel ciuiliter, vt ſeruus pœnæ factus.

n *Deſierit.* vt per deportationem, quę cauſæ ciuitatis amiſſionis nō extinguunt legatum [a] alimentorum: vt infra eod. l. is cui. & ſupra de capi. de. l. eas. & .l. penul. ſed ſunt occaſiones quare apud heredem qui ab aliis accepit pecuniam, remaneant alimenta propter abſentiam alimentarij qui aquam vinum vel ſimilia, ſecum portare multis ex cauſis poteſt impediri, & ideò coheres cauet coheredi. Vel dic quòd fuerunt relicta vt habeat interim dum erit in ciuitate, & ita perierūt per deportationem. Item no. quod hîc heres qui miniſtrat, vt miniſter eligitur: & ideò cauet, & nil lucratur: vt. & .ſ. de lega.ij.l. ſi quis Titio.

a] Iſta glo. facit op in arg. quod bannitum patrem filius tenetur alere: vt not. Bar. in.l. ſi quis à liberis. in prin.j. de li. ag. & in authen. inceſtas. & ibi Bald. C. de nup.

o *Diuus.* aliud reſcriptum. Accurſius.

p *Decernent.* dicti conſules. Accurſius.

q *Exemplum.* prędictorum reſcriptorum. Accurſius.

r *Iam nunc.* q. d. anteà propter nimiū alimentorum fauorem dubitatur. Accurſius.

ſ *Non pertinere.* ſiue aſſignatio hæc fuerit facta ſiue non. & facit ad legem iſtam ſupra de lega.j.l. non amplius.§.fi. & .l.ſeq. & .C. famil.erciſ. filium. & ſupra de an.leg.l. in ſingulos. & ſupra de tranſact.l. cùm hi.§. conſtat autem. & ſupra de vſufruct. l. dominus.§.fin. & infra eod.l. pecuniæ. & .l. cùm vnus. in princ. & .j. iudi.ſol. iam tamen.§.penul. Accurſius.

D TOῖς τε ἀπελευθέροις.] CASVS. Titia faciens teſtamentum ita locuta eſt in teſtamento, Libertis libertabúſque meis quos viuens in teſtamento & in codicillis manumiſi vel manumittam, dari volo prædia mea quæ ſunt in Chiis: id eſt in talibus locis, ad hoc vt quæcumque viuente me acceperunt a me iidem liberti, conſtituantur eis cibarij & veſtiarij nomine. & poſtea deceſſit, nūc quæritur hîc de quatuor. Primum eſt, vtrum ipſi liberti per ſe capient alimenta ex dictis prædiis, quaſi proprietas prædiorum fuerit eis legata: an verò percipient ab herede teſtatricis cibaria & veſtiaria propter dicta prædia, quaſi vſusfructus prædictorū prædiorum ſit eis relictus ab herede præſtādus? & iſtud ſoluitur in verſiculo, Modeſtinus reſpondit, &c. dicentis quòd dicta prædia videntur relicta pleno domino libertis, & non per ſolum vſumfruc. Secundum eſt de quo hîc quæritur, vtrum pertineat ad heredem patronæ teſtatricis illud quod inuenitur ſuperfluum in reditibus dictorum fundorum quàm eſt in quantitate cibariorum & veſtiariorū prædictorum libertorum, E an verò pertineat ad libertos qui habent plenam proprietatem fundorū, vt dictum eſt? & illud ſoluitur in verſiculo, & ideò ſi quid ſuperfluum, &c. vbi dicitur quòd ad libertos pertinere debet. Tertium eſt, de quo hîc quæritur, ſi aliquis ex libertis ſit mortuus antè diem fideicommiſſi cedentem, id eſt, antè aditam hereditatem, an pars eorum mortuorum quam habebat in fideicomm. pertineat ad alios libertos fideicommiſſarios ſuperſtites: an verò ad hæredes mortuorum? & iſtud ſoluitur in verſiculo, ſed & ſi deceſſerit, &c. vbi dicitur quòd ad cęteros fideicōmiſſ. pertinet. Quartum eſt, de quo hîc quæritur, an portiones libertorum morientium decedente fideicommiſ. id eſt adita hereditate vt dixi, pertineant ad heredes eorum libertorum mortuorum, an verò ad heredem teſtatricis? & iſtud ſoluitur in verſiculo, poſt diem autem, &c. vbi dicit quòd pertinent ad heredes libertorum mortuorum. [LVCIVS TITIVS.] Lucius Titius inſtituit ſibi heredes Gaium & Seium ſuos filios, & iuſſit eis vt præſtarent cibaria & veſtiaria li-

veſtiaria libertis & libertabus ſuis teſtatoris, & circa hoc nullam conditionem adiecit. Item inſtituit duos extraneos, & poſtea deceſſit. dicti autem ſui filij noluerunt eſſe heredes, & ſic pars eorum accreuit coheredibus eorum. nunc liberti & libertæ agunt contra dictos coheredes petentes ab eis alimenta, & non agunt contra dictos libertos defunctis quia non ſunt heredes. nunquid debeāt poſſe ab eis conſequi cibaria & veſtiaria? Et dicitur quòd ſic. Viuian.

a *Libertis libertabuſque meis*. patrona teſtatrix loquitur. Accurſius.

b *Nomine*. his verbis Græcis expreſſis quę ſignificant, illis libertis illa prædia dari volo vt inde ſe alant: vt j. e. l. pe. §. fin. aliàs nō eſt hîc aliquod Græcum. Accur.

c *Ipſi*. liberti, & per ſe: & hoc verum erit.

d *Et vtrum proprietas*. quod verū erit. Accur.

e *Ad heredem patronæ*. hoc nō erit, ſed ad ipſas libertas.

f *Ex libertis ſint*. antè diem fideicommiſſi cedentem. Accurſius.

g *Fideicommiſſarios*. id eſt alios collibertos.

h *Pertineat*. quod verū erit.

i *Cedente*. hoc eſt adita hereditate, ſcilicet quādo legatur ſeruo manu miſſo vt heredi: vt. C. de cadu. toll. §. in nouiſſimo. Accur.

k *Ad heredes*. quod uerum eſt.

l *Teſtatoris*. id eſt teſtatricis.

m *Ad libertos*. per hoc apparet quod non fuerunt alimēta relicta, ſed ꝓprietas: aliàs colliberti non haberent hoc reliquum: vt. ſ. de vſufru. l. dominus. §. fina.

n *Fideicommiſſarius*. ſcilicet vnus de libertis.

o *Fideicommiſſarios*. ſcilicet coniunctos: vt. C. de cadu. tol. l. vnica. §. j. ij. &. iij. &. §. in nouiſſimo. & not. quod etiam per hoc apparet nō fore alimēta relicta: vt. d. l. dominus. §. fina.

p *Ad ſuos heredes*. ideò non fuerūt alimēta relicta. nam illa morte finiuntur: vt. ſ. de tranſact. l. cum hi. §. conſtat etiam &c. Item nec vſusfru. vt inſtitu. de vſufruct. §. finitur. & facit ad hoc dicta. l. cum hi. §. ſi pluribus. & habetur. C. de fideicommiſſ. l. ſi in perſona. & ſupra de lega. ij. l. miles. §. pro parte. & infra quando dies lega. ced. l. v. in princip.

q *A liberis*. per hoc videbatur perſonale.

r *Agant*. i. petant alimēta: & dic ſine liberis. i. non cōtra liberos patroni, quia liberi inſtituti noluerunt eſſe heredes: & ſic coniunctis coheredibus extraneis accreſcit ſi ſunt ex tacita voluntate defunctis: vel ad ſubſtitutos quos pater dederat: & contra hos agunt liberti cum hereditas tranſierit cum onere: vt. ſ. de leg. ij. l. ſi Titio. §. j. & C. de cadu. tollen. l. vnica. §. his ita. Item not. hîc appellatione heredum etiam extraneos contineri: argu. contra. j. ad Trebel. l. ex facto. §. ſi quis ita. Accurſius.

ſ *Proponi*. ſcilicet validum. proponitur enim quod filij fuerint rogati, & non ſunt heredes. ſed hoc non eſt validum coniunctis vel ſubſtitutis.

*Flo. ἐτοιχεῖσθαι forte ἔτι κεῖσθαι.

*Subaudi, tam: vt in. l. his verbis. in prin. ſ. de leg. 3. Anto. Aug. lib. 4. emen. ca. 8.

† Non ergo ad heredes fideicōmiſſarij. quod limita, & tene mēti, niſi ex coniecturis & mente teſtatoris poſſet colligi quòd voluiſſet ad heredes eius transferri. Bal. in l. 1. C. de iis qui antè aper. tab. & ibi gloſ.

Heredis appellatio extraneos cōtinet.

A

Τοῖς τε ἀπελευθέροις, ταῖς τε ἀπελευθέραις μου, οὓς ζῶσα ἔντε τῇ διαθήκῃ, ἔντε τῷ κωδικίλλῳ ἠλευθέρωσα ἢ ἐλευθερώσω· δοθῆναι βούλομαι τὰ ἐν Χίοις μου χωρία, ἐπὶ τῷ καὶ ὅσα ζώσης μου ἐλάμβανον, ἐπικεῖσθαι* αὐτοῖς κιβαρίου καὶ βεστιαρίου ὀνόματι. [id eſt, Libertis libertabúſque meis [a] quos viuens in teſtamento & codicillis manumiſi, vel

B

manumittā, dari volo mea prædia quæ in Chio inſula habeo, ad hoc vt quæcumque viuente me acceperint, conſtituantur eis cibarij & veſtiarij nomine. [b]] Quęro, quam habeant ſignificationē, vtrum vt ex prædiis alimenta ipſi [c] capiant: an verò vt præter prædia, & cibaria & veſtiaria ab herede percipiant: & vtrum proprietas, [d] an vſusfructus relictus eſt: & ſi proprietas relicta ſit, aliquid tamen ſuperfluum inueniatur in reditibus quàm eſt in quā-

C

titate cibariorum & veſtiariorū, an ad heredem patronæ [e] pertinet: & ſi mortui aliqui ex libertis ſint, [f] an pars eorum ad fideicōmiſſarios [g] ſuperſtites pertinet: [h] & an die cedente [i] fideicommiſſi, morientium libertorum portiones ad heredes [k] eorum, an teſtatoris [l] decurrant. Modeſtinus reſpōdit, Videntur mihi ipſa prædia eſſe libertis relicta, vt pleno dominio hæc habeant, & nō per ſolum vſumfructum. Et ideò

D

& ſi quid ſuperfluum * in reditibus quàm in cibariis erit, hoc ad libertos [m] pertineat. Sed & ſi deceſſerit fideicommiſſarius [n] antè diem fideicommiſſi cedentem, pars eius ad cæteros fideicōmiſſarios [o] † pertinet: poſt diem autem cedentem ſi qui mortui ſint, ad ſuos heredes [p] hæc tranſmittent.

Legatum alimentorum relictum à quibuſdam heredibus nominatim, debetur à ſubſtitutis & à coniunctis. Barto.

Lucius Titius teſtamento ſuo libertis libertabúſque cibaria & veſtiaria à liberis [q] ſuis eiſdémq; heredibus præſtari iuſſit, nulla conditione addita. quæro, an ſi ſine patroni liberis iidem liberti agant, [r] cibaria & veſtiaria accipere poſſint. Modeſtinus reſpondit, nihil proponi [ſ] propter quod petitio eorum quæ teſtamento purè legata ſunt, non competat.

Enumeratio quorundam indiuiduorum legatum generale nō vitiat.

V. IDEM *libro vndecimo Reſponſorum.*

Verba teſtamenti, [t] *Omnibus libertis noſtris cibaria præſtabitis pro arbitrio veſtro, non ignorantes quot ex his charos habuerim.* Item alio loco: *Prothymū, Polychroniū, Hypatium commendo,* [u] *& vt vobiſcum ſint, & cibaria præſtetis, peto.* Quæro, an omnibus cibaria debeant dari, an his quos commēdauit, & cum heredibus eſſe iuſſit. Modeſtinus reſpondit, omnibus libertis cibaria relicta proponi, quorum [x] modum viri boni [y] arbitrio ſtatuendum eſſe.

Nomine alimentorum continentur ea ſine quibus nutriri corpus non poteſt.

VI. IAVOLENVS *libro ſecundo ex Caſſio.*

Legatis alimentis, cibaria [z] & veſtitus & habitatio debebitur: quia ſine his ali corpus non poteſt: cætera quæ ad diſciplinā pertinēt, legato non cōtinentur:

VII. PAVLVS *libro quarto decimo Reſponſorum.*

Niſi aliud teſtatorem ſenſiſſe probetur.

E

*Verba teſtamenti.* CASVS. Titius propoſuit in teſtamento ſuo talia verba dirigens ea ad filios ſuos, quos ſibi ſperabat heredes futuros: Omnibus libertis noſtris cibaria præſtabitis pro arbitrio veſtro, non ignorātes vos filij quos ex his libertis charos habuerim. Item alio loco teſtamenti dixit talia verba idem teſtator, Cōmendo vobis filiis meis tres meos libertos: ſcilicet Prothymum & Polychronium, & Hypatiū, & peto vt vobiſcū ſint dicti tres liberti, & cibaria eis præſtetis. & poſtea deceſſit dictus teſtator. nūc quæritur an omnib⁹ libertis cibaria dari debeāt: an tantum his tribus quos cōmendauit filiis? Et reſpōdetur quod omnibus, modus tamen cibariorum debet ſtatui arbitrio boni viri. Viuianus.

t *Verba teſtamēti*. ſubaudi, talia ſunt quæ pater filiis futuris heredibus loquitur, & ideo dicit, noſtris: quia etiam viuo patre filij ſunt quaſi domini: vt. ſ. de libe. & poſthu. l. in ſuis. & facit infra de verbo. ſign. l. licèt. §. j. Accurſius.

u *Commendo*. id eſt pręcipuè pro eis rogo. ſic. ſ. manda. l. ſi verò nonremunerandi. §. cùm quidam. Accur.

x *Quorum*. ſcilicet alimentorum.

y *Viri bono*. cui viro bono conueniet dare plus à teſtatore dilectis ſibi commendatis: vt. j. l. penul. in princi. Item not. nō derogari generi per ſpeciē nominatā. ſic. ſ. de ſupelle. lega. l. legata. in prin. Sed contra. ſ. de fun. inſtru. l. cùm de lanionis. §. cui fundum. & §. quidā. Sed plenè dic vt not. ſupra. l. quæſitum. §. penul, Accurſius. ADDITIO. Dic ſecūdum Barto. quod præceſſit genus cum ſigno vniuerſali. ſ. omnis. ibi ſecus. Vel dic quod lex cōtraria loquitur quādo genus & ſpecies cadūt inter res: hîc verò quando cadunt inter perſonas quibus relinquitur. Vel aliter dic quod hîc poſt relictum generis ſequitur dinumeratio plurium indiuiduorū: ibi ſpecierum.

Generi per ſpeciem nō derogatur.

*Legatis.*] CASVS. Titius legauit mihi alimenta. certè continētur in legato cibaria, & veſtiaria, & habitatio. ſine his enim nō poteſt corpus ali. alia autem quæ pertinent ad diſciplinā, non continentur, niſi probem teſtatorem hoc ſenſiſſe. & hoc dicit cum. l. ſeq. Viuianus.

z *Cibaria*. ergo & potus: vt. j. titu. j. l. & ſi non ſint. §. ſi cui eſcariū. & l. fina. & infra de verbo. ſignifi. l. verbo victus. & l. ſeq. & l. quos nos. §. verbum viuere. ſed aliud in verbo, diariis: vt. j. eod. l. diariis. Item facit. ſ. famil. erciſcun. l. ex parte. §. ij. Sed contra. ſ. de tranſact. l. cùm hi. §. qui tranſigit. Solu. vt ibi. ADDITIO. Dic quod ibi tractatur de materia odioſa: hîc verò de materia fauorabili, ſecundū Barto. & Butri.

Pecunia

PEcuniæ ſortem.] CASVS. Inſtitui mihi heredes Titium & Sempronium & Gaium pone,& legaui prædicto Titio centum:& A iuſſi ei quod ex illis centum præſtaret alimenta quatuor libertis meis pone, & poſtea deceſſi. nunc dictus Titius petit à coheredibus ſuis dicta centum antè partem. dicunt ei coheredes, Bene damus tibi:ſed volumus vt caueas nobis quod ſi aliquis libertorum quibus debes alimēta præſtare ex dictis centum, deceſſerit, & ſic quantū ad eū finita fuerint alimēta, quod reſtituas nobis duas partes illius partis de centū propter quam debebas alimēta mortuo, & tertiā dictæ partis tibi retineas. nūquid debet eis cauere? & dicitur quod nō. vnde etiā ſi moriātur omnes dicti liberti, non cōpetit indebiti actio coheredibus eiuſdem Titij contra eum, nec etiā vtilis actio. nam neceſſitas alimētorum præbendorū cum oneribus mēſtruis & annuis quę ſubſtinebat Titi⁹ in pręb endis alimentis libertis, nō ſolùm excep. dat ei contra dictos coheredes, ſed etiam adſtringit, id eſt obiicit verecundiam prædictis coheredibus pulſantibus eum pro dictis. c. ſecus autē eſſet ſi hic Titius eſſet electus tanquā miniſter à me teſtatore vel à coheredibus pro dandis dictis alimentis libertis,& inter eos diſtribuēdis:quia tunc bene tenetur cauere coheredibus,& reſtituere etiā pro partibus eorū.& eſt ratio,quia mandatū prædictū diſtribuēdi iniungit dicto Titio electio vt miniſtro præſentē curam,& momentariam,vacuam ſcilicet à damno & à lucro. Viuia.

Heres cui eſt aliquid prælegatum cum onere alimentorum, non tenetur cauere vel reddere coheredibus deficientium portionem. ſecus ſi eſt electus vt nudus miniſter. Bartolus.

VIII. PAPINIANVS *libro ſeptimo Reſponſorum.*

B PEcuniæ ſortem alimentis libertorum deſtinatam, vnum ex heredibus a ſecundum voluntatem defuncti præcipientē, b cauere nō eſſe cogendū ex perſona deficiētium partes coheredibus reſtitui, placuit. ob eā igitur ſpeciē poſt mortem omniū libertorum indebiti non cōpetit actio, nec vtilis dabitur. c Diuerſa cauſa eſt eius cui legatorum diuiſio mādatur. d Nam ea res e præſentē ac momētariā curā iniungit: f alimentorū verò præbendorū g neceſſitas h oneribus mēſtruis atque annuis, verecundiam quoq; pulſantibus, i adſtringitur.

Nudus miniſter non poteſt bona defuncti diſtrahere, ſed actionem habet pro relictis in cauſa alimentorum vſque ad Falcidiā. Bartolus.

IX. IDEM *libro octauo Reſponſorum.*

B ALio herede k inſtituto ita ſcripſit: *A te peto Gai Sei, quidquid ex hereditate mea redegeris, illis alumnis meis des ſingulis denos aureos: eandemque ſummā penes te eſſe volo, cuius ex incremento eos alere te volo: reliquum reſtitues Numerio conliberto noſtro.* Reſpōdi, l quamuis diſtrahere bona Gaius Seius alio ſcripto herede non poſſit, m tamen eum, alumnis relictam pecuniam n vt ſeruet ac reſtituat intra Falcidiam, o rectè C petiturum: p quod de ſuperfluo q

a *Vnum ex heredibus.* non huius præſtationis miniſtrū ſolummodo electum, ſed quo magis etiam ipſi conſuleret teſtator, ab eo inuitatum ad hoc prælegatum.

b *Præcipientem.* vt legatarium, non vt miniſtrum.

c *Nec vtilis dabitur.* onere enim finito quaſi præceptionis cauſa ceſſante in poſterum & ipſum prælegatum ad communionem reuocandam allegabatur, ſed perperam. R.

d *Mandatur.* à coheredibus vel teſtatore, quia tunc vt miniſter cōſtitutus nullúmque lucrum habiturus cauebit pro parte decedentium libertorum coheredibus reſtituere: vt ſupra eo. l. ſolent. §. j. & de lega. ij. l. ſi Titio.

e *Nam ea res.* id eſt mandatum. Accurſius.

f *Iniungit.* electo, à damno lucróque vacuam, ſicut & aliàs in mādatis regulariter eſt traditum: vt. ſ. man. l. ex mandato.

g *Præbendorum.* non diſtribuendorum dumtaxat. Accur.

h *Neceßitas.* vt legatario non vt miniſtro impoſita. Accur.

i *Pulſantibus.* dic duobus modis. Primò pulſantibus, ſcilicet alimētariis. q. d. neceſſitas impoſita electo, ſcilicet vt ſoluat alimenta, adſtringit non tantùm patrimoniū electi, ſcilicet vt ſoluat, ſed etiam verecundia. nam & damnum, ſcilicet vt ſoluat, & verecundiā habebit ſi nō ſoluat. merito ergo apud eum remaneat lucrū. Secūdò dic pulſantibus ſcilicet coheredibus qui poſt mortē alimentariorū volunt repetere prælegatū. q. d. neceſſitas quā patitur electus, adſtringit quaſi frænum, id eſt obiicit etiā verecundiā, non ſolùm exceptionem circa actus iudicis planius ſecundum hoc dixiſſet, verecūdia adſtringit pulſantes coheredes, id eſt repellit. & ſic caſus pro caſu ponitur. ſic ergo de fideicōmiſſariis potes notare quod nullū lucrum debēt habere, & facit ad prædicta. ſ. de lega. j. l. quidam. §. ſi ſcriptus. & l. ſeruum filij. §. ſi idem. & ſ. famil. erciſ. l. ex parte. §. ij. & ſ. de vſufru. l. dominus. §. fi. & ſ. de leg. iij. l. pater. §. Tuſculanus. & ſ. de lega. ij. ſi quis quos. & ſ. de condi. & demon. l. ſi quis eum. Sed contra ſ. famil. erciſ. l. ſi filia. §. Papinianus. Solu. ibi. Item cōtra. j. de adi. lega. l. filio. §. matri. ſed plenè dic vt no. ſupra de leg. ij. l. ſi Titio.

ADDITIO. Dic ſecundum Barto. quod in. §. matri, deficit onus iniunctum legatario ex voluntate defuncti: hîc verò deficit caſu, ſcilicet libertorum morte.

ALio herede.] CASVS. Seia dum viueret, præſtabat Sticho liberto alumnóque ſuo annos. xx. aureos, & frumentum & vinum menſtruum. quę Seia cùm decederet, condidit teſtamentum, A & inſtituit ſibi heredem Titium: & legauit libertis ſuis ea quæ viua eis præſtabat: quod legatum valere certum eſt. poſtea petiit à Gaio Seio tanquam à cōmiſſario vt Sticho & Pamphilo alumnis ſuis teſtatricis daret. xx. aureos, id eſt. x. cuilibet eorum: quos. xx. aureos voluit eſſe apud eūdem Gaium Seium, & nutriri dictos legatarios ab eodē Gaio Seio ex fœnore eorundē. xx. aureorum. Item voluit quod dictus Gaius Sei⁹ commiſſarius reſtitueret Numerio reliquum dictorum. xx. aureorū quod ſupereſſet ab alimentis dictorum libertorum. prædicto autem Gaio Seio nihil reliquit: & deceſſit dicta teſtatrix. nunc quæritur, an valeat legatum alimētorum relictorum libertis à dicto Gaio Seio commiſſario, & legatum ſuperfluū relictū Numerio? Et videtur ꝙ non: quia, vt dictū eſt, nihil reliquit teſtatrix dicto Gaio Seio. Reſpōdetur tamen hîc, ꝙ idē Gaius Seius commiſſarius rectè poteſt petere à Titio herede dictos. xx. aureos relictos alumnis, intra Falcidiā tamen. nam Titius heres bene poteſt ex eis detrahere Falcidiā, ſi in hereditate dictę teſtatricis habet locū Falcidia. poteſt petere dico dictos. xx. aureos, vt eos ſeruet cauſa dandi alimēta dictis libertis ex fœnore eorundē. xx. aureorum, & vt reliquū reſtituat Numerio prædicto. nō tamen poteſt dictus Gaius Seius petere à dicto herede ſuperfluum à dodrāte dictorum. xx.. aureorum, id eſt quartā quam detrahit heres nomine Falcidiæ. quamuis autē dictus Gaius Seius cōmiſſarius poſſit petere eo modo quem dixi, tamen nō poteſt diſtrahere de bonis hereditariis pro habēdis dictis. xx. aureis, cum ipſe nō ſit heres, imò Titius, vt dictum eſt. Item fit hîc alia quæſtio, ſcilicet vtrum Stichus prædictus libertus alumnúſque teſtatricis, qui quidē. xx. aureos annuos pluribus annis ab ea teſtatrice accepit, & etiam menſtruum ſrumentū atque vinum, D poſſit petere fideicōmiſſum cibariorum & veſtiariorum inter eos alios libertos teſtatricis, quibus ipſa teſtatrix patrona reliquit cibaria & veſtiaria quæ viua eis præſtabat? Et reſpō. quod bene poteſt petere. Vel aliter vt in gloſ. Viuianus.

k *Alio herede.* Teſtatrix dum viueret, Sticho liberto alumnóque ſuo annuos. xx. aureos, & frumentum & vinum menſtruum præſtabat. quæ cum decederet, libertis ſuis quæ viua præſtabat, legauit. quod legatum valere certum eſt. deinde à Gaio cui nihil reliquerat, petiit Sticho & Pamphilo. x. aureos ſingulis annis dari: quos apud eundem eſſe, & ex eodem fœnore nutriri legatarios à Gaio voluit, ac Numerio reſtitui reliquum. vnde cum ex verbis teſtatricis Gaio nihil relictum videatur: quod ab eo dari præceperat teſtatrix, inutile fore dicebatur: quod non fore verum hac. l. dicitur, ſecundum R. Alij dicunt etiam Gaium inſtitutum hoc modo, alio ſcripto herede: & iſto Gaio, ſimiliter ſubaudiunt. & ſecundum vtramque poſitionem accipiuntur hæc verba teſtatricis E quæ ſequuntur, perinde ac ſi dixiſſet teſtatrix, Volo Gai Sei vt de hereditate mea denos aureos accipias, de quorum vſuris illis alūnis meis alimenta des: vt ſupra de leg. j. l. ſi ſeruus. §. qui margarita. Accurſius. Caſum ponit.

l *Reſpondi.* quia Gaius & alius heres. i. coheres fuerunt liberti.

m *Non poßit.* quid ſi hoc ipſum eſſet permiſſum? Reſpon. tunc poſſet, arg. C. de epiſc. & cleri. l. ſi quis ad declinandam. & quod dicit, non poſſit, in aliquo, quando non eſt heres Gaius: vel non poteſt in totum quando cum alio eſt heres Gaius. Accur.

n *Pecuniam.* ſcilicet denos aureos.

o *Intra Falcidiam.* id eſt citra.

p *Petiturum.* quia ad fauorabilem cauſam: vt. C. de epiſc. & cle. l. nulli. §. j. aliàs ſecus: vt. j. ad Treb. l. Lucius. §. Mæuia. & not. ſ. de leg. ij. l. ſi Titio. & no. vnum pro fideicōmiſſariis, quia petunt: & aliud contra eos, quia non poſſunt diſtrahere de bonis defuncti.

q *De ſuperfluo.* id eſt vltra dodrantem.

a *Probari*. id eſt probabiliter dici.

b *Acceptauit*. id eſt pluribus annis accepit. & facit. ſ. de leg. iij. l. poſt emancipationem. §. fina.

probari [a] non poteſt. Eum quoque libertum inter eos quibus cibaria, item veſtiarium patrona quæ viua præſtabat, reliquit: rectè fideicommiſſum petiturum exiſtimaui, qui annuos viginti aureos & menſtruum frumentũ atque vinum acceptauit. [b]

Prælegatũ cum onere alimẽtorum trãſit ad heredes heredis, licèt ſint plures. Bartolus.

x. IDEM *libro nono Reſponſorum.*

CVm vnus ex heredibus certam pecuniam præcipere iuſſus eſſet, de cuius ſorte [c] libertis alimenta præſtaret: heredem quoque heredis ad præceptionem [d] admitti placuit. ſi tamen plures heredes heres haberet, intentionem quidem defuncti prima facie refragari, [e] ſed aliud probari non oportere. [f] Quid enim ſi cæteros heredes ſuos euitauit, [g] & quietam ac verecundã atque etiam idoneam, libertis cõſulens, domum [h] ſequi maluit? Et ideò ab omnibus heredibus heredis [i] alimenta præſtabuntur.

Alimenta debentur etiã pro eo tempore quo fuit retardata libertas abſque mora heredis. Barto.

Verbis fideicommiſſi [k] purè manumiſſo, præteriti quoque temporis alimenta reddenda ſunt, quamuis tardius libertatem recuperauerit, nec heres moram libertati fecerit. Tunc enim explorari moram oportet, cùm de vſuris [l] fideicommiſſi quæritur, non de ipſis fideicommiſſis.

Vir bonus debet arbitrari alimenta pro qualitate relictæ dotis: quæ alimenta creſcunt creſcẽte ætate. Bartolus.

B

Alimentis viri boni arbitratu filię relictis, [m] ab herede filio pro modo legatæ dotis, quã ſolã pater exheredatæ filiæ nubẽti dari voluit, atq; pro incrementis ætatis [n] eam exhibendam eſſe reſpõdi, non pro viribus hereditatis.

Damnatus in metallum, poſt reſtitutionem, præteriti temporis & futuri alimenta petere poteſt. Bartolus.

C

xi. PAVLVS *libro decimo Quæſtionum.*

IS cui annua alimenta relicta fuerant, in metallũ damnatus, indulgentia principis reſtitutus eſt. Reſpõdi, eũ & præcedentiũ [o] annorũ rectè cepiſſe alimenta, & ſequentium deberi ei.

Si prædia pro alimentis relictis obligentur, ex hoc legatum alimentorum non augetur vel minuitur. Bartolus.

CVm vnus.] CASVS. Titius ſibi inſtituit heredes Seium & Gaium & Sempronium: & prælegauit prædicto Seio centũ: & iuſſit ei quòd ex ſorte dictorum centũ præſtaret alimenta quibuſdam libertis ſuis, ſcilicet teſtatoris: & poſtea deceſſit idem Titius teſtator: & poſtea deceſſit dictus Seius relicto vno herede. nunquid heres dicti Seij debet admitti ad petitionẽ dictorum cẽtũ Seio prælegatorũ, & per cõſequẽs ad pręſtãda alimenta dictis libertis? Et dicitur quòd ſic. Sed quid ſi dictus Seius habuit plures heredes? nunquid omnes heredes eiuſdẽ Seij admittuntur ad petitionẽ dictorum. c. & per conſequẽs ad præſtãda alimenta dictis libertis? Et certè prima facie videtur ad hoc refragari volũtas defuncti: per vnũ enim heredẽ voluit defunctus alimẽta pręſtari, nunc autẽ non apparet per quẽ potius ſint præſtanda. ſed certè aliud nõ oportet probari, ſcilicet quàm vt heredes heredis electi præſtent alimẽta, quamuis ſint plures. Quid enim ſi cæteros heredes ſuos euitauit teſtator tãquã infideles, & maluit ſequi quantum ad præſtanda alimenta libertis domum dicti Seij tanquam quietam & verecundam & idoneam? Certè hoc caſu heredes omnes dicti Seij admittuntur ad hoc. in dubio autẽ præſumo ſemper teſtatorem elegiſſe domũ, id eſt familiã Seij heredis: & ita nõ eſt mirũ ſi ad prædicta admittuntur omnes heredes Seij heredis electi. [VERBIS FIDEICOMMISSI.] Titius inſtituit ſibi heredẽ Seium, & rogauit eum purè vt manumitteret Stichum ſeruum ſuũ teſtatoris, & eidẽ Sticho annua vel mẽſtrua alimẽta reliquit: & poſtea deceſſit idem teſtator. heres autem nõ fuit in mora cõmuni, quia non fuit interpellatus: vt. ſ. de vſur. l. mora. ſed interceſſit mora in rem: vt. j. de fideicom. l. cũ verò. §. apparet. Idem heres poſt triennium pone manumiſit eundem Stichum. certè habebit Stichus ab herede alimenta præterita, quamuis tunc eſſet ſeruus. nam oportet explorari moram heredis cum quæritur de vſuris fideicommiſ. nõ autẽ tũc oportet explorari cum quæritur de ipſis fideicomm. vt fuit in noſtro caſu. ſiue enim heres ſit in mora, ſiue nõ, ſemper tenetur ſoluere fideicom. [ALIMENTIS.] Titius inſtituit ſibi heredẽ filiũ ſuum Seium, & filiam ſuam Semproniam exheredauit, & iuſſit eidem filio quòd daret dictæ filiæ centum in dotem cum ipſa nubere vellet. Item ab eodem filio reliquit filiæ alimenta præſtanda arbitrio boni viri. nunc quæritur, qualiter filius debeat eam exhibere ſiue alere? Et reſpõ. quòd debet eam alere pro modo legatæ dotis, & pro incrementis ætatis ipſius filię. nam quantum plus creſcit puella, tantò plus in eam impendendum eſt, non autem debet ali pro viribus hereditatis. Viuianus.

D

c *De cuius ſorte*. id eſt de ipſa ſorte: vel dic de vſuris ſortis. Accurſius.

d *Ad præceptionem*. & per conſequens ad onus, vt ſubiicit. Accurſius.

e *Refragari*. ſcilicet videtur, eo q per vnũ heredem alimenta præſtari voluit teſtator: nunc non apparet per quem potius ſint præſtanda: cùm ille ſit mortuus per quem teſtator voluit fieri.

E

f *Non oportere*. quàm vt heredes heredis præſtẽt, quamquam ſint plures. ad quod infra eo. l. alimenta. in princ. & ſ. eo. l. ij. in fi.

A

g *Euitauit*. vt infideles.

h *Domum*. id eſt familiam: & ſic non perſonam tantum certam. R. quòd in dubio hîc præſumitur. nam quidam præſumuntur boni, quia de bono genere ſunt. econtra quidam mali, quia de genere reprobato: vt. ſ. de ædil. edict. l. quod ſi nolit §. qui mancipia.

i *Heredis*. ſcilicet electi in præſtatione alimentorum. Accurſius.

k *Verbis fideicõmiſſi*. teſtator rogauit purè heredẽ manumittere Stichũ: & ei Sticho annua vel mẽſtrua alimẽta reliquit. heres non fuit in mora cõmuni, quia nõ fuit interpellatus: vt. ſ. de vſur. l. mora. ſed in rẽ fit mora: vt. j. de fideicommiſſ. libert. l. cũ verò. §. apparet. ſi heres poſt triẽnium manumiſit, habebit Stichus alimẽta prætaxata, quãuis tũc erat ſeruus. ſic. j. eo. l. ſeruos. & j. l. proxi. & ſ. fami. erciſcun. l. ex parte. §. ij. Accurſius.

Ponit caſum eundẽ quem ſupra hoc §. D.

l *Cùm de vſuris*. ad hoc ſ. de lega. ij. l. ſi quis ſeruos. & C. de vſu. l. j. & ſ. de lega. iij. l. is qui. & C. ad Sila. l. fi.

m *Relictis*. ex centũ puta quæ dari voluit cùm nuberet. Ro. vel ſecundũ Hugo. dic ſimpliciter relicta alimẽta arbitrio boni viri. Sed tunc quare dicit pro modo legatæ dotis? Reſpõd. ex coniectura voluntatis: qui taliter videtur dilexiſſe in alimentis ſicut in dote, arg. C. de impu. & aliis ſubſtitut. l. j. Itẽ quod ſubiicit, quam ſolam &c. ſubaudi præter alimenta: & facit. ſ. de here. inſtit. l. qui volebat.

n *Ætatis*. Not. quantum plus creſcit puella, tantò plus in eam impendendum eſt. Accurſius.

IS *cui annua*.] CASVS. Titius reliquit annua alimenta Seio. poſtea Seius fuit in metallum damnatus, & exiſtens in dicta pœna percepit alimenta ab herede dicti Titij, & poſtea fuit in integrũ reſtitutus, & petit alimenta pro futuro tempore. dicit heres nedũ quòd præſtem tibi nunc alimenta, ſed etiam ea quæ pręſtiti te exiſtente in pœna, reddas mihi. Certè dicitur hîc quòd heres non habet ius. Viuianus.

o *Præcedentium*. imò videtur indulta pœna nõ reſtitui bona, vt habetur. C. de ſen. paſ. l. in inſulã. quæ eſt contra. Solu. hîc fuit reſtitutus: vt. j. eo. tit. l. j. ibi vero ſola indulgẽtia pœnæ. Vel dic hoc ſpeciale in alimẽtis. nam & manẽti in pœna relinqui poſſunt: vt. j. de iis quæ pro nõ ſcrip. haben. l. ſi in metallũ. & eſt ratio, quia parũ prodeſt indulgẽtia ſine alimẽtis, cum ſine his viuere nõ poſſit: ergo ſequuntur: vt arg. ſ. de pen. lega. l. nam quod. in princip. ſic nec trãſigitur de eis ſic facilè vt in cæteris: vt. ſ. de trãſac. l. cùm hi. & eo modo ſoluitur. C. de leg. l. ſeruus. & C. de neceſ. ſer. l. quidã. §. j. quæ dicunt nõ valere relictum ſeruo, & hîc eſt ſeruus pœnæ: vt inſtit. qb. mo. ius pa. po. ſol. §. ſeruis autẽ. Item eodẽ modo ſoluitur. j. de iure fiſci. l. in metallum. Item eodẽ modo ſoluitur. C. de bo. proſcrip. l. ij. vbi dicit cõfiſcari. vel ibi in deportato: vt ibi not. etiam eſt ſic in liberto vel patrono vbicunq; reſtituto, vt iura patronatus ſequantur: vt. j. de iure patro. l. ſiue. & ſ. de in ius voc. l. ſed & ſi per pœnã. & j. de ſen. paſ. l. fi. idem in iure cognationis: vt. j. de ſen. paſ. l. fi. Itẽ contra. ſ. eo. l. ſolent. §. debebit. ſed dic vt ibi: & facit. j. eod. l. ſeruos ad cuſtodiam. Item contra. C. de re. mili. l. cum allegatis. vbi indulta pœna deſertori militiæ. non videntur reſtituta ſtipendia præterita. ſed ſpeciale hîc in alimentis.

LVcius Titius.] CASVS. Lucius Titius fecit teſtamentum: & reliquit

reliquit libertis ſuis cibaria & veſtiaria annua certorum nummorum, & poſtea ita dixit ſcilicet, volo obligatos eſſe ob prædicta fideicommiſſa fundum Titianum & Seianum, vt ex reditu eorum fundorum alimenta prædicta percipiant dicti liberti. & poſtea deceſſit, & poſtea in vno anno fuit minus perceptum ex reditu dictorum fundorum q̃ neceſſe foret in eodem anno ad cibaria & veſtiaria dictorum libertorum. nunc quæritur, an heredes ſupplere debeant: vel ſi alio anno ſequenti poſt ſterilem annũ exceſſerit fructus dictorũ fundorũ quantitatem dictorum cibariorum & veſtiariorum, an ſupplendum ſit ex fructibus dicti anni fertilis quod ſuperiori anno ſterili minus perceperunt liberti? Et reſpond. quòd integra debentur dictis libertis cibaria & veſtiaria: ſiue minus, ſiue plus percipiatur ex dictis fundis. Viuianus.

a *Obligatos*. hoc enim facere poteſt: vt & ſupra de pigno. act. l. non eſt. Accurſius.

b *Ex reditu*. hîc modus pro conditione videbatur, vt habetur. C. de iis quæ ſub modo. l. j. Sed contra, vt hîc ſubiicit. magis enim pro ſecuritate alimentarij videtur hæc verba poſuiſſe teſtator, quàm vt conditionem faciat. ſic & aliàs proſpiciẽdo commodo rei familiaris: vt ſupra de lega. j. l. quidam. Sed quid ſi teſtator non dixit de hypotheca aliquid, ſed ſolũmodò ex his fundis pręſtari? Reſpõ. eſſe obligata, argu. ſupra eod. l. ij. in fine. & ſupra de vſufru. l. hactenus. Alij contra, vt non ſint obligata, & tũc expectari ſequentẽ annũ: vt infra de verb. obliga. l. inter ſtipulãtẽ. §. ſacrã. ibi, pro quo & illud &c. & j̃. quãdo di. leg. ce. l. Firmio. & s̃. de annu. lega. l. legatũ. §. vini. Itẽ pro vtraq; opinione. s̃. de trãſac. l. cùm hi. §. ſi vni. & §. ſi plurib. & §. idẽ eſt & ſi ager. ſed prima opinio verior eſt, ſecundũ Azo. vt & nota. s̃. de an. lega. l. Gaius. & dicta. l. cũ hi. & facit. s̃. de cõtrahen. emp. l. ſi. in ſi. erant ergo obligata, & integra debentur ac ſi expreſſiſſet alimentorum fauore. Accurſius.

c *Integra deberi*. contra. s̃. de tri. vi. & oleo leg. l. certus. vbi nõ plus quàm natum. ſed hîc fauore alimẽtorum. Item aliud eſt dicere, vt inde percipiant: aliud, quod ibi natum erit. Accurſius.

XII. IDEM *libro quartodecimo Reſponſorum*.

LVcius Titius libertis ſuis cibaria & veſtiaria annua certorum nummorum reliquit, & poſteriore parte teſtamenti ita cauit: *Obligatos* [a] *eis ob cauſam fideicõmiſſi fundos meos illum & illum, vt ex reditu* [b] *eorum alimenta ſuprascripta percipiant*. Quæſitum eſt, B an ſi quãtò minores reditus peruenerint quàm eſt quantitas cibariorum & veſtiariorum, heredes ad ſupplendam eam onerari non debeant: vel ſi alio anno exceſſerint, an ſupplendũ ſit quod ſuperiore anno minus perceperint. Paulus reſpondit, cibaria & veſtiaria libertis defuncti integra deberi: [c] neque ex eo quòd poſtea prædia his pignoris iure teſtator obligare voluit, vt ex reditu eorum alimẽta perciperent, minuiſſe eum vel auxiſſe ea quæ reliquerat, videri.

Legatum in dubiis videtur trãſlatum in alium cum onere ſuo. Bartolus.

XIII. SCÆVOLA *libro quarto Reſponſorum*.

GAio Seio trecentos aureos legauit, vt ex vſuris eius ſummæ libertis cibaria & veſtiaria præſtaret quæ ſtatuerat. codicillis autem eandem ſummam vetuit dari Gaio Seio, ſed dari Publio Mæuio voluit. Quæro, an libertis fideicommiſſum debeat Mæuius. Reſpondi, Mæuium, niſi aliud de quo non deliberaretur, doceat ſibi à teſtatore iniunctum, videri ſecundũ volũtatem teſtatoris recepiſſe ea onera quæ adſcripta erant ei ſummæ quæ in eum codicillis transferebatur. [d]

Legatũ alimentorum factũ alicui quoad cũ aliquo moraretur: durat etiam mortuo eo cũ quo debet morari. Itẽ eo viuo ex iuſta cauſa poteſt ab eo diſcedere. Bar.

Imperator Antonius Pius libertis Sextię Baſiliæ: [e] Quamuis verba teſtamenti ita ſe habeant, vt quoad cũ Claudio Iuſto morati eſſetis, alimenta * & veſtiarium legata ſint: tamẽ hanc fuiſſe defunctæ cogitationem interpretor, vt & poſt mortem Iuſti eadem vobis præſtari voluerit. Reſpondit, eiuſmodi ſcripturam ita accipi, vt neceſſitas alimentis pręſtandis perpetuò [f] maneat. Item conſultus [g] de tali ſcriptura, *Et tecum ſint ſemper, volo*: que- C ro, cùm manumiſſi ab herede, cũ eo morati diu ſint, ſed ob grauiorem [h] ſeruitutem ab eo diſceſſerint: an elimenta his debeantur, quæ negat [i] ſe pręſtare, niſi vice ſeruitutis [k] his vteretur. Reſpondit, ſecundùm ea quæ proponerentur, deberi. [l]

D Adiectiuum ſignificatiuũ ętatis adiectũ perſonę legatarij, non reſtringit legatum. Item alimenta relicta ſimpliciter, debentur in vita. Item alimentorũ fauore pubertas in maſculis intelligitur vſque ad. xviij. annum: in fœminis vſque ad. xiiij. Bartolus.

XIIII. VLPIANVS *libro ſecundo Fideicommiſſorum*.

MEla ait, ſi puero vel puellę alimenta relinquantur,

* alimenta vobis.

GAio Seio.] CASVS. Titius teſtator legauit Gaio Seio trecentos aureos, vt ex vſuris eius ſummæ libertis ipſius teſtatoris cibaria & veſtiaria certa præſtaret. poſtea fecit codicillos, & in eis vetuit dari Gaio Seio dictam ſummam: ſed voluit eam dari Publio Mæuio: nec nominatim alimenta repetiit in perſona Publij Mæuij, & poſtea deceſſit dictus teſtator: & heredes ſui ſoluerunt dicto Publio Mæuio dictos trecentos aureos. nunc quæritur, an idem Publius Mæuius debeat dictis libertis dictum fideicommiſſ. cibariorum & veſtiariorum? Et dicitur quòd ſic, niſi teſtator iniunxit aliquod onus ei Publio Mæuio. [IMPERATOR.] Baſilia Sextilia inſtituit ſibi heredem Claudium Iuſtum, & legauit libertis ſuis teſtatricis alimenta donec cum dicto Claudio Iuſto morati eſſent, & poſtea deceſſit dicta teſtatrix. dicti autem liberti ſteterunt cum Claudio Iuſto donec ipſe vixit. mortuo autem poſtea A dicto Claudio Iuſto petunt liberti ab heredibus alimenta. heredes dicunt ſe non teneri: quia liberti non ſtant cum Claudio Iuſto: quia eſt mortuus. Iuerunt igitur dicti liberti ad imperatorem Antoninum, & conſuluerunt eum ſuper hòc. & ipſe reſpon. eis quòd perpetuo, id eſt donec viuent ipſi liberti, debent habere alimenta. & interpretatur idẽ Imperator talem fuiſſe voluntatem teſtatricis. Sed pone q̊ dicta teſtatrix ita loquuta fuit dicto Claudio Iuſto heredi ſuo, Volo quòd des libertatem talibus meis ſeruis: & cùm erũt liberti, alimenta: & volo vt ſemper tecũ ſint. poſtea heres eos manumiſit, & ipſi poſtea diu cum eo ſteterunt, & poſtea diſceſſerũt ab eo, quia ipſe heres nimis eos in ſeruitute grauabat. nunquid nihilo minus heres debet eis præſtare alimenta? Et reſpond. quòd ſic. nec enim iſto vel ſuperiori caſu videtur ſtare per libertos quò minus cum herede morentur. Viuianus.

Hæc verba & hæc conſtitutio eodẽ exẽplo repetitur in l. j. C. de legatis.

d *Transferebatur*. ſic ergo fit trãſlatio cum ſuo onere: vt & habetur. C. de cadu. tollen. l. vnica. §. pro ſecundo. & §. his itaque. & ſupra de leg. j. licet. & ſupra de vſufru. leg. l. ſi ab eo. Et argu. ſupra de cõdit. inſti. l. quæ ſub conditione. & facit infra de adimẽ. leg. l. ſicut. & le. ſeq. & le. nihil ꝓhibet. Sed arg. cõtra. j̃. de adimen. lega. l. ſi tibi certũ. ADDITIO. Dic ſecũdum Bar. quòd ibi legatũ fuit trãſlatum in eundem, hîc in alium.

e *Baſiliæ*. reſcripſit ea quæ ſequuntur.

f *Perpetuo*. niſi gratia eius cũ quo morari debeãt, hoc fuerit ſcriptũ: vt. j̃. de cõdit. & demon. l. illis libertis. in ſi. & dic contra. vt no. C. de leg. l. j. Accurſius.

Balſamon Nomocanonis tit. 4 c. 13. ex lib. 44 tit. 14. cap. 14. βασιλικ. recitat.

g *Conſultus*. mutat quæſtionem ſuper idem thema.

h *Grauiorem*. quia nimis grauabat heres eos in ſeruitiis. Accurſi.

i *Negat*. heres.

k *Seruitutis*. id eſt niſi ſeruiant.

l *Deberi*. nec enim iſto vel ſuperiori caſu videtur ſtare per libertos. ad quod eſt. s̃. de condit. inſtit. l. quæ ſub conditione. §. penul. & de leg. iij. qui concubinam. §. vxori. & de reg. iur. l. iure ciuili. & E ſupra de annu. leg. l. Seiæ. in prin. & l. Mæuia in princ. & l. annua. in princ. & j̃. de cõdit. & demon. l. viij. & s̃. de leg. ij. l. Titia. §. ſi ea. & j̃. eod. l. libertis. §. fina.

MEla ait.] CASVS. Titius legauit alimenta puero vel puellæ. quæritur, vſque ad quod tempus debeantur eis alimenta? & dixit Mela deberi vſque ad pubertatem, & malè. nam debentur donec teſtator voluit deberi. ſi autem non appareat voluntas eius, debentur per totum tempus vitæ alimentarij. ſi autem vſque ad pubertatem reliquit eis teſtator alimenta, alentur pueri vſque ad. xviij. annos: puellæ autem vſque ad. xiij. & hoc pietatis intuitu, & alimẽtorum fauore. Nam & alibi generaliter aliter definitur pubertas, ſcilicet in maſculo vſque ad. xiiij. annos: & in fœmina vſq; ad. xij. Sed quid ſi legauit dictus teſtator dicto puero vel puellæ alimenta quæ eis viuus præſtabat? Certè ea demum alimenta præſtabuntur eis, quæ mortis ſui teſtatoris tempore erat eis ſolitus præſtare: ſiue minus præſtabat tempore mortis quàm alio

tempore: ſiue plus. [QVIDAM LIBERTIS.] Titius qui erat de Africa vel de Ægypto, in quibus terris venditur aqua, inſtituit A ſibi heredem Seium: & libertis ſuis teſtatoris reliquit alimenta,& aquam eis neceſſariam: & deceſſit idem Titius. nunc quæritur, vtrum fideicommiſ. aquæ valeat, vel non? Et certè quia emolumentum continet in ſe dictum aquæ fideicommiſſ.eo quòd eſt relictũ in terra vbi venditur aqua: reſpon. illud valere & hoc ſiue teſtator habebat ciſternam, ſiue non: & tunc quando nõ habebat ciſternam, continetur in fideicommiſſ. quanti liberti eſſẽt aquam comparaturi ſi non eſſet eis legata. Diceret aliquis, quomodo valet fideicõmiſſ.aquæ, cùm teſtator habebat ciſternam in fundo ſuo pone? Certè non videtur valuiſſe: quia videtur relicta ſeruitus prædialis in fũdo in quo erat ciſterna eius qui nõ habebat prædium ibi iuxta: poſito quòd fideicommiſſarius nõ habebat ibi prædiũ. quo quidem caſu non valet: vt ſupra communia prędi. l. j. in fine. Sed certè reſpond. non eſſe inutile propter hoc fideicommiſſ.aquæ: quia dicta aqua relinquitur perſonæ fideicommiſſarij: & ita non eſt prædialis ſeruitus, nec etiam perſonalis hoc caſu cùm relinquitur propter perſonam fideicommiſſarij, & nõ propter prædium fideicõmiſ. ſed eſt quoddam ius quod debetur fideicõmiſſ. actione ex teſtamento: vt in fine. l. Si autem diceres eam eſſe prædij ſeruitutem, nõ valeret, cũ non habenti vicinum prædium non poſſet legari. & meritò non valeret tunc, quia quamuis ſeruitus hauſtus aquæ eſt ſeruitus perſonæ, id eſt prædialis quæ cum perſona finitur, cùm hoc actum eſt vt ad heredem non tranſeat, ſicut & ſeruitus pecoris ad aquam appulſus: tamen ei qui vicinum non habet prædium, inutiliter relinquitur ſi vt ſeruitus realis vel perſonalis ei relinquitur. nam neutra eſt, vt dixi. & idem dico in ſeruitute geſtandi, id eſt portandi aliquid in fundo teſtatoris: & in ſeruitute premendi vuas in agro teſtatoris: & in ſeruitute vtendi area teſtatoris ad exprimenda frumenta, & cætera legumina. nam ſi prædiales ſeruitutes legentur ei qui nõ habet ibi iuxta prædium, non valent, cùm non ſint eo caſu prędiales ſeruitutes, nec etiam perſonales, immò quoddã ius debitum fideicommiſſario actione ex teſtamento. Viuianus.

† Et ſic vſq; ad finẽ: quia finis ſpectatur. & de hoc an initium an finis ſpectetur, vide bonam glo. in c. dudum. ſuper verbo, tẽpore. de elect.

† In hũc locũ vide Cælium Rhodiginum. li. 19. lect. antiq. cap. 21. & 22.

vſque ad pubertatem [a] deberi. ſed hoc verum non eſt. tamdiu enim debebuntur, donec teſtator voluit: aut ſi non paret quid ſentiat, per totum tẽpus † vitæ [b] debebuntur. Certè ſi vſque ad pubertatem alimenta relinquantur: ſi quis exemplum alimentorum quę dudum [c] pueris & puellis dabãtur, velit ſequi: ſciat Hadrianum conſtituiſſe, [d] vt pueri vſque ad decimumoctauum, † puellæ vſque ad quartumdecimum annum alantur. & hãc formam ab Hadriano datam, obſeruandam eſſe Imperator noſter reſcripſit. Sed & ſi generaliter pubertas non ſic [e] definiatur, tamen pietatis intuitur in ſola [f] ſpecie alimentorum hoc tempus ætatis eſſe obſeruandum, non eſt inciuile. Sed ſi alimenta quæ viuus præſtabat, reliquerit: ea demum præſtabuntur, quæ morris tẽpore præſtare ſolitus erat. quare ſi fortè variè præſtiterit, eius tamen temporis pręſtatio ſpectabitur, quod proximum mortis eius fuit. Quid ergo ſi cùm teſtaretur, minus pręſtabat, plus mortis tẽpore, vel contra? adhuc erit dicendum eam præſtationem ſequendam quæ nouiſſima [g] fuit.

Qui relinquit aquã, videtur relinquere pretiũ aquæ: & tale legatum non cõtinet ſeruitutem, ſed debitum perſonę. Bartolus.

Quidam libertis ſuis vt alimẽta, ita aquã quoque per fideicõmiſſum [h] reliquerat. Conſulebar de fideicõmiſſo, cùm in ea regione Africæ, vel fortè Ægypti, res [i] agi [k] proponebatur, vbi aqua venalis eſt. dicebã igitur eſſe emolumentum fideicõmiſſi, ſiue quis habens ciſternas [l] id reliquerit, **B** ſiue non: vt ſit in fideicommiſſo quantò quis aquã ſibi eſſet comparaturus: nec videri inutile eſſe fideicommiſſum, quaſi ſeruitute prædij [m] non poſſeſſori [n] vicinæ poſſeſſiõis relicta. [o] Nam & hauſtus aquæ, vt pecoris ad aquã appulſus, eſt ſeruitus perſonæ: tamen [p] ei qui vicinus non eſt, inutiliter [q] relinquitur. In eadem cauſa erunt [r] geſtandi, vel in tuo vuas premendi, vel areæ tuæ ad frumenta cæteraq; legumina ex-**C** primẽda vtendi. hæc enim aqua perſonæ relinquitur.

Mulier poteſt eſſe executrix in teſtamento, & cogitur illud officium acceptare ſi agnouit legatũ à defuncto ſibi relictũ. Item hoc officiũ ſi habet onus burſale annexum, tranſit ad heredes. Bar.

XV. SCÆVOLA *libro ſeptimodecimo Digeſtorum.*

A Filio herede codicillis Seiæ decem reliquit, & alumno his verbis: *Mæuio infanti alumno meo quadringenta dari volo: quæ* **D** *peto à te Seia ſuſcipias, & vſuras ei*

a *Ad pubertatem.* ſi ſenſit de duodecim & quatuordecim annis, peſſimè dixit. ſi ſenſit de. xviij. an malè dixit: quia vſque ad mortem: vt ſtatim corrigit. Accurſius.

b *Vitæ.* nam cùm vita finitur: vt ſupra de tranſact. cùm hi. §. conſtat. & .j. ad legem Falc. l. hereditatum. & ſic largè fit interpretatio: vt. j. de reg. iur. l. in teſtamentis.

c *Dudum.* id eſt antè hanc. l. nam per hanc. l. vſque ad mortem.

d *Conſtituiſſe.* prædicto caſu quando vſque ad pubertatem fuit relictum.

e *Non ſic.* ad. xviij. annos: ſed ad. xij. vel. xiiij. vt inſtit. quib. mo. tut. fi. §. iij. hîc ergo eſt ſpeciale fauore alimentorum. ſic & aliàs: s. de adopt. l. arrogato. §. non tantùm. quandoque pro. xvij. vt. de poſtu. l. j. §. pueritiam. Accurſius.

f *In ſola.* & alio caſu, vt modò not. & facit infra de verborum ſignifi. l. pueri.

g *Nouiſſima.* ſic habetur. C. ne de ſta. defun. ſi mater. & nota tempus mortis inſpici. ſic ſupra de fund. inſtru. & inſtru. leg. l. ſi mancipia. in princip. ſed videtur tempus teſtamenti: vt infra de libe. leg. l. Aurelius. §. teſtamento. & .l. fina. §. fin. & infra titu. j. ſi ita. & .l. medico. & ſupra de leg. iij. vxori. in prin. & .§. j. & .l. vxorem. §. teſtamento. Solu. ſecundum R. in alimẽtis prout minuit vel auget præſtationem: ſic & voluntatẽ alterare videtur. ſed cũ debitori liberationem legat, & de nouo aliud debere incipiat: ſeparatum eſt quod additur. & ſic eſt in ſimilibus. Vel dic quòd in qualibet earũ apparet ratio: quia tempus teſtamẽti inſpicitur. Item contra ſupra de leg. iij. l. nomẽ. §. filio. Solu. vt ibi. Item facit cõtra ſupra de an. lega. l. Seio. §. j. & .§. fin. & ſupra de leg. j. l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. & infra de re iudi. l. in iudicati. & de adi. leg. l. trãſlatio. & .l. ſeg. & .j. de ſecun. tab. l. j. §. nõ tamen.

h *Per fideicommiſſum.* ſcilicet aquæ.

i *Res.* id eſt hæc quæſtio.

k *Agi.* id eſt tractari. Accurſius.

l *Ciſternas.* poſſet ſaltẽ perſonalis ſeruitus eſſe, ſecundum Ro.

m *Prædij.* id eſt prædiali. Accurſius.

n *Nõ poſſeſſori.* id eſt domino: vt ſupra communia prædi. l. j.

o *Relicta.* hîc accipe quod eſt in fine, hoc enim &c. ſi autem diceres, & prædij ſeruitutẽ, non valeret: cùm nõ habenti vicinum prędium non poſſit legari, & meritò: nam &c.

p *Perſonæ: tamen.* ſcilicet aliquando: vt cùm relinquitur habenti prædium. ſed hoc acto vt ad heredem non tranſeat, quo caſu eſt ſeruitus perſonalis, ſecundum R. vt hîc. quod Ioan. non placet: imò realis, ſed heres legatarij exceptione repellitur: quod patet: quia vindicatur ſcilicet per confeſſoriam: vt. s. de ſer. ruſti. præ. l. pecoris. & .leg. ſeq. & hîc expone ſeruitutem perſonæ, id eſt prædialem, quæ finitur cum perſona quando hoc actum eſt, vt dixi. & ſic non eſt contra. le. illam, pecoris. Itẽ quod dicit ius hauriendi eſſe perſonale, imò reale: vt. s. de ſer. ruſtic. præd. l. ſi mihi. §. fi. ſed dic vt modò not. quãdo ſcilicet ita fuit dictum. at cùm non habenti prædium relinquitur, non eſt realis, vt ſubiicit, ſed perſonalis ſi hoc velit relinquẽs vel conſtituens, ſecundum Ro. vt. s. de ſer. ruſt. præd. l. Lucius. & ſecundum hoc per confeſſoriam peteretur: ſed Io. dicit nec per-**E** ſonalem eſſe: vt. s. de ſer. le. vt pomum. ſed quoddam ius quod actioni perſonali ex teſtamento vel pacto debetur, ſicut ſi decem mihi ſtipuler: vt not. d. l. pecoris. & facit. s. de vſu & habita. l. vſus aquæ. & ſupra eo. l. j.

q *Inutiliter.* vt ſit ſeruitus realis: ſed perſonalis, ſecundum R. tu dic vt ſit ſeruitus realis vel perſonalis. nam neutrũ eſt, vt. s. dixi.

r *Erunt.* ſcilicet ſeruitutes vel iura, ſcilicet vt ſint perſonales ſeruitutes, ſecũdùm R. vel vt non ſint reales vel perſonales, ſed quoddam ius: vt. d. l. vt pomum.

A *Filio herede.*] CASVS Inſtituit ſibi Titius ſuum filium Gaium heredem: & poſtea fecit codicillos: & in eis reliquit Seiæ decem, & alumno ſuo reliquit dictus Titius quadraginta his verbis: Mæuio infanti alumno meo quadraginta dari volo: & peto à te prædicta Seia vt ſuſcipias dicta. xl. apud te, & vt præſtes eidem Mæuio alumno vſuras quincunces vſque in annum. xx. ætatis eius,

& vt

*quincunces in annum vſque vicenſimum ætatis præſtes, eúmque ſuſcipias & tuearis.* Quæſitum eſt, an Seia poſtquam legatum ſuum acceperit, ſi nolit pecuniam alumno relictam ſuſcipere, vel in ſuſcipienda ea ceſſauerit: onus alimentorũ ex die mortis teſtatoris compellenda ſit adgnoſcere. Reſpondit, B ſecundum ea quæ proponerentur, compellendam [a] præſtare, cùm fideicommiſſum ſit. Idem quæſiit, an heres quoque Seiæ in annos viginti alimenta præſtare debeat. Reſpondit debere. [b]

Relatiuum quis, vel qui, limitat ſuum antecedens non ſolùm in quantitate, ſed etiam in tempore. Bartolus.

Teſtator concubinæ mancipia ruſtica numero octo legauit, & his cibaria præſtari iuſſit, in hæc verba: *Eíſque mancipiis quæ ſupra legaui, cibarij nomine ab heredibus meis præſtari volo quæ me viuo accipiebant.* Quæſitum eſt, cùm viuo teſtatore ſemper mancipia ruſtica tempore meſſium & arearum delegata [c] fuerint, & eo tempore cibaria ex ratione domini ſui nũquam acceperint, excepto cuſtode prædij: an heres quoque eius temporis, id eſt meſſis & arearũ, & cibaria concubinę pro mancipiis ruſticis præſtare deberet. Reſpondit, eum cuius notio eſt, æſtimaturum. Claudius: [d] meritò. Nam ſi eodem modo quo apud teſtatorem fuerunt, & apud concubinam futura legauit, non debebantur eius temporis de quo quæſitum eſt, cibaria. Verùm ſi velut in miniſterium vrbanum ab his [e] transferentur, debebuntur.

- Relatiuum quis vel qui, limitat ſuum antecedens ad quod refertur, non alia. Bartolus.

Titia decedens teſtamento ita cauit, *Omnibus libertis libertabúſque meis cibaria & veſtiaria quæ viua præſtabam, dari præſtaríque volo.* Quæſitum eſt, cùm tribus ſolis eo tempore quo ea vixit, ſicut rationibus continebatur, cibaria & veſtiaria præſtiterit: an heres eius à cæteris quoque libertis conueniri C poſſit: an verò tribus tantùm ſit obnoxius qui rationibus ipſius cibaria & veſtiaria accepiſſe reperiuntur. Reſpondit, ab omnibus. [f]

Legata relicta ab herede debẽtur ab herede heredis. Item appellatione libertorum heredis, libertus liberti continetur quem teſtator tractabat vt ſuum. Bartolus.

XVI. IDEM *libro octauodecimo Digeſtorum.*

D

& vt eundem Mæuium ſuſcipias & tuearis. & poſtea deceſſit dictus Titius teſtator, & poſtea dicta Seia recepit dictum ſuum legatum de.x.à filio teſtatoris herede. nunc idem heres vult dare ei Seiæ dicta.xl. vt ipſa faciat ea quæ iuſſit teſtator. & ipſa noluit recipere. vnde quæritur, an ipſa compellenda ſit agnoſcere onera alimentorum Mæuij ex die mortis teſtatoris? & dicitur quòd ſic, & etiam heres eiuſdem Seiæ. [TESTATOR.] Caius inſtituit ſibi heredes Titium & Seium, & legauit concubinæ ſuæ octo ruſtica mancipia, & his mancipiis ruſticis iuſſit pręſtari cibaria in hæc verba, eíſque mancipiis quæ ſupra legaui concubinæ meæ, volo præſtari nomine cibarij ab heredibus meis ea quæ à me accipiebant dicta mancipia me viuo. & poſtea deceſſit dictus Caius teſtator. nunc quęritur, cùm viuo dicto teſtatore ſemper mancipia ruſtica tempore meſſium & arearum delegata fuerint ad areas, vt faciunt ruſtici Bononiẽ. & ex eo tempore cibaria ex ratione domini ſui nunquam acceperint excepto cuſtode prędiorum: an heredes quoque eius temporis, id eſt, meſſium & arearum debeant præſtare cibaria concubinę prędictis mancipiis ruſticis? & reſpon. quòd iudex debet hoc æſtimare tenendo diſtinctionem Claudij quæ ſequitur: nam ſi teſtator legauit dicta mancipia concubinæ vt ſtẽt eo modo apud concubinam, quo fuerunt apud teſtatorem, non debebuntur cibaria eius temporis de quo quæſitum eſt. ſi autem dicta mancipia transferebantur à teſtatore ab his miniſteriis ruſticis velut in miniſteriũ vrbanum, vtputa vt faciant aliquid in ciuitate pro ipſo teſtatore: bene debebũtur cibaria cõcubinæ pro eis. [TITIA DECEDENS.] Titia habens decem libertos, tribus ex eis cibaria & veſtiaria præſtabat. & illud quod in hoc expẽdebat, ſcribebat in rationibus ſuis ipſa Titia. poſtea decedens fecit teſtamentum, in quo ita cauit: Omnibus libertis libertabuſque meis cibaria & veſtiaria quæ viua pręſtabam, dari præſtaríque volo. & deceſſit. nunc quæritur, an heres eius Titiæ debeat præſtare cibaria & veſtiaria omnibus.x. libertis, an verò prædictis tribus tantùm? & reſpon quòd omnibus debet præſtare. illa enim verba, quæ viua pręſtabam, &c. non reſtringunt præcedentia. Viuianus.

Defuncti iudicio nõ in parte, ſed in toto parendum eſt.

[a] *Compellendam.* ad hoc eſt.ſ.de lega.ij.l.v. Et not. nõ licere in partem velle, in partẽ nolle defuncti parêre iudicio. ſic ſupra de oper. lib.l.ſi ita ſtipulatio.in fi. & de bo.lib.l.nam abſurdum.&.ſ. de acquir.hered.l.j.&.ij &.ſ.de leg.j.l.quidam. Accurſius.

[b] *Debere.* ſic.ſ.de eo.l.cùm vnus.in princ.

[c] *Delegata.* quia teſtator accommodabat aliquibus qui interim eos alebant: vel ibant in area, vt vadunt ruſtici huius ciuitatis ad medicinam: & ſic non alebantur ex burſa domini. Accurſius.

[d] *Claudius.* ſ.dixit idem adiiciendo & diſtinguendo: vt ſubiicit.

[e] *Ab his.* id eſt ab hac concubina: & ita de ſingulari tranſit ad pluralem numerum. Vel dic ab his miniſtris: ſcilicet ruſticis, & ab ipſo teſtatore. nam tunc hæc variatio non nocet quò minus debeãtur: verùm vt vrbana familia alatur inſpecto tempore mortis: vt.ſ.eo. l.Mela.§.ſed & ſi alimenta. Accurſius.

[f] *Ab omnibus.* ſcilicet heres poterit conueniri: quoniam omnibus quãtum quibuſdam dabat, legare videtur. ſic fortè variatum: & alibi collectiuum nomen ponitur, ſicut hoc nomen, libertis: vt.ſ.de A tri.vi.& ol.leg.l.cùm vinũ.&.l.fi.in prin. ſic ergo hîc iſta verba, quę viua præſtabam, non reſtringunt præcedentia. ſic.ſ.eo.l.verba.&.ſ. tit.j.l.legata.in prin.&.ſ.de fund.inſtru.l.quæſitum.§.pe.&.ſ.de lega.iij.l.ea tamen.&.l.cùm quis decedens.in fi. Sed arg.contra.ſ.de pe.leg.l. nam quod. in fi.&.ſ.de lega.iij.l.quæſitum.§.j.&.l.heres.§.vxori.&.ſ.titu.j.l.cùm quidam.&.ſ.de leg.j.l.non ſolum.§.fi.& facit.j.eod.tit.l.teſtamento. ADDITIO. Dic ſecũdum Bar. quòd relatiuũ reſtringit antecedẽs ad quod refertur, non alia & ſic non ob.contra.

ALimenta.] CASVS. Titius fecit teſtamentum, & inſtituit ſibi heredes Moderatũ & Seium & Sempronium, & reliquit alimẽta libertis ſuis nominatim à dicto Moderato: & deceſſit dict⁹ Titius. & poſtea deceſsit dict⁹ Moderatus. nunc quæritur, an heredes Moderati teneantur ad præſtanda alimẽta dictis libertis? & dicitur quòd ſic. [LIBERTIS LIBERTABVS.] Quædam mulier Commoda nomine, quę erat Bonoñ. fecit teſtamẽtum, & in eo iuſsit dari libertis & libertab⁹ quos & quas manumiſerat inter viuos, & etiã libertis & libertabus quos & quas manumiſerat in teſtamento vel codicillis, alimẽta quę viua eis præſtabat. Itẽ dari iuſſit certos fundos dictis libertis & libertabus: & poſtea deceſsit. nunc quęritur, an ad dicta legata libertis liberrabuſq; relicta admittatur Stichus libertus liberti patris dictę teſtatricis? & videtur quòd ſic: quia teſtatrix in epiſtolis ſuis ſolebat eum appellare ſuum libertũ, quamuis non eſſet, diſtinguitur tamen vtrum teſtatrix viua ea alimenta ei liberto liberti patris ſui præſtabat, an non. & primo caſu admittetur dictus libertus ad dicta legata, ſecundo non. [BASILICÆ LIBERTÆ.] Titius in teſtamento ſuo legauit Baſilicæ libertæ ſuæ decem, quæ decem voluit eſſe apud Epictetum & Calliſtum libertos ſuos, ita vt cùm fuerit Baſilica vigintiquinque annorũ, cum vſuris quincũcibus reſtituerentur eidem Baſilicæ per eoſdem libertos, ita tamẽ vt interim ex dictis vſuris aleretur Baſilica prout ampliaret ætatẽ ipſa Baſilica intra dictos vigintiquinq; annos. & poſtea dictus teſtator in alia parte teſtamenti reliquit generaliter libertis libertabúſque ſuis cibaria & veſtiaria & habitationem. & poſtea deceſſit idẽ teſtator. E nunc quæritur, an etiam dictæ Baſilicæ deberẽtur cibaria & veſtiaria & habitatio? & reſpõ. quòd non, niſi ipſa probet teſtatorem voluiſſe eam habere etiam cibaria & veſtiaria & habitationẽ. & eſt ratio quare in dubio nõ debet habere, quia teſtator deſtinauerat alimentis eius Baſilicæ vſuras dictorum.x. quam pecuniã ſpecialiter ei prælegauerat. [QVI SOCIETATEM.] Titius habuit cum vxore ſua ſocietatem bene per.xl.annos omnium bonorum: & durante ſocietate manumiſerunt quoſdam ſeruos eis communes, & ſic fuerunt facti communes liberti viri & vxoris. & poſtea idem Titius dabat eiſdem libertis alimenta inſolidũ pro parte ſua & vxoris. & poſtea idem Titius fecit teſtamentum ſuũ, & inſtituit ſibi heredem dictã ſuã vxorem & nepotem ex filio ex ęquis partibus, & ita cauit in eodem teſtamento: Item volo dari libertis meis quos viuus manumiſi, ea quæ eis præſtabam. & deceſſit. nũc quæritur, an prędicti liberti quos manumiſi, ab vxore poſsint petere ex fideicom. ea ſolida quæ vir præſtabat eis pro ſe & vxore? Et dicitur

quod non, imò illud tantum quod præſtabat eis pro parte ſua. Vi.
a A *Moderatò.* proprium nomen. Accurſius.
b *Teneri.* quoniam non perſonæ eſt onus indicendum, cùm per alium poſſit impleri:[a] vt habetur. C. de cadu. tollen. l. vnica. §. ne autem. &c. ſ. l. proxi. in prin. &. l. cùm vnus in princ.
c *Commoda.* proprium nomen teſtatricis.
d *Fundos.* certos: aliàs nō valeret: vt. ſ. de iure do. l. cùm poſt, §. gener.
e *Ita.* hîc eſt Græcum, cuius ſenſus eſt, Rufino liberto meo ſalutem.
f *Quòd medicus.* quod id eſt quia. Accurſius.
g *Viua.* ſcilicet teſtatrix. Accurſius.
h *Ea.* ſcilicet alimēta. Accurſius.
i *Aliter verò non.* vt & ſupra de le. iij. l. pater. §. j. &. ſ. de verbo ſignifi. l. Modeſtinus. & facit. ſ. eo. l. ij. Accurſius.
k *Reſtituerentur.* dicta decem.
l *Ampliaret.* i. prout creſceret, maiora præſtentur alimenta vſque ad dictū tempus. ad quod eſt ſupra eodem. l. cùm vnus. §. fin.
m *Capite.* ſcilicet teſtamenti.
n *Deberentur.* ſcilicet cibaria & veſtiaria & habitatio.
o *Claudius.* ſcilicet dixit idem, addēdo rationem quæ ſequitur. Ac.
p *Quia deſtinauerat.* teſtator. & facit. ſ. de leg. iij. l. heres. §. j. & ſ. de fun. inſtru. & inſtru. leg. l. quæſitum. §. fina. & l. cùm de lanionis. §. cui fundum. &c. §. quidam. & l. prædia. §. idē quæſiit. & ſ. titu. j. legata. in prin. & de verbo oblig. l. doli. clauſula.
q *Cum vxore.* Not. virum ſocium vxoris.[b] ſic ſupra de dona. inter virum & vxo. l. cùm hic ſtatus. §. antepenul.
r *Præſtabam.* ſcilicet do lego.
ſ *Ab vtriſque.* id eſt vtroque, viro ſcilicet & vxore.
t *Viuente.* viro, quæ ſolida viuus præſtabat, pro parte ſua & vxoris.
u *Pro ſua parte.* facit. ſ. de leg. j. l. v. §. fin. & ſ. de leg. iij. l. qui concubinā. §. qui fundum.

a] Quia ſi perſonæ iniungeretur videretur eius eſſe electa induſtria, & hoc caſu nō poſſet per aliū impleri: vt plenè in ea. firmiter. per Panor. extra de ſum. tri. & fid. ca.

†Vide Alc. li. præter. 2. hic. Id eſt Rufina progna to, liberto noſtro.

b] Hæc gl. facit multū pro dominabus quæ eorum maritis ſubdi aſpernātur, ſe ancillas eorum non eſſe aſſeuerantes. contra quas in oppoſitum facit glo. in verb. fuerit in l. ſi conſtante. §. ſi maritus. ſ. ſol matri.

Seruos.] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredem Seium: & ſeruos & pediſſequas quas habebat ad burgum Panicalis, reliquit ad cuſtodiam templi ſanctæ Mariæ De miſericordia: quod templum erat iam inceptum extrui, ſed non erat adhuc completum: vbi fortè elegit ſibi ſepulturam. & his ſeruis & pediſſequis à dicto ſuo herede legauit per talia verba: Peto à te heres, fideique tuæ committo, vt des & pręſtes propter meam memoriam pediſſequis meis quas ad cuſtodiam templi reliqui, ſingulis mēſtrua cibaria & annua veſtiaria certa, puta. x. nomine cibariorum quolibet menſe, & xx. pro veſtimentis quolibet anno. & poſtea deceſſit, nunc quæritur, cùm dictum templum nondum eſſet extructum tempore mortis teſtatoris, an ſerui debeant percipere dictum legatum ex die mortis teſtatoris an verò ex eo tempore quo templum fuit explicitū ſiue completum? & reſpō. quod heres debet cōpelli officio iudicis pręſtare relicta dictis ſeruis etiam eo tempore quo templum extruitur, nedum poſtea. Viuianus.

A Limenta & veſtiaria libertis ſuis dedit.[a] quæſitum eſt, an quia nominatim à Moderato[a] vno ex heredibus dari iuſſit teſtator, ſolus Moderatus debeat, nō etiam poſt mortem Moderati heredes eius. Reſpondit & heredes teneri.[b] Libertis libertabúſque item quos quaſque teſtamento codicillíſve manumiſerat, alimēta Commoda[c] quæ viua præſtabat, dari iuſſerat: item omnibus libertis libertabúſque fundos.[d] quæſitum eſt, an ad ea legata admitteretur liberti paterni libert⁹, cui ſcribere ſolebat ita:[e] † ἀπὸ Ρυφίνης ἡμετέρῳ ἀπελευθέρῳ. epiſtula etiam emiſſa ad ordinem ciuitatis, vnde oriunda erat, petierat vti publicè, quòd medic⁹[f] erat, ſalaria ei præſtarentur: manifeſtando literis ſuis, eum ſuum eſſe libertum. Reſpōdit, eum cuius notio eſt, æſtimaturum: vt ſi quidem viua[g] ea[h] & ei præſtabat, nihilò minus ad fideicommiſſum admitteretur: aliter verò non.[i]

In legato non reiterabili diſpoſitio generalis non refertur ad ea de quibus ſpecialiter eſt prouiſum. Bartolus.

Baſilicæ libertæ decem dedit, quam apud Epictetum & Calliſtum libertos eſſe voluit: vt cum fuerit Baſilicæ annorum vigintiquinque, cum vſuris quincuncibus reſtituerentur,[k] ita vt ex vſuris aleretur, prout ætatem ampliauerit.[l] Quæſitum eſt, an ex alio capite[m] quo generaliter libertis libertabúſque cibaria & veſtiaria & habitationem reliquit, etiam Baſilicæ deberentur.[n] Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, non deberi: niſi hoc quoque ei datū probaretur. Claudius:[o] Quia deſtinauerat[p] alimentis eius vſuras pecuniæ, quas ſpecialiter ei prælegauerat.

Appellatione libertorum ſuorum continentur communes liberti pro ea parte quam quis habebit in eis. Bartolus.

Qui ſocietatem omnium bonorum ſuorum cum vxore[q] ſua per annos amplius quadraginta habuit, teſtamento eandem vxorem, & nepotē ex filio æquis partib⁹ heredes reliquit, & ita cauit: *Item libertis meis, quos viuus manumiſi, ea quæ præſtabam.*[r] Quæſitum eſt, an & qui eo tempore quo ſocietas inter eos permanſit, manumiſſi ab vtriſque[ſ] & communes liberti facti ſunt, ea quæ à viuente[t] percipiebant, ſolida ex fideicommiſſo petere poſſint. Reſpōdit, non amplius quàm quod vir pro ſua parte[u] pręſtabat, deberi.

Seruis propriis poteſt relinqui legatum in cauſa alimentorum. Bartolus.

XVII. IDEM *libro nonodecimo Digeſtorum.*

SEruos[x] ad cuſtodiam templi reliquerat:[y] & his ab herede legauerat his verbis, *Peto, fideique tuæ committo, vt des præſtes in memoriam meam pediſequis meis quos ad curam templi reliqui, ſingulis menſtrua cibaria & annua veſtiaria certa.*[z] Quæſitum eſt, cùm templum nōdum eſſet extructū,[a] ex die mortis, an verò ex eo tēpore quo templum explicitum fuerit, percipere ſerui debeant legatum. Reſpōdit, officio[b] iudicis heredē compellendum ſeruis relicta præſtare donec templum extrueretur.

Per clauſulam generalem appoſitam in vltima voluntate circa idem, videtur receſſum à ſpeciali. Bartolus.

XVIII. IDEM *libro vicenſimo Digeſtorum.*

LIbertis quos teſtamento manumiſerat, alimentorum nomine mēſtruos decem legauerat: deinde codicillis generaliter omnibus libertis[c] mēſtruos ſeptem, & annuos veſtiarij nomine denos legauit. quæſitum eſt an & ex teſtamento, & ex codicillis libertis fideicommiſſum heredes præſtare debeant. Reſpondit, nihil proponi cur non ea quæ codicillis data proponerentur, præſtari deberent. nam ab his quæ teſtamento cibariorum nomine legata eſſent, receſſum[d] eſt propter ea quæ codicillis relicta[e] ſunt.

x *Seruos.* oēs vel quos habet in tali loco. & ſic continentur etiā ancillæ pediſſequæ: vt. j. ſub. iicit, & ſ. de lega. iij. l. ſer uis vrbanis. Accurſius.
y *Reliquerat.* aliquis, pediſſequis contentis ſub ſeruorum vocabulo. Accurſius.
z *Certa.* puta centum. Accurſius.
a *Extructum.* & ſic ſerui non ſunt templi interim, ſed nec ſunt heredis: vt infra de libe. cau. l. ſeruos.
b *Officio iudicis.* non iure actionis, ſcilicet quia deſit perſona quę agere poſſit: vt & ſ. de lega. j. ſeruo alieno. §. ſi quis poſt. & ſ. famil. erciſc. l. ex parte. §. ſeruo. Nec ob. id quod habetur. C. de neceſ. ſer. l. quidā. §. illo. & facit. ſ. e. l. is cui. & de iis quæ pro non ſcript. haben. l. iij. & ſ. de annu. lega. l. ſi quis poſt. & ſ. de lega. ij. l. ſi quis Titio. & ſ. de leg. iij. ſi quis. Accurſius.

Libertis.] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredem Gaium: qui Titius habebat. vij. libertos quos inter viuos manumiſerat. in teſtamēto autem manumiſit tres ſeruos, & ita habet nunc. x. libertos: & in eodē teſtamēto legauit dictis tribus libertis quos in teſtamēto manumiſerat. x. omni mēſe nomine alimentorū. & poſtea fecit codicillos in quibus legauit generaliter omnib⁹ libertis ſuis omni menſe ſeptē aureos, & annuos denos nōie veſtiarij, & deceſſit idem teſtator. nūc quæritur, an ex teſtamēto prædicto & ex codicillis prædictis heredes debeant præſtare fideicommiſ. dictis tribus libertis? & reſpon. quòd ea quę ſuut eis relicta in codicillis, debēt eis præſtari, & propter relicta in codicillis prædictis tribus libertis videtur receſſum ab his quæ in teſtamento legata erant. Viuianus.
c *Libertis.* teſtamento manumiſſis.
d *Receſſum eſt.* prēſumptione iuris, niſi legatarij probent contra: vt ſupra de leg. j. l. planè. §. ſed ſi non corpus. Accurſius.
e *Relicta ſunt.* ab eodem herede: ſecus ſi à diuerſis: quia tunc ab vtroque

vtroque daretur : vt ſupra de leg.j.l. ſi à pluribus.§.j. vel dic vt ibi no. & ſupra de proba.l. quinquaginta. & facit infra de adi.lega.l. cùm certum.& de lib.lega l. Aurelius.§. teſtamento. &.§. teſtator. & ſupra de fun. inſtru.l. Seiæ.in princ.

**Alimenta debita non ſoluta poſſunt peti tam præterita quàm futura. Bartolus.**

Manumiſſis teſtamẽto cibaria annua, ſi cum matre[a] morabuntur, per fideicõmiſſum dedit. mater filio triennio ſuperuixit: neq; cibaria neque veſtiaria eis præſtitit, cùm in petitione fideicõmiſſi liberti ceſſarẽt : ſed & filia poſtea quàm matri heres extitit, quoad vixit, annis quatuordecim interpellata de eiſdem ſoluendis non eſt. quęſitum eſt, an poſt mortem filiæ â nouiſſimo herede petere poſſint, & tam præteriti temporis† quàm futuri, id qđ cibariorum nomine & veſtiarij relictum eſt. Reſpõdit, ſi conditio[b] extitiſſet, nihil proponi cur nõ poſſent.

**Tempus ætatis grauati adiectũ grauato, in dubio conditionem facit. Bartolus.**

Ab heredibus Stichum manumitti voluit : eiq; ſi cum Seio[c]

Manumiſſus.] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredẽ matrem ſuam libertam : & in eodem teſtamento manumiſit duos ſuos ſeruos: & eis manumiſſis reliquit per fideicom. annua cibaria ſi cum dicta ſua matre morarentur. & poſtea deceſſit dictus Titius, & poſtea dicta mater ſuperuixit dicto ſuo filio per trienniũ: & cùm dicti manumiſſi ceſſarent in petitione dicti fideicom. ipſa non præſtitit eis. mortua autẽ poſtea dicta matre teſtatoris extitit ei matri heres Seia ſua filia : & ipſa filia vixit.xiiij.annos, & non ſoluit dictis manumiſſis dictum fideicom. cùm nec ipſam ipſi interpellauerint, mortua autem poſtea dicta filia extitit ei heres Sẽpronius. nũc dicti manumiſſi petunt à dicto Sempronio nouiſſimo ſiue vltimo herede dictum fideicom. cibarij & veſtiarij tam pro præterito tempore quàm pro futuro. quæritur, nũquid poſſint? & dicitur quòd bene poſſunt ipſi manumiſſi. quia bene impleuerunt conditionem, puta quia bene ſteterunt manumiſſi cum matre donec ipſa vixit, vel per eos non ſtetit. Viuianus.

† Alimenta præteriti tẽporis etiam poſſunt peti. & adde ꝙ illis etiam poteſt renũtiari, nõ autem futuris etiã cũ iuramento. Bart. ita tenet in l. cũ hi ſ. de trãſact. qui ſibi ipſi contradicit in. l. ſi quis pro eo. ſ. de fideiuſ. & man. conclude per dom. Iaſo. in l. de alimentis. in 2. colũ. ver. nũquid autem. C. de tranſac.

a *Si cum matre.* teſtatoris cui fuit heres filius, & filio mater, & matri vltimò filia : vt.j. patet.

b *Si conditio.* vt quia ſteterunt cum matre, vel per eos non ſtetit: vt.C.de leg.l.j.Et no.interpellationem nõ eſſe neceſſariã. ſic.C. de cõtrah.ſtipu.l.magnam.&.C.de iure emphy.l.ij.&.j. de verb.obli. l.ad diem.&.ſ.de nautico fœno.l.fi.&.ſ.de vſu.l. pecuniæ.§.j. &.ſ. de annu.leg.l.annua.in prin. Item cõtra.ſ.de proba.l. Procula.Sol. ibi & fraternitas inter eos erat, & ſæpe & ſæpius rationes & ſolutiones inter ſe fecerunt. hîc nulla ratio vel ſolutio fuit inter eos.

*Ab heredibus.* CASVS. Titius inſtituit ſibi heredes Seium & Gaium & Sempronium : & præcepit eis vt manumitterent Stichum ſeruum ſuũ.& pręcepit vni de heredib⁹, ſcilicet Seio vt eidẽ Sticho cibaria & veſtiaria præſtaret, ſi cũ eodem Seio moraretur. poſtea hæc verba adiecit in eodẽ teſtamento : A te autẽ Sei peto, vt cũ ad annum.xxv.perueneris, militiã ei Sticho cõpares : ſi tamen te antè non reliquerit. & poſtea deceſſit dictus Titius teſtator. & poſtea heredes prædicti manumiſerunt dictũ Stichum. & poſtea dictus Seius heres deceſſit antequã perueniret ad.xxv.an. & habuit heredes dictus Seius Petrũ & Martinum.nũc quęritur, an dicti heredes Seij debeant cõparare Sticho militiã ? Et reſpon.ꝙ ſit: non tamen antequã dictus Seius fuiſſet expleturus.xxv.an.ſi ſuperuixiſſet. Viu.

c *Si cum Seio.* qui erat vnus de heredibus

d *Peruenerunt.* vt ad heredem. ſi autem titulo ſingulari, & tunc hypothecæ ſunt : vt.C. communia de leg.l.j.

e *Comparandam.* imò videtur quòd non ſit comparanda : vt.j. de manumiſſ.teſta.l.ſi ita ſcri. Solu. vt no.C.quando di.le.ce.ex his.& ſupra de leg.j.l.ſi cui. & facit.j. quando di. lega.ce.l.Firmio.§.ij.& C.de vſufruc.l. in ambigua. ADDITIO. Dic quòd ibi erat certũ quòd teſtator volebat facere diem diuinare : & ideò dic quòd ibi apponitur tempus grauato ibi honorato. rationem huius vide per Barto.in.l.ſi cui legetur ſupra de lega.j.

*Poſthumis.*] CASVS. Titius habens patrem & matrem & vxorem prægnantem, inſtituit ſibi heredes poſthumos quos ſperabat naſci ex dicta ſua vxore, & etiam dictũ patrem ſuum & matrem. Item præcepit manumitti à patre & à matre quoſdam ſuos ſeruos impuberes, & eis ſeruis legauit cibaria & veſtiaria annua, & etiam peculia eorum. Item legauit cuilibet eorundem ſeruorũ.x. aureos pone. Item & aliis libertis ſuis legata reliquit, & aliis quibuſdam extraneis plura legauit. & poſtea ita dixit, ſi dicti poſthumi à me

moraretur, cibaria & veſtiaria præſtari à Seio. deinde hæc verba adiecit : *A te autem Sei peto, vt cum ad annum vicenſimumquintum perueneris, militiam ei cõpares : ſi tamen te antè non reliquerit.* Quæſitũ eſt, Sticho ſtatim libertatem conſecuto, prius autem defuncto Seio quàm ad annũ vicenſimumquin- B tũ perueniret, an ab his ad quos bona Seij peruenerunt,[d] militia Sticho cõparari debet : & ſi placet deberi, vtrum ſtatim militia comparanda ſit, an eo tempore quo Seius annũ vicenſimũquintum expleturus fuiſſet ſi ſuperuixiſſet. Reſpondit, cùm placeat comparandam,[e] nõ antè deberi, quàm id tempus ceſſiſſet.

**Deminutio legatorum relictorum in teſtamento non pertinet ad legata, nec ad alimenta relicta C in codicillis vel in tabulis pupillaribus. Bartolus.**

Poſtumis[f] heredibus inſti-

A inſtituti naſcentur, & mihi heredes extiterint, & in pupillari ætate deceſſerint, ſubſtituo eis Gaium & Sẽpronium pone. & ita ſubſtituit eis pupillariter dictũ Gaium & Sẽpronium. & poſtea ita dixit, volo ꝙ dictus Gaius & Sẽpronius dent duplicata legata quæ reliqui impuberibus libertis.i. illis quibus dedi libertatẽ in primis tabulis à patre & à matre mea à me inſtitutis pręter cibaria & veſtiaria. nã & cibaria & veſtiaria quæ reliqui in primis tabulis dictis libertis impuberib⁹, nolo duplicari in perſonis dictorum ſubſtitutorũ, ſed alia legata ſic. perfecto teſtamento & ſubſtitutione pupillari nata eſt ex dicta ſua vxore vna filia, & illa fuit vocata Petina. gratia autẽ dictæ filiæ poſthumę ipſe Titi⁹ fecit codicillos, & in eis iuſſit reddi eidẽ filię tertiam partẽ eorum quæ reliquit in teſtamẽto. in his etiam codicillis reliquit legata quibuſdam aliis. & poſtea deceſſit dictus Titius, & extitit ei heres dicta filia poſthuma, & pater ipſius teſtatoris & mater. & poſtea dicta filia deceſſit in pupillari ætate, & ſic ex dicta ſubſtitutione extiterunt dictæ filiæ heredes dictus Gaius & Sempronius. & ſic illud ius quod ipſa filia habebat ex codicillis patris, ſcilicet vt reſtitueretur ei tertia pars relictorum, vt dictũ eſt, habent nunc dicti ſui heredes. nunc oriũtur hîc tres quæſtiones. Prima eſt circa relicta in primis tabulis. Secunda circa relicta in codicillis. Tertia circa relicta in ſecundis tabulis. Quæritur ergo primò, an in hoc fideicõmiſſo relicto filiæ in codicillis contineatur tertia pars cibariorum & veſtiariorum relictorum in primis tabulis impuberibus libertis ? Et reſpon. quòd non, & hoc fauore alimentorum, quaſi de his deminuendis non ſenſerit teſtator. Secundò quæritur, an in dicto fideîcommiſ. filiæ contineatur tertia pars eorum quæ pater in codicillis reliquit extraneis ? Et reſpon. ſimiliter quòd nõ. & eſt hîc ra- D tio, quia in codicillis in quibus reliquit fideicõmiſſum filiæ, dixit dictus pater. ſi quid teſtamẽto quod antè hoc tempus feci, legaui, peto ab his cui, id eſt quibus dare volui, id eſt dedi legata in dicto teſtamento, vti .i. vt reddant filiæ meæ Petinæ tertiam partem. & non dixit dictus pater, ſed quod his codicillis legaui &c. vt patet in ver. deinde poſt teſtamentum &c. Tertiò quæritur, an illud quod additum eſt legatis in ſubſtitutione, cõputari debeat deducta tertia parte, ſicut computatur quantitas legatorum teſtamento relictorum .ſ. vt duæ partes quantitatis. additæ legatis in ſubſtitutione debeantur legatariis, & tertia debeatur heredibus dictæ filię teſtatoris ? & videtur quòd ſic propter dictos codicillos quibus codicillis voluit teſtator pertinere ad filiam ſuam tertiam partem legatorum. reſpon. tamen hîc quòd prædicta additio quæ fuit facta legatis, integra debetur legatariis, non detracto inde aliquo pro dictis heredibus filiæ. Et vt planius videas, ita dicas, ſeruis impuberibus, id eſt cuilibet eorum fuerunt legati. x. aurei : vt vidiſti E in princ. huius caſus. poſtea in ſecundis tabulis fuerunt duplicata legata, & ita quilibet eorum debet habere.xx.aureos, id eſt primos x. & alios.x. adiunctos in ſubſtitutione. certè de primis.x. non eſt dubium, quin heredes filiæ debeant habere tertiam partem propter verba codicillorum : ſed de ſecundis.x. adiunctis in ſubſtitutione eſt dubitatio. & ita ſoluitur vt dixi, ſcilicet vt integra legatariis debeantur. de cæteris autem relictis pars tertia ſine dubio fuit filiæ debita : ac per hoc certum eſt pertinere ad heredes ſubſtitutos eidem filiæ. Viuianus.

f *Poſtumis.* Titius inſtituit patrem & matrem poſthumóſq; ſuos heredes. Item ſeruos quoſdam impuberes à matre patréque manumitti præcepit : & eiſdem cibaria & veſtiaria annua aliáque pecuniaria legata, ſingulis puta decem aureos legauit. Item aliis libertis. Item extraneis quoque quædam reliquit. deinde in ſecundis tabulis pupillariter poſthumis ſubſtituit, & ab heredibus ſubſti-

Caſum ponit ſecundũ Accurſium.

UNED

tutis libertis impuberibus relicta exceptis annuis duplicauit, ſcilicet pro.x.præcipiens.xx.dari. perfectóque ſic teſtamento nata eſt A ei filia, cuius gratia factis codicillis teſtamento relictorum partem tertiam filiæ reddi iuſſit. aliis etiam codicillis eiſdẽ legauit: patríſque effecta filia heres adhuc impubes decedens ſubſtitutos habuit heredes. quærebatur ergo, an in hoc fideicõmiſſo relictorum filiæ alimentorum, & aliis in codicillis relictorum forſitan qui teſtamento fuerant confirmati, item in tabulis pupillaribus relictorum pars tertia cõtineatur. quod remouet. de cæteris autem relictis partem tertiam filiæ debitam fuiſſe, ac per hoc ad heredes ei ſubſtitutos pertinere certum erat.

tutis, & patre & matre, & ſubſtitutione[a] facta, actores[b] manumiſit,[c] & peculia eis legauit,[d] & annua,[e] & certis libertis ſuis legata: & aliis exteris plura: deinde poſt teſtamentum factum nata filia, codicillis ita cauit: *Si quid teſtamento quod antè hoc tempus feci, legaui cui,*[f] *dari volui,*[g] *peto ab his vti tertiam partem Petinæ*[h] *filiæ meæ reddant.* Secundis autem tabulis facta pupillari ſubſtitutione, impuberibus[i] libertis quibus à parentibus libertates dedit, eò amplius[k] alterum tantum quantum[l] * in nummo, * præter cibaria & veſtiaria dari voluit. Quæſitum eſt, cùm ſuperuixiſſet filia teſtamento aperto[m] & codicillis,[n] poſtea autem deceſſerit, & fideicommiſſum datum ei de reſtituenda[o] parte tertia ad heredes ſuos tranſmiſerat,[p] an etiam cibariorum & veſtiariorũ tertiæ partes ei per fideicommiſſum datæ eſſe videantur. Reſpõdit non videri.[q] Idem quæſiit, an eorum quæ codicillis per fideicommiſſum relicta ſunt, tertiæ partes ad filiam pertinere deberent. Reſpondit non deberi.[r] Idem quæſiit, an alterũ tantùm[ſ] à ſubſtitutione[t] legatum, deducta[u] tertia parte quãtitatis legatorum teſtamento datorum cõputari debeat: vt duæ partes[x] quantitatis debeantur[y] præter * codicillos quibus tertiam partẽ codicillis legatorum ad filiam ſuam pertinere voluit. Reſpondit, integrum ex tabulis ſubſtitutionis deberi.[z]

* quantum ſingulis.
* numerato.
* propter.

a *Subſtitutione.* pupillari, quæ poteſt fieri poſtumis: vt. ſ. de vulgar. ſubſti. l. ij. §. j.

b *Actores.* id eſt caſtaldiones ſeruos.

c *Manumiſit.* id eſt manumitti iuſſit à patre & matre: vt patet infra. l. ſi cui.

d *Legauit.* ſcilicet directò. Accurſius.

e *Annua.* & ſic alimẽta: vt. ſ. de annu. leg. l. ſi cui.

f *Cui.* i. alicui. Accur.

g *Dari volui.* ſcilicet fideicom. q. d. quibus aliquid reliqui, peto &c.

h *Petinæ.* proprium nomen filiæ eſt.

i *Impuberibus.* in hoc nõ eſt vis. nã idẽ ſi puberes. ſed ſic de facto erat.

k *Eo amplius.* per quod videtur repetere & primum: vt ſupra de le. iij. l. ſi tibi.

l *Tantum quantum.* accipe dari volo quãtum in ſingulis legatis primò dederat in numerato. aliàs enĩ eſt, in numerato: aliàs in numero. ſic ergo, p. x. in primis tabulis reliquit. xx. in ſecundis. & hoc præter cibaria quę non duplicauit.

m *Aperto.* aliàs enim adire non poterat, cum non erat inſolidum inſtituta. hodie ſecus: vt. C. de cadu. tol. l. vnica. §. j. & caue quia hæc filia cum cæteris poſtumis inuenitur inſtituta.

n *Et codicillis.* ſcilicet apertis.

o *Reſtituenda.* ipſi filiæ.

p *Tranſmiſerat.* quod fiebat olim ab apertura tabularum. hodie à E die mortis: vt. d. l. C. de cadu. tol. l. vnica. §. cùm igitur.

q *Non videri.* fauore alimentorum: quaſi de his deminuendis non ſenſerit teſtator.

r *Non deberi.* hoc ideò, quia dixit, ſi quid in teſtamẽto &c. vt ſupra proxi. dixi.

ſ *Alterum tantum.* id eſt ſecunda. x. addit in ſecundis tabulis.

t *A ſubſtitutione.* id eſt à ſubſtitutis.

u *Deducta.* hãc enim cõſtat deduci, & filiæ dari. & ſic de primis. x.

x *Duæ partes.* ſ. iſtius alterius quãtitatis, ſcilicet ſecundorum decẽ.

y *Debeantur.* ſcilicet libertis, tertia filiæ reſeruata. & ſub. quod videtur propter codicillos &c.

z *Deberi.* ſcilicet libertis: & ſic nihil videtur filiæ de ſecundis decẽ dari. ſunt ergo tres quæſtiones. Prima circa relicta in primis tabulis. Secunda circa relicta in codicillis. Tertia circa relicta in ſecundis tabulis. Accurſius.

Non impleto onere de morã-do in certo loco, libertus relicto priuatur. Bartolus.

Cibaria & veſtiaria per fideicommiſſum dederat,[a] & ita adiecerat: *Quos libertos meos, vbi corpus meum poſitum fuerit, ibi eos morari iubeo, vt per abſentiam filiarũ*[b] *mearum ad ſarcofagum* † *meum memoriam meam quotannis celebrent,*[c] B quæſitum eſt, vni ex libertis qui à die mortis neque ad heredes acceſſerit,[d] neque ad ſepulchrũ morari voluerit, an alimẽta præſtanda ſint. Reſpondit, non præſtanda.

Abſens propter negotia teſtatoris, vt præſens debet alimenta percipere. Bartolus.

XIX. IDEM *libro vicenſimoſecundo* Digeſtorum.

TEſtamento ita cautum fuit, *Libertis meis cibaria, quæque* C *alia præſtabam, ab heredibus meis præſtari volo.* vnus ex libertis ex voluntate patroni negotij ſui gratia[e] quadriennio antè diem mortis abfuit. ex hac cauſa cibaria quæ antè acceperat, mortis tempore non accepit. cui tamen liberto eodem teſtamento patronus, ſicut & aliis quos viuus manumiſerat, legatum quinque dederat. quæſitum eſt, an iſti quoque cibaria & reliqua quæ cæteris libertis lega- D ta ſunt, debeantur. Reſpondit, cur non?[f]

Diſpoſitio generalis non refertur ad ea de quibus circa eandem cauſam ſpecialiter eſt prouiſum: & legatorum præſtatione grauari poteſt legatarius ſingularis. Bartolus.

*Cibaria.*] CASVS. Titius inſtitutis filiis ſuis reliquit per fideicõmiſſum libertis ſuis cibaria & veſtiaria. & poſtea ita dixit in teſtamento ſuo, libertos meos iubeo morari ibi vbi corpus meum repoſitum fuerit, vt per abſentiam filiorum meorum celebrẽt quotannis, id eſt ſingulis annis memoriam meam ad ſarcofagum, id eſt ſepulchrum meum, puta aliquas exequias. & poſtea deceſſit dict⁹ Titius. poſtea vnus ex dictis libertis noluit morari ad ſepulchũ cũ aliis libertis, neque ad heredes acceſſit cauſa excuſandi ſe ſuper hoc. nunquid ſunt ei præſtãda alimenta? & reſpon. quòd nõ, ſed aliis libertis ſic. Viuianus.

† Sarcofag⁹ ſepulchrum conuenienter dicitur, cum teſte Pli. lib. 36. ca. 18. ſarcofag⁹ lapis ſit fiſſili vena, in quo corpora defunctorum cõdita abſumuntur intra quadrageſimũ diem, exceptis dentibus.

a *Dederat.* i. reliquerat libertis, vt ſubiicit.

b *Filiarum.* quia fortè nupſerant alibi.

c *Celebrent.* aliquas ſcilicet exequias. & dic ſarcofagum, id eſt ſepulchrum. & facit infra de condit. & demõſt. l. Titio. §. ij. & C. de le. l. j. & de condi. inſer. l. j. & ij. & ſ. de annu. lega. l. cũ. & ſupra eo. l. Gaio. §. imperator. & ſupra de lega. iij. l. qui concubinã. §. vxori.

d *Acceſſerit.* ad excuſandum ſe fortè.

TEſtamẽto.] CASVS. Titius habebat libertos quibus præſtabat cibaria & veſtiaria. ipſe Titius miſit vnũ de dictis libertis pro quodam ſuo negotio Romã fortè: & ſtetit ibi libert⁹ per quadriẽniũ: & propter dictam abſentiam cibaria quæ antè acceperat cum aliis libertis, à patrono ſuo nõ accipiebat. dictus autem patron⁹ interim venit ad mortẽ, & fecit teſtamẽtum, & ita in eo cauit, libertis meis cibaria quæque alia præſtabã, ab heredibus meis præſtari volo. Itẽ legauit dicto liberto abſenti quĩq;, & etiã aliis libertis quos viuus manumiſerat, legauit cuilibet quinq;, & poſtea deceſſit dict⁹ patronus, nũc quæritur, an debeãtur iſti liberto abſenti cibaria & reliqua quæ cæteris libertis legata ſunt? Et reſpon. ꝙ ſic. Viuianus.

e *Sui gratia.* vel patroni liberti.

f *Cur non.* q. d. debentur. ſic. j. de verb. obli. l. j. §. ſi quis ita. & facit. ſ. eo. l. à filio. §. fi. & de fund. inſtru. præ dia. §. j.

STichus.] CASVS. Titius habebat vnum ſeruum nomine Stichum, qui erat nepos Bailæ Titij ipſius. & ipſe Stichus habebat contubernalem, & liberos ex ea. cui contubernali & liberis Stichi dictus Titius præſtabat alimenta. Item habebat plures libertos quibus alimenta præſtabat. fecit dictus Titius teſtamentum, & in eo ita cauit: Stichus nutricis meæ nepos liber eſto. cui Sticho volo dari omni anno. x. aureos pro alimentis. qui teſtator prædictus poſtea deſignauit nomina, id eſt debitores ſuos ex quibus debebat fieri ſolutio Sticho de dictis. x. aureis. & poſtea eidem Sticho legauit contubernalem eius & liberos. Item legauit dictæ contubernali & liberis Stichi ea quæ viuus eis præſtabat. & poſtea in alio capite teſtamenti iuſſit dari libertis ſuis ea quæ viuus præſtabat eis. & poſtea deceſſit dictus Titius. nunc quæritur, an dictus Stichus poſſit etiã alimẽta percipere cum aliis collibertis, & ſuum legatum. x. aureorum? & reſpon. quòd non imò. x. tantũ. Sed pone quòd

quòd dictus teſtator reliquit duo pone prædia reipub.&ita poſtea dixit,volo quòd reſpublica præſtet prædicta alimēta ex dictis prę- diis libertis meis vtriuſque ſexus.nunquid reſpub. tenetur dare decem aureos annuos prædictos,& contubernali & libertis Stichi ea quæ viu⁹ teſtator eis præſtabat,ſubaudi &aliis libertis ea quę teſtator ſolebat eis prę́ſtare? an verò tenetur ad prædicta heres Titij teſtat. Et reſp.ꝙ reſpub.tenet. TITIA VSVMFRVCTVM.] Titia inſtituit ſibi heredem Seium,& legauit Mæuio vſūfructū fundi ſui Titiani,& fidei eiuſdem Mæuij cōmiſit, vt ex reditu prædicti fundi prę́ſtaret Pāphilo & Sticho annuos cētum nummos donec viueret dictus Mæuius fructuari⁹. & poſtea deceſſit dicta Titia & poſtea deceſſit dictus Mę- ui⁹ fructuar.nūc quęrit. an dictus Seius heres teſtatricis debeat alimēta dictæ Pamphilæ & Sticho,vel heres Mę́uij fructuarij?Et reſpon.quòd heres teſtatricis non tenetur præſtare, nec etiā heres fructuarij,niſi dicta Pamphila & Stich⁹ probent teſtatricem voluiſſe præſtari alimenta eis ab herede fructuarij etiam finito vſufructu. nam tunc bene tenetur præſtare heres fructuarij,ſi modò ad prę́ſtāda dicta alimenta ſufficiat idquod ex vſufructu receptū eſt per dictū fructuarium.& alias non. MATER FILIO.] Titia iuſtituit ſibi heredem filium ſuum Seiū, & rogauit eū per fideicom. vt daret libertatem Pamphilo : & eidem Pāphilo legauit quinos aureos nomine cibariorum, & quinquagenos aureos quolibet anno nomine veſtiarij ſub iſta cōditione,ſi moraretur idem Pāphilus cū dicto filio teſtatricis. & poſtea deceſſit dicta Titia. & poſtea dictus Pāphilus bene ſtetit cū filio teſtatricis donec ipſe filius vixit. nūquid poſt mortē filij debet cōſequi alimēta?Et dicitur ꝙ ſic.Viu.

* Quinā dicantur contubernales ſerui, explicat Anton. Aug.lib 3. c. 2.aiens ſcriptum eſſe in arche,iſque pro hiſque, ſed malo vt ſit iſque pro iiſque.

* Quia ſcilicet libertatē eis videbatur reliquiſſe eos Sticho relinquēdo. Ant. Aug.li 3. c.2. poſt Bart. & Iaco.Rau.

† Caue ne te fallat iſte tex.ſ.ne credas quòd finito legato finiatur & cauſa propter quā eſt præſ[t]itum: vt eſt text.in l.1.C.de iur. emphy.quia hoc fallit fauore alimentorum: puta dedi tibi domum vel ecclesiæ vt me alimentares certé domo incēdio perempta,vel aliter,teneris nihilomin⁹ ad alimenta: vt no.ſingu. Bal.in alleg. l.1.quem refert & ſequitur Frāciſc. de Cre.ſingu.ſuo.1. incipien.quæro primò.

XX. IDEM *libro tertio Reſponſorum.*

*STichus nutricis meæ nepos liber eſto : cui decem aureos annuos dari volo* a, qui deinde interpoſitis nominibus b eidem Sticho cōtubernalem * eius & liberos legauit:hiſque,quæ viuus præſtabat c .deinde alio capite libertis omnib⁹quę viuus præſtabat,dari iuſſit. Quæro,an Stichus prę́ter ſuum legatū & alimenta percipere poſſit.Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur,non poſſe d . Item cùm alimenta libertis vtriuſque ſexus reliquerit à republica, & ex prædiis quæ ei legauit, dari voluiſſet: quæro, Stichi contubernali & liberis vtrum ab herede inſtituto, an á republica diaria & veſtiaria quę viuus dabat,prę́ſtari deberēt. Reſpōdit,poſſe benigna e * volūtatis interpretatione dici,his quoque â republica præſtanda.

Cùm finitur legatum,tunc finitur onus legato adiectū:niſi aliud devolūtate teſtatoris appareat. B.

Titia f vſumfructum † fundi legauit Mæuio,eiúſque fidei cōmiſit,vt ex reditu fundi prę́ſtaret Pāphilæ & Sticho annuos centenos nummos quoad viuent. Quæro an mortuo Mę́uio heres g alimēta debeat.Reſpondit,nihil proponi cur debeant prę́ſtari ab herede Titię h ,ſed nec ab herede legatarij: niſi id teſtator * manifeſtè probetur voluiſſe,etiam finito vſufructu præſtari : ſi modò id quod ex vſufructu receptum eſſet, ei rei præſtandæ ſufficeret i .

Legatum alimentorum non perit cōditione facta per caſum contingentem in perſonam eius in quem ſpecialiter eſt collata.Bart.

B Mater filio herede inſtituto,per fideicommiſſum libertatem Pamphilo ſeruo dedit. eidem cibariorū nomine legauit quinos aureos &veſtiarij in ſingulos annos quinquagenos,ſi cum filio eius moretur.Quæro,filio defuncto,an alimenta debentur.Reſpōdit,ſi conditioni paruiſſet, deberi & poſtmortem k .

XXI. VLPIANVS *libro ſecundo Fideicommiſſorum.*

C DIariis l vel cibariis relictis, neque habitationem neque veſtiarium neque calciarium deberi palam eſt : quoniam de cibo tantùm teſtator ſenſit.

Si alimēta prīcipaliter relinquūtur, debētur arbitrio boni viri inſpectis cōditionib⁹ hîc inſertis. B.

XXII. [ABVRNIVS] VALENS *libro primo Fideicommiſſorum.*

CVm alimēta per fideicō. relicta ſūt nō adiecta quātitate m

a *Dari volo.* pro alimentis.Rogerius.

b *Nominibus.* deſignauit enim certa nomina ex quibus fieri debebat ſolutio.Accurſius.

c *Præſtabat.* ſub.legauit.

d *Non poſſe.* quoniam illi decem aurei annui Stichi videntur alimentis deſtinati:vt &.ſ.eodem.l.libertis.in principio.& ſic non eſt contra ſupra de an.lega.l.qui Marco.& facit ſupra de leg,iij.l.heres meus.§.j.& de fun.inſtru.l.quæſitum.§.fina.&.l.cùm de lanionis.§. cui.&.l.prædia.§.ij.

e *Benigna.* cùm alias à legatario legari non poterit iure iſto:vt inſti. de ſingu.reb.per fideicommiſſ.reli.§.j.Accurſius.

f *Titiæ.* teſtatrix.

g *Heres.* Titiæ.

h *Ab herede Titiæ.* imò videtur teneri:vt.ſ.de vſufru.lega.l.ſi ab eo. quæ eſt contra.Solu.hîc adiūgitur quod eſt.j.in fi.ſi modo,&c. vel dic vt no.ſ.de an.leg.l.Titia.in princip.& facit.ſ.de an.lega. l.Seio. in prin.&.l.annua.in prin.& de le.iij.l.qui concubinam.§.vxori. & C.de condi.inſer.l.ij.Accurſius.

i *Sufficeret.* facit.ſ.de lega.ij.l.imperator.

k *Poſt mortem.* niſi gratia filij fuiſſet aliud dictum:vt.j.de condit.& demon.l.illis.in princi.& facit.ſ.de leg.iij.l.qui concubinam.§.vxori.&.j.de condit.& demon.l.ſi quis ita.&.ſ.eod.l.Gaio.§.j.&. C.de leg.l.j.& de condit.inſer.l.iij.& de an.lega.l. Mæuia. in princ. &.l. annua.in princ.&.l.Seio.in princ.Accurſius.

DIariis.] CASVS. Titius legauit mihi diaria ſiue cibaria.certè cibus tantū mihi debetur,quia hoc ſenſiſſe videtur teſtator. diarium enim dicitur quod alicui relīquitur pro cibo ſingulis diebus, A nō autē cōtinetur habitatio neque veſtiariū,neque calciariū.Viui.

l *Diariis.* aliàs diariis:& eſt bona litera.& dicitur diarium,quod alicui ſingulis diebuspro cibo relinquitur,vtputa nummus.ad quod eſt ſupra de trāſactionib.l.cùm hi.§.ſi cui.aliàs eſt veſtiariis.ſed malè:quia infra dicit veſtiarium non deberi. aliàs eſt viariis : ſed nec hoc placet : quia infra dicit calciarium non deberi. aliàs eſt viuariis, id eſt quæ ſunt neceſſaria ad vitam. ſed non placet: quia tunc continerētur ea quæ ſequuntur: vt.j. eodem l.finali. Item illa dictio aliud ſignificat: vt.ſ. de vſufruct. l. vſufructuarium.§.j. facit.ſ. detranſactionib.l.cū hi. §.qui trāſigit.&.ſ.familiæ erciſcundæ.l.ex parte.§.primo.& ſupra eodem,l.legatis.

Diariū quid dicitur.

* Teſtatrix.

voluiſſe contrarium. ſiue ergo fuerunt vxoris,ſiue non,non debe-tur ei. Secundum eſt,an eo caſu quando fuerunt vxoris,teneatur ipſa dare dicto alumno? Et dicitur quòd non. ſed eo caſu quando non fuerunt eius vxoris,ſed acquiſita ſunt ei per legatum, bene tenetur reſtituere alumno.[MVLIER TESTAMENTO.]Titia fecit teſtamentũ, & poſtea codicillos, & in teſtamento & codicillis legauit quibuſdã multas ſpecies veſtis,& ſingulas ſpecies argẽti,demõſtrãdo ſingulas ſpecies veſtis, & ſingulas ſpecies argẽti, deſignationibus fungẽtibus vice proprij nominis dictarum ſpecierũ, quas quidem ſpecies ipſa ſignificauit in verbis legatorum prædictorum ſe cõfeciſſe vel habere: & poſtea deceſſit.nunc quæritur, an non aliæ ſpecies ex dictis cederent dictis legatariis, q̃ illæ quæ in hereditate inueniuntur? Et dicitur quòd illæ tantùm cedunt. nam quãtum ad illas quæ nõ ſunt in hereditate,deriſorium eſt legatũ:vt.ſ.de lega.j.l.ſi domus in prin. Viuia.

† quam capere Inter ſe vir & vxor poterant. Vlp.infrag.

a *Reddi.* hoc ſignificat & dare, vt hîc ſubiicit, & .ſ.de verb.ſigni.l. verbum reddendi. Accur.

b *videri.* videtur enim emiſſe:vt &c.ſ. de vſufr. leg.l.Sticho.Sed contra ſupra de leg.ij.l.Titia.§. Gaius. Solu.hîc præceptiua,ibi enũtiatiua fuerunt verba.Vel ſol.vt ibi.& facit.ſ. de lega.ij.l. Lucius.§. quiſquis.&.j. de condit.& demon.l.quibus.§ pen,& .l.cùm tale.§.falſam.

XVIII. SCÆVOLA *libro vicenſimoſecundo Digeſtorum.*

QVi vxori ſuæ legauerat bonorum ſuorum decimam,† & mancipia & ſpecies argenti quas expreſſerat, eidem anulos & veſtem reddi [a] ab heredibus petiit, quaſi propria vxoris fuiſſent.quæſitum eſt,ſi vxoris nõ fuerint,an præſtari ex cauſa legati deberent. Reſpõdit,legandi animo dediſſe ea videri: [b] niſi cõtrarium ab herede approbetur. Idem teſtator fidei cõmiſit vxoris, vt quidquid ad eam ex teſtamento eius perueniſſet, alumno communi reſtitueret. quæſitum eſt, an etiã eas res quas proprias vxoris ſuæ fuiſſe teſtator ſciat, eique [c] reddi præcepit, alumno preſtare debeat.Reſpõdit,ſi propriæ fuiſſent,non debere. ſi legato [d] adquirerentur,debere.Mulier teſtamẽto, & poſtea codicillis multas ſpecies veſtis, argenti, quas vel ipſa ſe confeciſſe,vel habere ſignificauit, ſpecialiter [e] per fideicommiſſum reliquit.: quæſitum eſt, an nõ aliæ legatariis cederent, quàm quæ in hereditate inuentæ eſſent.Reſpondit eas cedere,quæ inuentæ eſſent. [f]

Auri appellatio factum continet & infectum, quamuis ſignatam pecuniam non comprehendat:nec deaurata tantum, vel ſupellex, argenti pondus quantitatem continet, non ſpeciem: niſi argenti facti mentio habita fuerit in legando. & ſi pondus auri legatur, plumbea materia ſeparatur: & ornamentum ſequitur rem ornatam. Bartolus.

c *Eique.* ſcilicet vxori.

d *ſi legato.* id eſt ſi ex legato.& facit.C.de fideicom. l. cùm virum. & ſupra titu.j.Stichus.§.j.& de lega.ij.imperator.in princ.&.l.cùm pater.§.j.&.l.pater.

e *ſpecialiter.* demonſtrando ſingulos aureos, aut deſignationibus fungentibus vice proprij nominis aureorum.ſecus ſi generaliter:vt infra.eo.l.Titia.§.j.in prin.& .ſ.de leg.j.ſi domus.§.j.Accurſius.

f *Inuentæ eſſent.* & de inueniendis cauendum ſi repertæ fuerint.aliàs enim deriſorium eſſet legatum:vt infra eod.l.Titia in princ.& ſupra de lega j.ſi domus.in princ.

CVm aurum.] CASVS. Titius legauit Seio aurum ſuum & argentum.certè continetur in legato quidquid auri relictum ſit in hereditate primo caſu,cùm legatum eſt aurum:& quidquid argenti relictum eſt in hereditate in ſecũdo caſu,cùm legatum eſt argẽtum.& hoc eſt verum ſiue factum ſiue infectum relictum eſt in hereditate aurum vel argentum.pecunia autem aurea vel argentea non cõtinetur. Quid ſi legauit eidem Seio certum pondus auri vel argenti,puta.c. pondo ſiue marcas? nunquid tanget legatarius velit nolit aurea vel argẽtea vaſa quæ relicta ſunt in hereditate?Et dicitur quòd non: quia videtur hoc caſu magis legata ei quantitas q̃ ſpecies.ſecus autem ſi ſit ei legatum certum pondus argẽti vel auri facti,puta.c.pondo ſiue marcæ,quia tunc bene poteſt & debet legatarius tangere de vaſis.: Item quid ſi legauit eidem Seio certum pondus auri vel argenti de quo auro vel argento eligere vellet?nũquid vaſculum aureum vel argenteum non ſeparatum ab alio argento vel auro poſſit legatarius ſeparare ſiue diuidere ab alio argento vel auro,& illud petere, & aliud repudiare?vel aliud petere, & illud repudiare? & dicitur quòd non.parum enim prodeſſet legatario talis electio.Item quid ſi dictus teſtator habens ſcyphos argenteos in quibus erat mixtum plumbum , legauit eidem Seio cẽtum pone pondo argenti, quo caſu poteſt legatarius tãgere dictos ſcyphos ſi vult:vt.ſ.dixi,& dicitur.Co.de dona.l.ſi quis argentum. in princ. nunquid debebunt dicti ſcyphi replumbari,id eſt auferri inde plumbum , vt ſic ponderentur legatario quantum ad argentum,& non quantum ad plumbum?& dicitur quòd ſic nam & illis qui emunt argentum ad pondus,aſſignantur per venditores replumbatę,id eſt remoto plumbo.& cum ſcribit aliquis in libro rationum ſuarum,tot pondo argenti habeo vel debeo:intelligitur ſine plũbo.ſi autẽ legaſ ſet ei certa vaſcula argẽtea, puta quatuor lãces quadratas, etiã plũbum quod cõtinent dictæ lances, ſequetur eũ legatarium, Itẽ quid ſi legauit eidẽ Seio argẽtum factũ? an ſequetur eum legatariũ emblemata aurea quę ſunt in eo argento,id eſt ornamẽta aurea quę ſunt de auro appoſita ſiue adiuncta dicto argẽto facto legato?& diſtinguitur , an legetur ei certũ põdus argẽti fecti: quo caſu non cõtinetur dicta emblemata. an verò legetur argẽtum factũ, quo caſu cõtinentur dicta emblemata. nã illud quod ad ſpeciẽ argẽti eſt iũctum, cedit argẽto legato, ſicut clauí aurei qui tenent anterius clauſas guarnachias puellarũ,& etiam purpuræ iunctæ in aliqua parte veſtimẽtorũ ſunt pars veſtimentorũ. & quãuis dicti claui nõ ſint cõſuti dictis guarnachiis puellarũ, tamẽ cõtinẽtur veſte legata. Auro autẽ ſimpliciter legato non debẽtur inaurata de alia materia exiſtẽtia,nec emblemata aurea affixa apſidib[9] argenteis,anuli autẽ aurei bene debentur. ſed argẽto ſimpliciter legato non cõtinetur lectũ argẽteũ, nec alia ſupellex argentea,ſi nõ eſt habita numero argenti à teſtatore ſiue patrefam.puta quia non reponebat eam in argentario. i. in loco in quo ponebat argentum ſuũ,ſicut eſt in iunctura argẽtea,per quam iuncturam argenteã iũgebatur aurum cum auro, ſed nec candelabra argeneea, vel lucernæ argenteæ,vel ſpeculum argenteum parieti affixum,vel illud ſpeculum argenteum quod mulier habuit cauſa mundi ſui,argenti appellatione cõtinebuntur, ſi modò non ſint habita à teſtatore in numero argenti.h.d.cum.l.ſeq.vſque ad.§.argento. Viuianus

† In hac ſententiam vide quæ argutè diſſerit Cice. in Top. vbi triplicẽ locũ tractãdi argumenti ex cõſequentibus explicat & in loco à differẽtib[9].

XIX. VLPIANVS *libro vicenſimo ad Sabinum.*

CVm aurum vel argentum legatum eſt: quidquid auri argentiq́; relictum ſit, [g] legato cõtinetur, [h] ſiue factum, ſiue infectum.pecuniam autem ſignatam placet eo legato non cõtineri.[i] † Proinde ſi certum pondus [k] auri ſit legatũ, vel argenti:magis quãtitas [l] legata videtur,nec ex vaſis tanget.[m] Sed ſi argẽti facti pondo cẽtum ſint legata: ex facto argẽto debebitur legatũ. Vnde eſt quæſitum [n] apud Celſum, an & vaſcula [o] poſſit [p] ſeparare. [q] Et ſcripſit,vaſcula nõ ſeparatum, [r] licèt ei [ſ] optio [t] fuerit relicta.Idem Celſus libro nonodecimo quæſtionum quærit, ſi centũ põdo argenti fuerint relicta , an replumbari [u] debeat, vt ſic appen-

g *Relictum eſt.* in hereditate.

h *Continetur.* ſi auri argentique mentio habeatur à teſtatore.R. & not. pro generalitate:vt.C.de fideicom.l. cùm virum.&.j.eo. tit.l. in argento. in prin.&.§.ſi. Accurſius.

i *Non contineri.* vt infra eo. Quintus Mucius.§.j.

k *Si certum pondus.* vt decem marcas.

l *Magis quantitas.* id eſt pretium quàm maſſa. & tunc expone vt ſupra eo. cùm certum. vel magis quantitas quàm in ſpecie,vt ſubiicit, nec ex vaſis &c. Accurſius.

m *Tanget.* ex neceſſitate, ſed ſpontè ſic:vt.C.de dona.ſi quis argentum.in princ. Accurſius.

n *Quæſitum.* ex eo quod dictum eſt in.§. proinde. Accurſius.

o *Vaſcula.* vel aliquod argentum.

p *Poſſit.* ſcilicet legatarius. Accurſius.

q *ſeparare.* id eſt diuidere ab argento, & repudiare : vel illud petere, & aliud repudiare.

r *ſeparaturum.* quia materia ſuperaret hoc materiatũ. ad quod.ſ. de lega.iij. quæſitum.§. illud.

ſ *Ei.* ſcilicet legatario. Accurſius.

t *Optio.* de quo argento vellet.nam licèt tali legato vtrunque cõtineatur.ſ. ſpecies & quantitas,ſiue materia & materiatum:tamen ſpeciei præualet quantitas. & eſt ratio vt dicta.l. quæſitum.& non eſt hîc optioni locus : quaſi parum expediat eligere tali caſu.

u *Replumbari.* id eſt remoueri plumbum de ſcyphis.

dantur. Et Proculus & Celſus aiunt exempto plumbo appendi[a] debere. Nam & emptoribus[b] replumbatæ[c] adſignantur, & in rationes[d] argenti pondus ſic defertur. Quæ ſententia habet rationem. Planè ſi cui vaſcula argentea, vtputa lances quadratæ[e] ſint legatæ: etiam plumbum quo continentur, eum[f] ſequetur. Simili modo quæritur, ſi cui argentum legetur, an emblemata aurea quæ in eo ſunt, eum ſequantur.[g] Et Pomponius libro quinto ex Sabino diſtinguit multum intereſſe, certum pondus ei argẽti facti legetur, an verò argentũ[h] factum. Si pondus, non contineri. Si argentum factum, contineri: quoniam argento cedit quod ad ſpeciem argenti iunctum eſt: quemadmodum claui[i] aurei & purpuræ pars ſunt veſtimentorum.[k] Idem Pomponius libris epiſtularum, etſi non ſunt † claui[l] veſtimentis conſuti,[m] tamen veſte legata contineri. Idem Celſus libro nonodecimo Digeſtorum, commentariorum ſeptimo ſcribit: auro legato, ea quæ inaurata ſunt, non deberi: nec aurea emblemata quæ in apſidibus[n] * argenteis ſint. An autem auri appellatione anuli aurei contineantur, quæritur. Et quintus Saturninus libro decimo ad Edictũ ſcribit contineri. Lectum planè argentum, vel ſiqua alia ſupellex argentea fuit, argenti appellatione non continetur, ſi numero argẽti habita non eſt:[o] vt in iũctura[p] argentea ſcio me dixiſſe, quòd[q] non in argentario paterfamiliâs reponebat. Sed nec candelabra, nec lucernæ argenteæ, vel ſigilla quæ in domo repoſita ſunt, vel imagines argenteæ argenti appellatione continebuntur: nec ſpeculum[r] vel parieti adfixum, vel etiam quod mulier mundi cauſa habuit: ſi modò non in argẽti numero habita ſunt.

Argentum factum, omnem ſpeciem comprehendit: licèt non quæ ſupellectilis loco ſint. & vaſorum appellatio generalis eſt. h. dicit cum. §. ſeq. Bartolus.

Argento facto legato Quintus Mucius ait vaſa argentea contineri, veluti parapſidas, acetabula,* tryllas,[ſ] pelues, & his ſimilia: non tamen quæ ſupellectilis ſunt.[t] Sed cui vaſa ſint legata: non ſolum ea continentur quæ aliquid[u] in ſe recipiant edendi

a *Appendi.* ſic ergo quantitas non ſpecies facta legatario debetur, licèt vtrumque ſit legatum, ſcilicet quantitas & ſpecies.

b *Emptoribus.* argenti ad pondus.

c *Replumbatæ.* id eſt remoto plumbo, vel in pondere non computato. Accurſius.

d *In rationes.* argu. vt cùm ſcribis in libro rationum, tot pondo argenti habeo vel debeo: intelligitur ſine plũbo.

e *Quadratæ.* ſcilicet certæ, & deſignatæ.

f *Eum.* ſ. legatarium.

g *ſequantur.* ſcilicet legatarium. & ſic not. quod ſequitur lancem argenteam legatam, legari videtur. ſic ſupra de ædili. edict. l. ædiles. in princi. &. §. vendendi. &. §. ſequen. & infra de preca. quamuis. & inſtitut. per quas perſo. nob. acqui. in fin. & ſupra de ſupellect. lega. l. iij. §. ſed ſunt. & infra de fideiuſſ. ſi vt proponis. & infra proxi. reſpon. & ſupra de fun. inſtru. cùm fundus. Sed argu. contra in eo. titu. l. ij. §. dotes. & ſupra depoſi. l. j. §. quæ depoſitis. & infra de furtis. l. eũ qui. §. non ſolùm. Accurſius.

h *Argentum.* ſcilicet factum: vt ſtatim patet.

i *Claui.* [a] expone vt. j. l. proxi. quæ huic continuatur.

k *Veſtimentorum.* facit ſupra. proxi. reſpon. & ſupra de act. empt. l. Iulianus. in fin. & de acquir. re. do. l. ſed & ſi. per totũ. & l. quidquid. per totum. & de leg. ij. heres meus. §. penul. & infra. l. prox. in princi. &. §. perueniamus. &. l. veſtis. in princ. Argum. contra infra pro empto. qui fundum. §. j. Accurſius. ADDITIO. Dic ſecundum Bar. hîc quòd ibi in acquiſitione quæ fit ex emptione. hîc in ea quæ fit per ſpecificationem, & idem erit dominus vtriuſque, per tex. hîc in fi. [ARGENTO.] Tirius legauit mihi argentum ſuum factum. certè continentur vaſa ſua argentea, veluti parapſides & tabulæ ſuæ aliæ, & trullæ, id eſt vtres qui habent collum nodoſum, & pelues, id eſt vaſa ænea ad abluendum pedes, & his ſimilia. non tamen illa ex dictis vaſis continentur quæ ſunt ſupellectilis numero habita à teſtatore. Quid ſi legauit mihi vaſa ſua? certè non ſolùm continentur ea vaſa quæ aliquid in ſe recipiant paratum cauſa edendi bibendíque, ſcilicet liquidum: ſed etiam ea quę aliquid non liquidum ſuſtineant. & ideò continentur ſcutellæ in quibus poteſt teneri liquidum & non liquidum, & etiam promulſidaria in quibus continetur mulſum factum ex vino & melle: & etiam repoſitoria, id eſt vaſa quæ portãtur in manibus in quibus panis vel aliud reponitur. nam appellatio vaſorum eſt generalis. dicimus enim vaſa vinaria & naualia, ſcilicet contineri appellatione vaſorum, id eſt vaſa ad reponendum vinum, & vaſa quibus vtimur in naui. ſi autem legaſſet mihi argentum infectum, continetur in legato rudis argenti materia, id eſt nõ facta. Quid ergo in hoc caſu ſi cœptum eſt argentum fabricari, nõdum autem eſt perfectum? nunquid continebitur appellatione argenti facti, an appellatione infecti? Et reſpon. quòd continetur appellatione argenti facti. ſi autem in hoc eodem caſu erat factum argentum, ſed cælabatur, id eſt auro ornabatur, continebitur ſimiliter appellatione argenti facti. Item quid ſi legauit mihi argentum cælatum? nunquid continebitur illud argentum quod cœptum cælari? Et dicitur quòd ſic. [SI CVI FORTE ESCARIVM.] Titius legauit mihi argentum ſuum eſcarium. certè continetur legato argentum paratum ad eſum & potum: & etiam aquiminarium argenteum, id eſt, vas aquam miniſtrans. cacabi autem argentei ad coquendum parati non continentur: quia ſunt inſtrumenti coquinatorij. nec etiam continetur miliarium argenteum in quo coquebatur panicum de milio: nec etiam ſartago argentea. [PERVENIAMVS.] Legauit mihi Titius ſcutellam ſuam argenteam vel auream in qua erant gemmæ incluſæ. nunquid continentur in legato dictæ gemmæ? Et dicitur quòd ſic. cùm enim duo ſunt coniuncta, id illorum duorum cedit alteri, cuius alterius ſpecies eſt maior, id eſt honorabilior, puta quia illud quod cedit, eſt poſitum cauſa ornandi illud. ſemper enim cùm quærimus quid cedat, illud ſpectamus quid adhibetur cauſa ornandæ alicuius rei. ſ. vt acceſſio cedat principali. auro igitur argentóve legato cedunt gemmæ incluſæ phialis & lancibus argenteis, quæ ſunt duo genera vaſorum. ſed etiam in coronis menſarum dicendum eſt quòd gemmæ coronis cedant: & hæ coronæ cedunt menſis legatis. in margaritis quoque & auro legato in quo erãt dictæ margaritæ incluſæ, idem eſt quod dictũ eſt in gemmis incluſis auro legato. nam dictæ margaritæ cedent auro prædicto ſi adhibitæ ſunt gratia ornandi auri. ſi autem ecõtra aurum adhibitum ſit gratia ornandi margaritas, cedet aurum margaritis. & idem eſt in gemmis incluſis anulis argenteis legatis. eſt autẽ differentia inter gemmas & lapillos & margaritas. nam gemmæ ſunt perlucidæ materiæ, ſcilicet ſmaragdi & chryſólithi & amethyſti. lapilli autem non perlucidę materiæ, vt obſidiani & veientani. margaritæ autem differunt à gemmis & à lapillis: quia margaritæ creſcunt & coaleſcunt apud rubrum mare, ſicut eſt concha margarita. quod non eſt in gemmis & lapillis. murrina autem vaſa non continẽtur appellatione gemmarum. [AVRO LEGATO.] Titius legauit mihi aurum ſuum. certè continentur in legato vaſa eius aurea. ſed ſi legauit mihi gemmas ſuas, gemmea vaſa continentur, id eſt facta cauſa gemmarum. patet ergo quòd ſiue gemmæ ſint in aureis vaſis, auro legato cedent. ſiue ſint gẽmæ in argenteis vaſis, argento legato cedent: quoniam hîc ſpectamus quæ res fuerit adhibita cauſa ornandæ alterius rei: & ornamentum cedit rei ornatæ. non autem ſpectamus quæ ſit pretioſior. vnde ſi gemmæ fuerint incluſæ auro, vt habiliter portari poſſint, tũc cederet aurum gemmis, & non gemmæ auro. hoc dicit cum. l. ſeq. Viuianus.

l *Et ſi non ſunt claui.* id eſt, fibulæ quæ fixæ ſuper tunicalia puellarum anterius tenent clauſa. Accurſius.

m *Conſuti.* ſed aliàs applicati, vel dic remoti vt reponerentur: vt ſupra de act. emp. l. fundi. §. fi. & hoc niſi ſit factum ornamentum alterius rei: vt ſupra de fundo inſtru. l. quæſitum. §. ſi quis eo inſtrumento. & facit infra ead. l. §. fin.

n *In apſidibus.* vt teſtantur euangelia. Matth. 26.

o *Habita non eſt.* aliàs contra: vt. j. de ſupelle. lega. l. iij. in fi.

p *In iunctura.* quia cum argento iniungebatur aurum auro, vel alij materiæ. Accurſius.

q *Quòd.* id eſt quia.

r *Nec ſpeculum.* argento incluſum.

ſ *Tryllas.* aliàs trullas. & eſt genus vaſis.

t *ſupellectilis ſunt.* vt & ſupra ead. l. in princi. & ſupra de ſupell. lega. l. j. & infra eodem Quintus. §. fin. hoc tamen videtur contra. Sed ibi dices.

u *Aliquid.* liquidum.

a] Quos clauos hic & mox infra iuriſconſultus dicat, nõ ab Accurſio ſed à Budæo ſupra de ſenatoribus. l. vlt. poteris diſcere.

† aliàs lex eſt, Et ſi nõ.

* parapſidibus. quę autem dicãtur apſides, pulchrè Hermolaus in indice caſtigationum ſuarum in Plinium in hac ipſa dictione.

* tabulas.

a *ſuſtineant.* non liquidum.
b *ſcutellas.* ad vtrunque eſt exemplum.
c *promulſidaria.* in quibus continetur mulſum.
d *Repoſitoria.* ad quod eſt.s. de lega.iij.heres.§. pen. Accurſius.
e *Et naualia.* quæ in nauibus feruntur, & ibi panis vel aliquid reponitur.

f *Magis facti.* nimis generaliter dicit, ſecúdum quoſdã: & ideò ſtatim corrigitur, certè &c. vel reſtringitur, ſecundũ R. & pro eis, quia id videtur factum quò cõmode vti poſſum[us]: vt infra eo.l. Quintus Mucius.§. cui.& infra de verbo.ſignific.l.v.§. opere.&.le. ædificia §. perfeciſſe. & Cod.quando dies lega. ce.l.ex his.& infra de ope no. nũ.l. ſtipulatio.§. apud.vel dic vt litera ſonat. & ſic cœptum pro impleto habetur. ſic infra de vſucap.l. in vſucapionibus. & ſupra de teſta.l. qua ætate. & infra de verb. ſignifi.l. anniculus. & infra de polli.l.j.§.cœpiſſe.& infra.§. proxi.ſi cui.&.s. de leg. iij.le.legatis.§. ornatricibus. & de mino.le.iij.§. minorem. vbi de hoc not. Sed arg.cõtra.ſunt leges pro Ro. inductæ, &.s.de act.emp.l. fundi §. item.

* niuaria, vel niualia: vt.j.l.21. colũ niuariũ.

Cœptũ quãdoque pro impleto habetur.

g *Cælabatur.* id eſt ornabatur auro, cùm eſſet argentum. Accurſius.
h *Facti appellatione.* niſi eſſet colliſum poſtea: vt infra eod.l. Quintus. §. cui.
i *Et cælati.* ſcilicet nomine. & facit.s.proxi.§. quid ergo &c. Accur.
k *De aquiminario.* hoc expone vt.j. eo.l. in argento. in fi.
l *Miliarium.* vbi panicum de milio coquitur.
m *Coquinatorij.* id eſt quibus vtitur in coquina. inde dicitur coquinatum ſecundùm vulgare. & facit.j.e.l. pediculis.§.argẽto.&.§. quidam.&.s. de fund.inſt. cùm de lanionis.§.aſinã &.s. de vſufruc. arboribus.§. nauis. & quibus ex cau. maio.l. miles.§. qui.&.l.reipublicæ.

† Miliariũ vas eſt ad aquæ calidæ opus præparatum Athenæus lib.3. cap.10.

* Coquinatij: quod & agnoſcit Accur.s de penu le l. pen. in glo. coquinaria.

bibendiq; cauſa paratum, ſed & quæ aliquid ſuſtineant: [a] & ideò ſcutellas [b] vel promulſidaria [c] cõtineri. Repoſitoria [d] quoq; continebuntur. Nam vaſorũ appellatio generalis eſt. dicimus vaſa vinaria & naualia. [e] *

Infecti appellatio rudem materiam comprehendit cæptam, non fieri paratam.

Infecti autem argenri appellatio rudem materiam cõtinet, id eſt nõ factam. Quid ergo ſi cœptum ſit argentum fabricari, nõdum perfectum? Vtrum facti, an infecti appellatione cõtineatur, dubitari poteſt. Sed puto magis facti. [f] Certè ſi iam erat factum, ſed cęlabatur, [g] facti appellatione [h] continebitur. An & cælati [i] continebitur quod cælari cœpit? Et puto cõtineri, ſi cui fortè cælatum ſit argentum legatum. Si cui eſcarium argentum legatum ſit: id ſolũ debebitur, quod ad epulandum in miniſterio habuit, id eſt ad eſum & potum. Vnde de aquiminario [k] dubitatum eſt. & puto contineri. nam & hoc propter eſcam paratur. Certè ſi cacabos argẽteos habebat, vel miliarium [l] † argenteum, vel ſartaginem, vel aliud vas ad coquendum: dubitari poterit, an eſcario contineatur. Et hæc magis cocinatorij [m] * inſtrumenti ſunt.

Cùm quid eſt propter aliud: cõſideratur id propter quod eſt. Bartolus.

Perueniamus & ad gemmas incluſas argento auroq;. Et ait Sabinus auro argentóve [n] cedere. Ei enim cedit, cuius maior eſt ſpecies. [o] quod rectè expreſſum. Semper enim cum quærimus quid cui cedat: illud ſpectamus, quid cuius rei ordinandæ cauſa adhibetur: vt acceſſio cedat principali. Cedent igitur gemmæ phialis [p] vel lancibus incluſæ auro [q] argentóve. Sed & in coronis [r] menſarũ, gemmæ coronis cedent: & hæ menſis. In margaritis quoq; & auro idem eſt. Nam ſi margaritæ auri ornandi gratia adhibitæ ſunt, auro cedunt. Si contra, [ſ] aurũ margaritis cedet.
B Idem & in gemmis [t] anulis incluſis. Gemmæ † autem ſunt perlucidæ materiæ: quas, vt refert Sabinus libris ad Vitelliũ, Seruius à lapillis eo diſtinguebat, quòd gemmæ eſſent perlucidæ materiæ, velut [u] Smaragdi, Chryſolithi, Amethyſti: Lapilli autem cõtrariæ ſuperioribus naturæ, vt obſiani, * venientiani. † Margaritas autem nec gẽmis nec lapillis contineri ſatis conſtitiſſe [x] ibidem Sabinus ait: [y] quia cõcha [z]
C apud rubrum mare & creſcit & coaleſcit. Murrina [a] autem vaſa in gemmis non eſſe Caſſius ſcribit. Auro legato vaſa aurea [b] cõtinentur, [c] & gemmis gemmea [d] vaſa. Secundùm hæc, ſiue gẽmæ ſint in aureis vaſis, ſiue in argenteis, auro [e] argentóve cedẽt: quoniam hoc ſpectamus, quę res cuius rei ornandæ cauſa fuerit adhibita, non quę ſit pretioſior. [f]

XX. PAVLVS *libro tertio ad Sabinum.*

D SI vt habiliter gẽmæ geri poſſint, incluſę auro fuerint: tum aurũ gemmis dicimus cedere. [g]

Appellatione pręparati præparatorium continetur. Bartolus.

XXI. POMPONIVS *libro ſexto ad Sabinum.*

IN argento potorio vtrum id dumtaxat ſit, in quo bibi poſſit, an etiam id quod ad præparationem bibendi cõparatum eſt, veluti colũ niuariũ [h] †, & vrceoli, dubitari poteſt. Sed propius
E

n *Argentóve.* puta annulo vel ſcypho aureo vel argenteo.
o *Species.* non pretio vel quantitate: ſed ornandi vel ſpecificandi cauſa poſita: vt.j.hac ead.l,§.fin. &. ſic fictione iuris dicitur gẽma extingui,& non poſſidetur. ſi autem neutrũ alterius cauſa apponatur, neutrum alteri cedit,& vtrumq; poſſidetur: vt.s. de vſuca.l.rerum mixtura. quæ eſt cõtra: vt no.s. de rei vin.l.in rẽ.§.ij. &.iij.
p *Phialis.* genera vaſorum, & erant de auro vel argento. ad quod ſupra ad exhiben.l.tigni. in princi.
q *Auro.* ſcilicet legato.
r *Sed & in coronis.* quædam erant coronæ gemmis incluſis plenæ quæ menſis ſuperponebantur gratia adornandi menſas. gemmæ ergo coronis, & coronæ menſis cedunt. & habeas literam, ſed & in coronis menſarum gemmæ coronis &c.
ſ *Si contra.* id eſt ſi aurum gratia ornandi margaritam ponitur.

t *Idem & in gemmis.* eſt ergo aliud margarita, aliud gemma: vt in-
A fra ſtatim. & facit infra de acqui.re. do. ſed ſi ex meis. & le. quidquid ex tabulis.
u *Velut.* exemplum.
x *Satis conſtitiſſe.* mediocres enim huiuſmodi ſunt.
y *Sabinus ait.* ſcilicet idẽ vt margarita differat à gemmis & lapillis.
z *Quia concha.* id eſt quędam ſpecies margaritarũ creſcit &c. quod in lapillis cum gemmis non eſt, ſed ſemper ſic facti inueniuntur in littore maris: vt inſtitu.de rerũ diui.§.item lapilli.
a *Murrina.* pretioſa materia ex qua fiunt vaſa: vt.s. de ſupelle. leg.l.iij. §.de murrinis.& legatis gẽmis vaſa hęc non cõtinentur, vt hìc, & infra ſtatim. Accurſius.
b *Aurea.* id eſt de auro & pro auro facta, ſecundum R.
c *Continentur.* velut acceſſio quæuis alia: vt.s. eo.l.cùm aurum.in fi.& l.ſeq. in princi.&.§.perueniamus.
d *Gemmea.* non quòd de gemmis, ſed gemmarum cauſa facta: vt non obſit præcedentibus. & non obſt.s. de lega.iij.l. quæſitum.§. illud. quæ eſt contra.
e *Auro argentóve.* ſ. vbi hæc vaſa ſunt ornata gemmis.
f *Pretioſior.* vt inſtit. de re. diui.§. ſi tamen alienam. &.s. de cõtrahen. empt l.in modicis. &.j. eo.l.ſiquando.in fi. Sed argu. cõtra inſtit. de re. diui.§. ſi quis in aliena. & ſupra de ſtatu homi. quæritur. & facit.s. ad exhib.gemma. & de rei vind.l. in rem.§.ij. &.j. de vſuca.l.rerum mixtura.&.j.l.proxima.
g *SI vt habiliter. Cedere.* s.l.proxi. in fi.

† Vide in hunc locum Laurent. Vallenſem lib. elegan. 6 c. vlti. & Plin. li 37. nat. hiſt.

* obſidiani, veientani † Sic in archety.& pleriſque manuſc. De hoc vide Pli.

IN *argento.*] CASVS. Titius legauit mihi argentum ſuum potorium. nunquid id dumtaxat argentum continetur legato, in quo bibi poſſit, an etiam id qđ ad pręparationẽ bibendi comparatũ eſt, ſicut eſt columnarium, id eſt angleſteria, quæ quidem habet collum ad modum columnæ, & etiam vrceoli, dubitatur. Et reſpõ.quòd ſic.in fi. autem legis dicit, quid ſi legauit mihi argentum potorium, & Seio eſcarium: cui legato cedet aquiminarium, id eſt vas argenteum paratum ad dandam aquam ad manus? Et reſpon.quòd cedit legato Seij cui eſcarium eſt legatum. [VNGVENTIS.] Hic.§. reſpicit illam partem rubricæ quæ dicit de vnguentis legatis. dicit ergo quòd vnguentis legatis non tantùm ea vnguenta videntur legata quibus vngimur voluptatis cauſa, ſed etiam ea quibus vtimur cauſa valetudinis, id eſt neceſſitatis. & nominat hîc genera vnguentorum. hoc quoque vnguentum legatum videtur quo vnguntur fœminæ vt elegantiores ſint & mundiores. h.d. Viuianus.
h *Colum niuarium.* id eſt angleſteria quæ ad modum columnæ habet collum.

† De colonitario vide Politia. & Nebri. in lexico ſuo iuris ciuil. in fine: & Alcia. lib 8 Paret. c 4. eſt enim inſtrumentum ad percolendum vinum.

UNED

a *Inſint.* per hoc enim venitur ad bibendum. ſic ſupra de procura. l. ad rem. & l. ad legatum. Item no. ſecundum Hugo. inſpici quod fieri poteſt. ſic ſupra de lega j. l. cùm res. in fin. & infra de verbo. ſigni. l. ædificia. §. perfeciſſe.

b *Vnguentis.* ad illam partem reſpondet, vnguentis.

c *Valetudinis.* id eſt neceſſitatis.

d *Hoc.* ſcilicet vnguẽto, quo etiam pedes domini ſunt vncti.

e *Sed de aquiminario.* quaſi aquamanuariũ: vel quaſi aquam miniſtrans. ad quod. ſ. e. l. & ſi nõ ſunt. §. ſi cui. & infra eo. l. pediculis. §. quidam.

† Crina, ex liliis confectum vnguẽtum, roſa ex roſis, &c.

f *Cedere.* ſic. ſ. de le. iij. l. ſeruis. vrbanis. §. fin.

† Perperam quidam diuinant hic legendum coſtũ, quãuis eius mẽtio ſit apud Plin. li. 12. c. 12.

V*Eſtimentum.*] CASVS. Hæc l. vſque ad l. argumẽto. §. ornamenta. reſpicit illã partem rubricæ quæ tractat de veſtib⁹ & veſtimentis legatis. dicit ergo quòd appellatione veſtimẽti legati continetur pãnus remotus à texendo, ſiue ſit inciſus à tela, ſiue non. nam ex quo cõſummatum eſt à textura, nihilomin⁹ appellatur contextam, id eſt ac ſi eſſet inciſum à tela, quãuis nõdum ſit pertextũ vel detextum, id eſt à tela ſeparatum. non autem continebitur in dicto legato ſtamen vel ſubſtamen. & nõ facio vim vtrum legetur veſtis, aut veſtimentũ: quia ſemper eſt verũ quod dixi. & ſcias quia veſtimẽtorũ ſunt omnia veſtimenta lanea lineâque & ſerica & bombycina, quæ veſtimẽta ſunt parata cauſa induendi, vt veſtitus & camiſia: & quæ ſunt parata cauſa præcingẽdi, vt cingula lanea, vel linea, vel ſerica. vel de bombycino: & etiam quæ ſunt parata cauſa amiciendi, vt chlamydes, dictæ à tegendo. & quæ ſunt parata cauſa inſternẽdi in terram ad iacẽdum, vt culcitræ & tapeta & ſimilia: & quę ſunt parata cauſa amiciẽdi ſuper lecto, vt culcitræ: & quæ ſunt parata cauſa accubandi, vt duplæ, ſiue linteamina. Item ſunt veſtimentorum ea quæ cedunt his proximè dictis vice acceſſionis, quales ſunt picturæ infixæ prædictis, & quales ſunt claui qui inſuuntur veſtibus. Item ſcias quòd veſtimenta omnia aut ſunt virilia, aut puerilia, aut muliebria, aut communia, aut familiarica. de quibus omnibus ſingulariter dicitur in litera. Viuianus.

† Nullã inter hæc ſtatuit differẽtiam. defectum à textore intelligo, quamuis Aug. li. 3. c. 7. dubitet.

† Recta ſcriptura l. 70. ſ. de leg. 3.

† Primum texi cœpta in orbe Romano ſub Iuſtin Zonaras ex Procopio in Iuſtiniano.

* Amphitapæ veſtes ſunt quæ vtrinque ſunt piloſæ.

eſt vt hæc quoque inſint. [a]

## Vnguenti appellatio continet neceſſariam vnctionẽ. Bartolus.

A Vnguentis [b] legatis, non tantùm ea legata videtur, quibus vngimur voluptatis cauſa, ſed & valetudinis, [c] qualia ſunt commagena, glaucina, crina, roſa, † myrrha, colum, * nardum purum. † hoc [d] quidem etiam quò elegantiores ſint & mundiores, vngun- B tur fœminæ. Sed de aquiminario [e] Caſſius ait, conſultum ſe reſpondiſſe, cùm alteri argentum potorium, alteri eſcarium, legatum eſſet, eſcario cedere. [f]

### XXII. VLPIANVS *libro viceſimo ſecundo ad ſabinum.*

VEſtimentum id eſt quod detextum [g] eſt, & ſi defectũ [h] non ſit: id eſt ſi ſit cõſummatum. quod in tela eſt, nondum pertextum [i] * vel detextum, contextum [k] appellatur. Quiſquis igitur veſtem legauerit: neque ſtamen, neque ſubtegmen legato continebitur. [l]

### XXIII. IDEM *libro quadrageſimoquarto ad Sabinum.*

VEſtis [m] an veſtimenta legentur, nihil refert. Veſtimentorum ſunt omnia lanea lineáque, vel ſerica † vel bombycina, [n] quę induendi, [o] præcingendi, [p] amiciendi, [q] inſternendi, [r] iniiciendi, incubandíve [ſ] cauſa parata ſunt, & quæ his acceſſionis vice cedunt: quæ ſunt [t] inſitę picturę, clauique qui veſtibus inſuuntur. Veſtimenta omnia aut virilia ſunt, aut puerilia, aut muliebria, aut communia, aut familiarica. * Virilia ſunt, quæ ipſius patrisfamilię cauſa parata ſunt, veluti togæ, tunicæ, palliola, veſtimenta ſtragula, amphitapa, & ſaga, [u] reliquáque ſimilia.

Puerilia ſunt, quæ ad nullum alium vſum pertinent, niſi puerilem: veluti togæ prætextæ, alicu- læ, * chlamydes, pallia quæ filis noſtris comparamus. Muliebria ſunt, quæ matrisfamiliæ cauſa ſunt comparata, quibus vir [x] nõ facilè vti poteſt ſine vituperatione, * veluti ſtolæ, pallia, tunicæ, capita, zonæ, mitræ, (quæ magis capitis tegendi quàm ornandi [y] cauſa ſunt comparata) plagulæ, penulæ. [z] Communia ſunt, quibus promiſcuè vtitur mulier cũ viro, veluti ſi eiuſmodi penula palliúmve eſt, & reliqua huiuſmodi, quibus ſine reprehenſione vir vel vxor vtatur. Familiarica ſunt, quę ad familiam veſtiẽdam parata ſunt, ſicuti ſaga, tunicę, penulę, lintea, veſtimenta ſtragula, & conſimilia. Veſtis etiam ex pellibus conſtabit.

### XXIIII. PAVLVS *libro vndecimo ad ſabinum.*

C CVm & tunicas & ſtragula pellicia nonnulli habeant.

### XXV. VLPIANVS *libro quadrageſimoquarto ad ſabinum.*

ARgumento ſunt etiam nationes quædam, veluti Sarmatarum, quæ pellibus teguntur.

Ariſto etiã coactilia [a] † veſti [b] cedere ait: & tegimenta ſubſelliorum [c] huic legato cedere. Vittæ margaritarum, item fibulæ, [d] ornamentorum magis quàm ve- D ſtis ſunt. Tapeta veſti cedunt, quę aut ſterni aut iniici ſolẽt. Sed ſtragulas & Babylonica quę equis inſterni ſolent, non puto veſtis eſſe. Faſciæ crurales [e] peduléſque, [f] item * pilea † [g] veſtis loco ſunt: quia partem corporis veſtiũt. Alia cauſa eſt odonũ [h] * quia vſum calciamentorũ præſtãt. Ceruicalia [i] quoque veſtis nomine continentur. Si quis addiderit, *Veſtem ſuam*: [k] apparet de ea eũ ſenſiſſe, quam ipſe in vſus ſuos habuit. [l] Culcitæ * etiã veſtis [m] erunt. Itẽ E pelles caprinæ [n] & agninæ, veſtis

g *Detextum.* id eſt à textura remotum, ſecundùm Hugo. & eſt ſenſus quòd appellatione veſtimentorum continetur pannus remotus à texendo, ſiue à globo inciſus, ſiue non. ſic & ſ. de lega. iij. l. librorum. §. vnde non malè. & hîc dicit ſimile. j. eod. l. quamuis. Accurſius.

h *Defectum.* i. ab illo globo ſiue inſtrumento inciſum. Accur.

i *Pertextum.* hæc duo ſonant quaſi eſſet à globo inciſum. Accur.

k *Contextum.* i. pro eo habetur ac ſi eſſet à tela inciſum. Accur.

l *Continebitur.* vt ſupra de lega. iij. l. ſi cui lana. & l. librorum. §. ſi cui. in fi. & facit infra de verb. ſigni. l. in ſtratum. & l. veſtis.

m V*Eſtis.* facit. j. eod. l. inter veſtem. Accurſius. ADDITIO. Intellige iſtam legem ſecundum Bart. hîc de panno qui fit cauſa faciẽdi veſtem. ſed ſi fieret cauſa vẽdẽdi, non ad ipſum vſum: tunc appellatione veſtimentorum non continetur: vt. l. ſi quis ſeruos. ſ. de leg. iij.

* caligulæ

n *Bombycina.* quę fiunt de bombaſio.

* Vt apparet ex Synodo Salgrenſi. Ariſt. in Polit. & Platone in conuiuio Dion.

o *Induendi.* vt camiſię. Accurſius.

p *Præcingendi.* vt cingula. Accurſius.

q *Amiciendi.* vt. chlamys, à tegendo. vnde amictus.

r *Inſternendi.* vt tapeta & coopertoria.

ſ *Incubandíve.* vt culcitræ. Accurſius.

t *Quæ ſunt.* i. quales ſunt, &c. & facit. ſ. eod. l. cùm aurum. §. fin. & l. ſeq. & j. eo. l. ſi quando. & j. de verbo. ſigni. l. in ſtratum. & l. veſtis.

u *ſaga.* vilis & raſa veſtis, ſecundum H.

x *Quibus vir.* id autem fieri non poteſt, quod turpiter fit: vt ſupra de condit. inſti. l. filiusfamiliâs. & infra de verb. ſig. l. Nepos.

* Fieri nõ dicitur, quod turpiter fit.

y *Ornandi.* aliàs ornamẽtorum magis appellatione continebũtur.

z *Penulæ.* quaſi penè nulla, id eſt, vilis veſtis. alij dicunt patens veſtis ſiue ampla.

† Coactilia quæ dicantur, pulchrè Ioan. Bap. Egnatius in adnotatio. ad Pertinacem Aelij Spartiani.

a A*Rgumento. Coactilia.* veſtes quę cogunt propter ſtricturam, vt in Hiſpania.

b *Veſti.* legatæ.

c *Tegimenta ſubſelliorum.* id eſt coopertura ſellarum equorum.

d *Fibulæ.* mãtellorum. Sed contra. ſ. eo. l. cùm aurum. in fi. & l. fin. vnde dic quòd erant monilia per ſe ad ornandũ collum vel pectus. & ad hoc. j. de verbo. ſignifi. l. ſtatuæ. & ſ. de ſupel. lega. l. de tapetis. & j. ea. l. §. ornamẽta. & ſ. de fun. inſtruct. l. quæſitũ. §. ſi domus.

* Flo. & in pilia. vdonum. al. vndonũ.

* Recta ſcriptura vt & l. 3. j. de ſupel. lega.

e *Crurales.* vt caligæ laneæ vel lineæ. Aliàs crinales, vt pannus ad caput cùm lauatur. Accurſius.

f *Peduléſque.* id eſt culcitra. Accurſius.

g *Pilea.* ad tegendum caput: vnde pileati.

h *Odonum.* id eſt camelorum.

i *Ceruicalia.* quibus cooperimus ceruicem vel caput, ſecundũ H. vel dic quòd ſub capite in lecto tenemus. Accurſius.

k *Suam.* ſcilicet tantùm: vt apparet. j. eo. l. cùm in teſtamento. & l. pediculis. §. item cùm quæreretur.

l *Habuit.* tempore teſtamenti: vt ſupra eod. l. ſi ita legatum. & de leg. ij. l. imperator.

m *Veſtis erunt.* vt & ſupra eod. l. veſtis. in fi. & l. ſeſi. & l. fin. Accur.

n *Caprinæ.* & facit infra eo. l. argumento. §. j. & l. inter veſtem.

Fœminini.

a *Fœminini.* in larga ſignificatione:quandoque ſecus.vt no.ſ̃.de lega.iij.l.ſeruis.Accurſius.

*Ornamenta muliebria.*] CASVS. Hic.§.tangit illam partem rubricæ quæ dicit de ornamentis legatis:& eſt planiſſimus.ſequens autem.§. reſpicit illam partem rubricæ quæ dicit de mundo legato. & dicit quod mundus muliebris eſt quo mulier fit mũdior. & in eo modo continẽtur quędam quę nominãtur in litera, alia autem continẽtur numero ornamẽtorum quæ ſimiliter in litera numerantur.nam eſt differentia inter mũdum & ornamẽtum.ſicut enim mulier poteſt eſſe munda, non tamen ornata, vt ſolet contingere in his mulieribus quæ ſe emũdauerint lotæ in balneo, neque ſe ornauerint:ita & econtra eſt aliqua mulier ex ſummo ſtatim ornata, non tamen adhuc emũdata.Item habentur loco ornamẽtorum margaritæ coniunctæ auro vel argento parato ad mulierem ornãdam: & etiã lapides pretioſi cõiuncti cum dicto auro vel argẽto etiam ſi apti ſunt ad remouendum à dicto auro vel argento. ſed etiam ſi iam ſunt reſoluti à dicto auro vel argento, in hoc tamen vt poſtea recomponantur:nihilomin⁹ ſunt loco ornamẽtorũ. ſi autẽ lapilli vel margaritę vel gẽmę ſint adhuc rudes, id eſt non cum alio cõiuncti, nõ ſunt loco ornamentorũ: niſi hoc voluiſſet teſtator. Itẽ ſcias quod vnguenta quibus vngimur cauſa valetudinis,non continentur in mundo legato. Viuia.

* Tertullianus de virginib.velãdis id multis argumẽtis probat.

* Alabaſtr⁹ al. alabaſtrites.

* Effictum eſt hoc nomen à κροκύφαντος & eſt ornamentum capitis, vt apparet ex græco etymologico in dictione κροκύφαντος Nec eſt audiendus Alcia li. parer. 6.ca.26.L R.

erunt. Muliebri veſte legata,& infantilem contineri, & puellarum & virginum, Pomponius libro viceſimoſecundo ad Sabinum rectè ſcribit. mulieres enim omnes dici, quæcunque ſexu fœminini [a] ſunt. Ornamẽta muliebria ſunt quibus mulier ornatur, [b] veluti inaures, [c] armillæ, viriolæ, [d] annuli præter ſignatorios, [e] & omnia quæ ad aliam rem nullam parantur, niſi corporis ornandi cauſa: quo ex numero etiam hæc ſunt, aurum, gemmæ, lapilli, quia aliã nullam in ſe vtilitatem habent. Mũdus muliebris eſt, quo mulier mundior fit. Continentur eo ſpecula, matulæ, vnguenta, [f] vaſa [g] vnguentaria, & ſiqua ſimilia dici poſſũt, veluti labatio, * riſcus. Ornamẽtorum hæc, vittæ, mitræ, ſemitræ, calantica, acus cum margarita quam mulieres habere ſolent, reticula, crocufantia. * ſicut & mulier poteſt eſſe munda, non tamen ornata: vt ſolet contingere in his quæ ſe emundauerint lotæ in balneo, neque ſe ornauerĩt. Et contra eſt aliqua ex ſomno ſtatim ornata, non tamen commundata. Margarita, ſi nõ ſoluta ſunt, vel qui alij lapides: [h] ſiquidem exemptiles [i] ſint, dicendum eſt ornamentorum loco haberi. Sed & ſi in hoc ſint reſoluti, vt componantur: [k] ornamentorum loco ſunt. Quod ſi adhuc ſint rudes lapilli, vel margaritæ, vel gemmæ: ornamentorum loco non erunt, niſi alia mẽs fuit teſtantis, qui hęc quoque quæ ad ornamenta parauerat, ornamentorum loco & appellatione comprehendi voluit. Vnguenta quibus valetudinis [l] cauſa vnguimur, modo non continentur.

B Illud debet attẽdi, ad quod res principaliter paratur, nõ ad quod ſecundario. Bart.

XXVI. PAVLVS *libro vndecimo ad ſabinum.*

QVamuis quædam ex veſte [m] magis [n] ornat⁹ gratia, quam quo corpus tegant, comparẽtur: tamen quòd eo nomine [o] ſint reperta, potius habenda eſſe veſtis numero, quàm ornamentorum. Similiter ornamentorum eſſe cõſtat, quibus vti [p] mulieres venuſtatis & ornatus cauſa cœperunt:ne-
C que referre, ſi quædam eorum [q] alium quoque vſum præbeant:ſicuti mitræ & anademata † quanuis enim corpus tegant, [r] tamen ornamentorum, non veſtis eſſe.

XXVII. VLPIANVS *libro quadrageſimoquarto ad ſabinum.*

QVintus Mucius libro ſecundo iuris ciuilis ita definit, argentum factum vas argenteum videri eſſe. [ſ]

Illi cui legatur omne argẽtum,
D non debetur pecunia ſignata. Bartolus.

An cui argentum omne lega-

q *Eorum.* ornamentorum.Accurſius.

r *Tegant.* per conſequẽtiam.Accurſius.

QVintus Mucius.] CASVS. Legauit mihi Titius argentum ſuũ factum. certè cõtinetur vas argenteum: ſed ſi legauit mihi omne argentum ſuũ, non continentur nummi argẽtei.imò & ſi legaſſet mihi argentum ſuum factum, non continerentur nummi argentei.Sed quid ſi legauit mihi omne argentum quod ſuum eſſet? non continetur illud argentum quod alij ei debent: quia nõ eſt ſuum, imò ſibi debitum. non enim videtur ſuum eſſe quod vindicare nõ poſſet.Quid ſi. vt dictũ eſt, legauit mihi aurum vel argentum factum?certè non cõtinetur illud aurum vel argentũ quod eſt confractum vel colliſum, & ita commodè vti eo nõ poterat.Quid ſi legauit mihi aurum quod ſuum eſſet cũ moreretur? certè omne aurum fiet meũ quod teſtator potuit vindicare ſuum eſſe cùm moreretur.ſi autem poſtquã legauit mihi dictum aurum, legauit idem aurũ aliis: tunc intereſt quo modo legauit aliis, ſcilicet aut animo adimendi mihi: & tunc ego nõ habeo aurum, imò ſecũdi legatarij. aut non animo adimendi mihi: & tunc ego habeo medietatem auri, & ſecundi legatarij aliam medietatem. niſi teſtator voluiſſet me habere ſolidum aurum, & ſecũdos legatarios ſolidum. tunc enim vni parti pretium auri, alij parti aurum aſſignatur: vt ſupra de lega.j.l.ſi ita ſit ſcriptum. & l. ſi pluribus.ſi autem, vt dictum eſt, legauit mihi aurum factum: omne aurum ad me pertinet ex quo auro aliquid eſt effectum, ſiue id aurũ eſſet paratum ſua cauſa teſtatoris, ſiue cauſa vſus alterius.ſecus ſi legauit mihi aurum infectum: quia tunc id videtur legatum eſſe mihi, quod eius teſtatoris exiſtens ira factum eſt, vt eo auro non poſſit teſtator vti ſine refectione ad rem ad quam comparatum eſt à teſtatore. Item & illud aurum videtur mihi eſſe legatum, quod te-
E ſtator habebat numero infecti auri. ſi autem legauit mihi aurũ vel argentum ſignatum: id videtur mihi legatum quod eius teſtatoris exiſtens aliqua forma eſt expreſſum ſiue impreſſum, veluti quia impreſſa ſunt in eo auro vel argento ea quæ ſunt Philippi imperatoris, puta caput & brachia & alia. Item numiſmata videntur mihi legata in quibus erat impreſſa forma Cæſaris, & ſimilia videntur mihi legata. argentum autem ſi mihi legaſſet, non continentur ſcaphia, id eſt genera cingulorum de argento quæ teſtator non habebat numero argenti. ſcias etiam quòd argentum factum ita definitur, ſcilicet illud quod neque in maſſa ſit, neque in lamina quæ eſt longa admodum baculi: nec in argento ſignato de quo modò dixi, neque in ſupellectili, neque in mundo, neque in ornamentis. Viuianus.

† Anademata capitis ornamẽta ſunt auctore Suida. Alcia. lib. 2. pretermiſ.

b *Mulier ornatur.* præter veſtem: vt infra eod. l. §.ornamenta.

c *Inaures.* quæ in auribus pertuſis ſuſpendi ſolent: vt ſupra de teſta.l.ad teſtium.

d *Viriolæ.* vt buconcelli & canoletæ.

e *Signatorios.* in quo ſunt characteres:vt ſupra de teſta.l.ad teſtium. §.ſignum.& facit.j̃.de verb.ſigni.l.ſignatorius.

f *Vnguenta.* contra.j̃.ea.l.§.fina.Solu.multiplex eſt vnguentum:vt.ſ̃.eo.l.in argento.§.j.& facit.j̃.eo.pediculis.§.fina.

g *Vaſa.* ſ̃.de tri.lega.l.iij.& de penu.le.l.nam quod.in princ.

h *Lapides.* innuit quod margarita ſit lapis:quod falſum eſt: vt.ſ̃.eo.l.& ſi non ſunt.§.fina. Sed dic quod verbum alij, non implicat: vt & not.ſ̃.de procura.l.non ſolùm.§.quæritur.

i *Exemptiles.* i.apti remoueri ab eo cui ſunt adiuncti. Accur.

k *Componantur.* ſic ſupra de actio empt.l. fundi.§. fina. & infra de verb.obliga.inter ſtipulantem §.ſacram.in fin.§.Item facit.ſ̃. de leg. iij.l.librorum.§.j.&.§.fina.&.l.ligni.§. fina. Sed contra in d.l. librorum.§.chartis.Solu.ibi.Accurſius.

l *Valetudinis.* ſecus in eo quo fiunt mundiores fœminæ: vt.ſ̃ eo.in argento.§.j.&.ſ̃.ea.l.§.mundus.

QVamuis.] CASVS. Legauit mihi Titia veſtes ſuas.certè continentur legata omnia quæ ſunt reperta vel comparata nomine veſtimentorum, ſiue parata ad hoc tãtum vt corpus tegatur, ſiue comparata magis ornatus gratia quam quo corpus tegatur.& idem ſi legauit mihi ornamenta ſua.nam ea continentur legato ornamentorum quibus principaliter mulieres conſueuerunt vti cauſa venuſtatis & ornatus, etiam ſi quædam eorum ornamẽtorũ prębeant mulieri alium vſum per cõſequẽtiam, puta quia tegant cor-
A pus.& ita magis inſpicimus principale quàm conſequens. Viuia.

m *Ex veſte.* i.ex numero veſtis.

n *Magis ornatus.* quia & vilis ita gereret.

o *Eo nomine.* ſ.vt corpus tegatur.H.vel nnmero veſtis ſit.

p *Vti.* principaliter,

ſ *Videri eſſe.* facit ſupra de lega.iij.l. librorum.§. quod tamen Caſſius.& ſupra eodem.l. & ſi non.§.argento facto.& infra ea.l.§ cui, &.§. ſi factum.